Vol. I & II: Sectio 1-2

(Vol III 2cost)

QK603
.F7
v.1
c.2



Kenneth K. Mackenzie
Collection

Released from Library
Horticultural Society of New York, Inc.

1949

SYSTEMA MYCOLOGICUM,

SISTENS

FUNGORUM

ORDINES, GENERA ET SPECIES,

HUC USQUE COGNITAS,

QUAS

AD NORMAM METHODI NATURALIS

DETERMINAVIT, DISPOSUIT ATQUE

DESCRIPSIT

ELIAS FRIES,

Acad. Carol. Adjunctus,
Acad. Cæsar. Leopold. Carol. Nat. Curiosorum,
Reg. Soc. Nat. Curios. Lips., Botan. Ratisbon.,
Physiogr. Lund. Membrum.

VOLUMEN I.

LUNDÆ MDCCCXXI.

EX OFFICINA BERLINGIANA.

+ QK605
.F7
K1
c.2

VIRO

ILLUSTRISSIMO ET GENEROSISSIMO

COMITI

LAURENTIO

VON ENGESTRÖM,

Summo Rerum Sviogothicarum Externarum Ministro, Academiæ Carolinæ Cancellario, Reg. Ord Svec. Equiti et Commendatori, Ord. Regis CAROLI XIII:i, Legionis Honor. Reg. Gall. cum Insigni Grandiori, Ordinis Regii Boruss. cum Insigni Aquilæ Nigræ et Rufæ atque Reg. Hungar. Ord. S:t Stephani cum magna cruce Equiti.

Cum nihil, quantulum fuerit, a Viro generoso rejici soleat, quod Illi animus beneficiorum memor consacraverit, non miraberis, Vir Illustrissime! si

nos in eandem spem erecti, hoc opus Tuo sub patrocinio sistere audemus. Tibi enim, Vir Illustrissime! qui ex edito illustrique loco varia disciplinarum temperamenta intuearis, et minima et maxima æque patent.

Verum enim vero ita mihi pluries gratulabor, si quæ a me, Vir Illustrissime! juste postulantur, ea rite præstare meque Tuo, ut antea, ita posthac favore dignum reddere potuero. Quo studio excitatus, quoad vixero, ero permansurus

ILLUSTRISSIMI TUI NOMINIS

cultor devotissimus
ELIAS FRIES.

Ratio Operis.

Vicesimus jam labitur annus ab editione Synopsis Fungorum Persoonianæ, operis meritissimi, ultimi specialia in Mycologia continentis. Quo a tempore studium mycologicum, ducibus Link *&* Nees, *& præcipue inferiorum Ordinum, plane reformatum & ad hodiernum scientiarum cultum magis, quam reliquæ Botanices partes, accommodatum. Perennia in Systematologia stabilita principia; genera plurima nova determinata & jam cognita acuratius circumscripta. Inter scientiæ ultimis his annis promotores eximium sibi vindicant locum* Sowerby, Decandolle, Schumacher, Albertini *&* Schweiniz, Swartz, Kunze *&* Schmidt, Ehrenberg, Dittmar *aliique. Opus horum & antecessorum observationes, novo examini subjectas & conciliatas, in compendio colligens, ad conspectum scientiæ facilitandum, in præsente mihi visum maxime necessarium.*

Mycologia enim jam ampliorem Botanices partem constituit, quam vulgo creditur. Species hactenus cognitæ plures, quarum etiam fere omnes Europeæ, quam editio prima Linnæana Specierum Plantarum *recenset. Ob studium totius dispositionis rationem, non plantarum characterem solum, sed & indolem e. s. p. exponere, multo majus quoque evasit opus nostrum & in tria volumina divisum. Primum describit fungos Pileatos & Clavatos; secundum reliquos recensebit Hymenomycetes & Gasteromycetes* (Phaneromycetes); *tertium Hyphomycetes & Coniomycetes* (Cryptomycetes). *Restat tandem Mycologia theoretica Fungorum historiam, terminologiam & physiologiam exponens.*

Prius præsens opus adgressus sum, fungos in diversis Sveciæ provinciis, montosis & campestribus, acerosis & frondosis, per decennium & quod excurrit, diligentissime conquisivi, examinavi & descripsi. Celeberrimi Germaniæ Mycologi plurima novorum generum & specierum specimina mihi largiti sunt, quorum vero pauca ad præsens Volumen pertinentia, cum exsiccata in herbariis conservari nequeant. (Hæc ratio quoque videtur, cur multi Botanici hodierni ad herbaria augenda curiosissimi magis quam Veteres, scientiam in naturæ gremio colentes, fungos vilipendant). In sequentibus vero voluminibus ad unamquamque speciem, cui specimina debeo gratissimus agnoscam. Data hac occasione, Fungorum ut & Lichenum specimina rariora & originalia possidentes velint mecum communicare, amice rogo. Me in his remunerandis paratissimum invenient.

Dein omnia, quæ de fungis scripta novi, perlegi & quæ ad partem systematicam spectant, in hoc opere in meum usum convertere studui. Reliqua, ad Mycologiam theoreticam reservata, ob summum inter Systema naturale & Physiologiam nexum heic quoque passim tangere coactus fuit. Qui vero omnia in nuce collecta cupit, adeat acutissimum Neesii *ab* Esenbeck *opus* (Das System der Pilze und Schwämme), *quod uniuscujusvis studio diligentissimo demandatum volui. — In literatura novissima forsan quædam ad nos nondum perventa, me fugiunt. Præcipue doleo, quod tabulas CCCCI priores, aliquot exceptis, in prætioso* Sowerbei *opere* (English Fungi) *tantum inspicere mihi contigerit.*

Si recentiores ad cognitionem Fungorum Pileatorum minus contulerint, eo plura apud antecessores Persoonii, *ab ipso vero omissa, determinanda restant. E veteribus* J. Bauhini *Historiam, utpote in synonymis locupletissimam, &* Raji *Historiam, ob observationes multas accuratas, præcipue allegavi. Icones* Vaillantii, Michelii, Bauxbaumii *omnes, ut &* Battaræ, *uno alterove excepto Agarico, neutiquam spernendas, deter-*

eminavimus. Nullam, pro nova venditatam speciem, apud Schæffer. Bulliard, Batsch, Bolton, Sowerby, Holmskiöld, *in* Flora Danica *&c. nisi lapsu calami. omisi. Reliquorum Auctorum species plurimas extricavi;* Schumacheri *aliorumque ex Auctorum iconibus ineditis cognosco. Tantum species* Villarsii *&* Ottonis *ob mancas descriptiones parum curare potui. — De cetero vero omnia aggregare citata in animo non fuit; tantum primum uniuscujusque speciei, sive novæ, sive pro nova habitæ, descriptorem citavi; reliquorum e synonymis cognoscantur.*

*In ipso libro conscribendo summam brevitatem cum rei integritate, (hinc & summa œconomia typographica) conciliare volui *). Sine hoc brevitatis studio triplo auctius præsens evasisset volumen. Generis Agarici apud auctores descriptæ species plures quam Lichenum, Muscorum e. s. p. Hinc diagnoses tantum ad species uniuscujusque tribus distinguendas adaptavi. Quæ ad tribus, omnes ut puto naturales, jam allata in specierum descriptionibus, (quæ hinc brevissimæ videntur, sed vix essentialem notam omittunt) numquam repetii. Si in his l. observationibus frequenter inter-*

---

*) Indicem completam synonymorum studio omisi, cum ipso libro vix tertia parte minor evasisset. Majoris quoque utilitatis foret commentarius ordine chronologico omnes Auctores Mycologicos (& præcipue icones) criticis observationibus illustrans. Hic vices Bibliothecæ Mycologicæ supleret. Opera majora pervolventibus explicationem iconem mox præberet. Si Botanicis placeret, hujus Miscr. typis exscribendum curabo. — Quando genus in plura, e. gr. Boleti, divisum, species Auctorum sub novis, ut Polyporo quærendæ. Ad quamque speciem nomen primi determinatoris in indice hinc adposui. Melius sane placet Polyporus perennis *Linn.* sub Bol., quam P. perennis *Mihi*, illud historico respectu utilitatis non caret, neque hoc specie vanæ gloriæ cupiditatis.

spersis, quid ad scientiæ progressum contulero, benevoli operis nostri censores dijudicent.

Conspectus Systematis præmissus, ob genera multa nova & reformanda, omnem perspicuitatem attingere non potuit. Revisiones unicuique classi & ordini subjunctæ magis ad hoc illustrandum conferant. Constructio, quæ multis forsan curiosa & paradoxa, mihi probari videtur ex immensa harmoniæ mundi ratione, qua omnia in universum sibi congruunt & correspondent.

Dabam Lundæ in Svecia d. 16 *Nov.* 1820.

INTRODUCTIO.

De Systematis Constructione.

Systema naturale, monente jam immortali a Linné, ultimus Botanices finis. Multi autem summi Viri sectatores hoc ita sumere videntur, ut semper inter pia desideria maneret, saltim non pauci hujus constructionis tentamen temerarium judicarunt. Jam vero inter omnes constare spero, methodum quamcumque artificialem vero scientiæ scopo nullo modo satisfacere, sed utpote ab omni essentiali studio remotum læve, immo perniciosum *) esse compedium. E contrario systema naturale omnes partes earumque sublimiorem rationem respiciens, explicationem per se continet studiumque physiologicum arctissime jungit. Sunt quidem ordines naturales hujus tantum fragmenta, sed ad horum veram dispositionem omnium formarum cognitionem, ut

*) Plena utriusque disponendi generis comparatio limites nostros nimis excederet. Speciosissime exposuit *Decandolle*. Quæ de Systematis Naturalis difficultate recitari solent, veritati repugnant. Tirones facilius certam plantarum cognitionem secundum ordines naturales, quam ex Systemate sexuali sibi adquirunt. Verum quidem hos Systema naturale non perspicere, sed ordines nat. ad ejus cognitionem ducunt. Neque incertum, quia plurium formarum locus in systemate artificiali vacillat, & in hoc maxima confusio e partis defectu &c. oritur.

nonnulli objiciunt, non esse necessariam, omnino persvasum nobis. Pendet multo magis e vera de naturæ systematisque constructione idea.

Affinitatem plantarum simplicem efficere seriem l. catenam, multis ab hinc annis explosa sententia. Plantas omnes utrinque affinitatem monstrare, expressis verbis jam docuit Linné. At ab egregio hoc vaticinio nimis discessit, statuens genera a Natura stricte esse limitata. Species unica in natura fixe circumscripta idea *). Superiores nullas agnovimus sectiones strictissime circumscriptas, tantum circulos plus minus clausos, affines vero ubique tangentes. Hos tribus, genera, sectiones &c., simulque si naturæ vestigia sequuntur, naturales dicimus.

Qui igitur omnes plantas in simplici serie empirice disponnut, temere oberrant. Ob diversas, quas ad se invicem adaptare student series, hanc methodum adaptatam dicimus. Ordines proxime collocatos in tali Systemate plus minus semper esse affines non negamus; sed centena hoc modo oriri possunt Systemata æque bona, quorum alterum in hoc, alterum in alio capite veritatem magis tangit. Conspectum quendam universalem quidem tradunt, sed nexum cum totius plantæ constructione non exhibent.

---

*) Hinc omnia, quæ confluunt, jungimus, quamquam in diversis statibus ad diversa genera, classes, immo regna pertinere videantur. Ut tales existant, necesse nobis videtur, *Vide exempla & caussas infra.*

Veri autem Systematis (absoluti dicendi, utinam quoddam suum nomen mereatur!) hoc erit consilium, simulque omnes plantarum affinitates exprimere & ante oculos ponere. Hujus constructionem acutissime exposuit Cel. Oken, estque tam simplex, quam vera. Non in Systemate quærimus solum, quomodo hæc l. illa species differant, sed potius quo modo exterior discrepans forma exprimit diversas harum formarum rationes. Has enim vitæ l. organismi rationes, organa externa exprimunt. Singulum organum essentiale representat propriam classem, ad quam referuntur ordines & genera, in quibus hoc præ ceteris evolutum. Hæc classis iterum in ordines dividitur ad eandem normam, adeo ut, quando organum quod maxime eminet classem, dein perfectissimum ordinem indicet. Ita & subdivisiones, quas hoc modo ortas semper cum natura, verissima Systematis magistra, conspirare expertus sum.

Hæc dispondi ratio non tantum unica genuina nobis videtur, sed & naturam affinitatem alio modo exprimere potuisse non perspicimus. Quid enim sit affinitas, nisi characterum (organorum = classium = ordinum) harmonia universalis? Vidimus semper quando organum mutatur, alia etiam inde turbari; quando unum perfectius, alterum imperfectius evadit e. s. p. Ipsum hoc æquilibrium uniuscujusque locum in Systemate indicat. Locus uniuscujusque non solum indicatur, sed& demonstratur, quare alius esse nequeat. Nulla mutatio frustra assumitur. Quando rite constructum, omnia amicissime conspirant.

Ex altera parte locus in Systemate indolem & characterem magis quam descriptio indicat. Hic formulis facile exprimi posse videtur, ut infra in Systematis Mycologici conspectu invenies. Quattuor literis relationes cosmicorum 4 momentorum (sunt nisus reproductivus, aër, calor, lux), e quibus determinatur fungus l., qui cum his intime cohærent, 4 fungorum characterum essentialium, exprimuntur. — Formula *Polypori* est HH^2U; non solum indicat characterem (*H* hymenium esse maxime essentiale l. *Classem*; H^2 receptaculum supra mediante luce dilatatum sterile l. *Ordinem*; *U* hymenium esse porosum (uterinum), cum pileo concretum (genus); sed & totam evolutionem, locum natalem in ligno exsiccato &c. &c. Unica mutata litera omnes differentias Agarici indicat. Genus, cujus formula latet, non intelligimus; hac data universam illius harmoniam perspicimus.

Quæcumque sectio characterem superioris optime exprimens (l. quæ organum sectionis typum perfectissime evolutum sistit, ut reliquas simul sumtas antecellat l. sæpe excludat) *Centrum* dicitur. Ut hoc a reliquis sectionibus distinctissimum sit, hinc etiam sequitur. Relationes cum reliquis organis essentialibus heic etiam minus mutantur, indeque species in centro magis similes evadunt. Genera igitur centralia, ordinem typi, semper vastissima (*Agaricus*, *Fucus*, *Lichen* sensu Wahlenb., *Hypnum* e. s. p.) & multo difficilius in plura genera divelluntur, quam *radii*, qui sunt sectiones (genera, ordines &c.)

ab una ad alteram transeuntes. Ex. gr. *Dædalea* ex hymenii forma in plura genera, quam Agaricus, dividi potest e. s. p.

Hæc centra totius systematis fundamenta. Ordo (v. g. Cantharelloidei P.), genus *) (Köleria, Dædalea) e variis radiis compositum artificiale dicimus & in dispositione primaria non respicienda. Numquam negligendum, unumquodque regnum, ordinem, genus &c. in systemate, ut individum esse sumen-

---

*) Genera in hoc systemate non pro lubitu esse fingenda, sed ab natura ipsa fixa & quoad numerum & porportionem esse determinata, facile patet. Genera ad quattuor classes refero:

1. GEN. ORIGINARIA, quæ organum quoddam essentiale exponunt v. gr. *Agaricus* lamellas (hymenium hymeninum), *Polyporus* poros (hym. uterinum); *Rosa* receptaculum calycinum, *Fragaria* rec. baccatum, *Helleborus*, *Ranunculus* &c. Talia graminum apud Linné.

2. G. INTERMEDIA, quæ duo originaria jungunt v. gr. *Dædalea* Agaricos & Polyporos, *Kobresia* Carices & Scirpos, *Trichophorum* Scirpos & Eriophora, *Oxytropis*, & fere omnium recentiorum inter gramina.

3. G. SUBORDINANTIA, quæ a genere originario subdiviso oriuntur; essentialem hujus characterem participant, sed in accidentalibus differunt. (vide supra) Sic *Anemone* (cujus essentia involucrum 3phyll. & corolla polypetala) continet *Hepaticam*, Pulsatillam &c.; *Arenaria* Alsinellam, Halianthum &c.; *Parmelia* Lecanoram, Borreram, Cetrariam &c. Hæc *tribus* nos dicimus.

4. G. ABERRANTIA, quæ parte quadam luxuriante l. mutilata l. *alia ex ordine heteroclita* nota distinguuntur; *Ranunculi* genera aberrantia sunt Ficaria, Myosurus. *Potentillæ* Tormentilla & Sibbaldia; *Convallariæ* Majanthemum &c. (Omnes aberrationes numeris facile reducuntur, secundum numerum originarium, qui v. gr. inter Acotyledoneas 2. Monocotyledoneas 3, Dicotylodoneas 5 eorumque producta e. s. p.). — *Solorina* e. s. p.

dum *). Sic in dispositione classis ad classem, ordo ad ordinem, genus ad genus abeunt, eodem modo ac in specierum serie proxime affines sequuntur; non vero ita ut v. gr. summum antecedentis ordinis genus in infimum sequentis abeat l. perfectissima inferioris generis species in infimam sequentis. Omnis sectio naturalis circulum per se claussum exhibet. Potius summum genus ad superiora sequentis ordinis abit **).

Facile hinc patet, totum Systema, ad infimas formas extensum, non, ut in simplici serie proponitur, esse perspiciendum. Hinc & facile explicatur, qua ratione imperfectiores formæ sæpe perfectioribus in libro anteponuntur, ex. gr. *Clavariæ* fungis *Mitratis*. Sunt enim Mitrati fastigium Hymenomycetum Uterinorum & Clavati infima stirps Hym. Hymeninorum. Demonstravimus vero Hymeninos Uterinis simul sumtis esse perfectiores; inde vero *non* sequitur infimos Hymeninos summis Uterinis esse inferiores, *sed* summos Uterinos summis Hymeninis esse inferiores (quod p. 455 demonstravimus). Series enim naturæ, ut sæpissime diximus, non simplex est; sequitur unamquamque seriem

---

*) *Die natur ist der entwickelte Gott, so ist jedes Naturreich sein entwickeltes Individuum.* Oken.

**) Altera dispositio est methodus adaptata e. gr. Si post resupinatos Merulios poneres resupinatos Polyporos dein reliquas tribus usque ad Mesopodem; porro Hydna stipitata, sessilia, resupinata; tandem Thelephoras resupinatas &c. Exemplum evidens, ut spero; hæc vero vera Systematum adaptatorum idea!

donec in hac directione ulterius progredi nequeat. (Vid. Obs. post primam Fungorum classem). Tum novus rerum nascitur ordo; nova ab ipsis elementis adscendit series, antecedentes breviter repetens &c. — Systema vero *constructum* omnium tamen nexum proponit.

Præmissa, ad nostri Systematis cognitionem maxime necessaria, leviter esse exposita & altioris scientiæ votis non satisfacere facilé video. In his consulenda Cel. Okenii scripta.

De Affinitatis et Analogiæ differentia.

E mutua elementorum, ut puto, relatione in infinitis fere modificationibus omnes oriuntur diversitates, quas species, immo & genera, ordines &c. dicimus. Hæ regulas perpetuas sequuntur. Chemia recentior elementorum in proportionibus definitis conjunctionem demonstravit, & unice ex his derivari nobis videtur specierum constantia; sine his undique quoque confluerent species. Nisi unumquemque organismum per se integrum & discretum, & vis vitalis inorganicæ naturæ leges subordinantes reddidisset (non sustulit) nulla differentia inter species & conjunctiones chemicas existeret. Aliter in reliquis sectionibus, quæ stricte circumscriptæ in natura non existunt. Omnes classes, ordines &c. natura invita acute limitati. Natura tamen, ubique varia, semper tamen *eadem* h. e. eandem ideam exponere tendit, mutatis modo, quæ ex ulteriori ratione ne-

cessario pendent; eadem sequitur principia, ita modo ut inferiora, (v. g. exterior forma, quæ in infimis adhuc vaga) superioribus cedant. Errant igitur, qui distinctiones summas e forma exteriori tantum ducunt; quis ex hac regnum animale & vegetabile definire potuit? Evidentissime hoc demonstrant Lichenes & Fungi *). Recentiores horum differentiam in characteribus externis tantum ponentes, cum Fungis jungere voluerunt Leprarias, Opegraphas, Calicia, Verrucarias e. s. p., quod nullo modo probare potui. Altius illorum differentia deducenda. Sed cum natura eadem via inter Lichenes & Fungos ubique progreditur, singulum genus Lichenum Fungis correspondet. At hæc inde *affinia* non dicimus; sed *analoga*.

Affinia igitur sunt, quæ in eadem serie sequuntur & in se invicem transire videntur. Hæc in ulterioribus congruunt, sed in citerioribus rationibus differunt. *Analoga* autem dicimus, quæ in diversis seriebus locis parallelis posita sunt, & sibi invicem correspondent. Ultima cosmica momenta differunt, sed citeriora congruunt, quæ in habitu externo & characteribus accidentalibus mutandis maxime valent. Ubicumque in Historia naturali oculos convertimus, singulum organismum multiplicia hujus offerunt exempla. Systema mycologicum, in-

*) E characteribus externis, si vitam perfectiorem in spontaneitate expressam neglexeris, *Monas* &c. etiam fungis adnumerari posset. Nulla in forma existit e. gr. differentia inter Mucedines & Algas e. s. p. in infinitum.

fra explicatum, his omnino nititur. Uredo & Puccinia, Melanconium & Stilbospora affinia sunt; sed Uredo & Melanconium, Phragmidium & Puccinia analoga. Sphæria & Hysterium affinia, sed Sphæria & Verrucaria analoga. Clavaria & Peziza, Biatora (v. gr. Lec. icmadophila Ach.) & Bæomyces affines sunt, Clavaria & Bæomyces, Peziza & Biatoræ analogæ e. s. p. in infinitum.

Comparatio Linnæana affinitatis plantarum cum mappa geographica haud ignobilis visa fuit; ignoscatur igitur mihi hanc ita extendenti, ut affinitas in hac indicet longitudinem & analogia latitudinem.

Neque hoc tantum in inferiores classes quadrat. Naturæ leges ubique harmonicæ. Sic Labiatæ & Personatæ, Asperifoliæ & Solanaceæ analogæ; Labiatæ & Asperifoliæ, Solanaceæ & Personatæ affines. Summam brevitatem quærere coactus, limites mihi præscriptos jam excedens, addam modo *) initium tabulæ comparationis, affinitatem & analogiam Ordinum Dicotyledonearum Polypetalarum indicantis; ordines affines subjuncti, analogi oppositi.

Calicifloræ.		Thalamifloræ.
Rosaceæ	—	*Ranunculaceæ*
Salicariæ	—	*Papaveraceæ*

*) Si Systema Mycologicum & principia, quibus nititur, omnibus non displicerent, totius regni vegetabilis dispositionem demonstrare conabor. Plurima jam elaboravi.

Leguminosæ *)	—	*Cruciferæ*
Frangulaceæ	—	*Berberideæ*
Portulacaceæ, Crassulaceæ &c. (Montia, Scleranthus &c.).	—	*Caryophyllaceæ* cum *Droseraceis* &c. &c.

Etiam in horum subdivisionibus analogiam reperimus v. gr. Inter Rosaceas & Ranunculaceas analogæ sunt Potentilleæ & Ranunculeæ, Spireæ & Helleborinæ. e. s. p. Quid? quod; Rosa & Nymphæa. — Mutatis modo, quæ ex utriusque seriei charactere essentiali pendent.

In regno animali Quadrupedia & Cetacea in intimis vitæ principiis conveniunt; sed hæc ob momenta secundaria, v. gr. vitam submersam, Piscibus analoga sunt.

Quando tandem hæc analogia in sectionibus generum valde affinium, v. gr. apud Lichenes & Fungos observatur, mutationum caussæ valde accidentales necesse sint. Ita & utrum Polypori, Dædaleæ, Thelephoræ stipitatæ & sessiles, an resupinatæ, e situ locoque pendere solet.

Quo magis in superficie acquieverunt naturæ scrutatores, eo magis analoga cum affinibus commutarunt.

---

*) Vidimus semper perfectiores ordines floribus regularibus (*verticillatis*) ab ordinibus floribus irregularibus (*symmetricis*), in quibus & staminum numerus depauperatus, adscendere. Sic *Rosaceæ* a Leguminosis, *Asperifoliæ* a Labiatis, *Solanaceæ* a Personatis, *Cistini* a Violaceis &c.; sed sæpius & rectius hi sub eodem ordine comprehensi, ut *Delphinia* &c. inter Ranunculaceas, *Fumariæ* inter Papaveraceas e. s. p.

De Fungorum affinitate et differentia.

Regnum Vegetabile in duas maxime naturales sectiones, Cotyledoneas & Acotyledoneas (Vasculares & Cellulares), dividi, notissimum est *). Ad has sensu strictissimo sumtas referuntur Anandræ Link **), defectu contextus cellulosi regularis (ne dicam vasorum vestigii) bene diversæ. A Linnæo sub ultimis duobus Cryptogamiæ Ordinibus, Algis & Fungis, comprehenduntur; sed neque Hic neque alius illos characteribus externis circumscribere valuit. Recentiores hinc in plures disposuerunt ordines, inter quos eminet acutissimus Link.

Eodem vero modo ac Cotyledoneas natura ipsa in duas series (Monocotyledoneas & Dicotyledoneas) divisit, ita & divisio Linnæana naturalissimas Anandrarum series indicare videtur, cujus vero ratio non exposita. Etiam divisi in plures Ordines ægre ex externis characteribus distinguerentur, nisi Algas & Mucedines, Lichenes Conithalamos & Coniomycetes, Lich. Pyrenothalamos & Pyrenomycetes &c. jungeres, quod ego saltim numquam probarem. Probat, quod supra attuli, characteres strictos externos inter superiores non existere sectiones ***).

---

*) Introductionem Systematis Vegetabilium sectionesque generales vide in egregio opere: *Regni Vegetabilis Systema Naturale. Auct. Decandolle*, Vol. I.

**) *Berlin. Magaz. Naturf.* 1808.

***) Tales quoque sunt *Algæ* & *Fungi*. Cum natura in infimis maxime multiplicata, plantas Anandras reliquas simul sumtas numero superare concludo. De fungis hoc a priori deducitur; sed exemplo harum rela-

E variis differentiis, quæ e contextu, duratione, chemica compositione e. s. p. sumi solent, præcipue eminet sequens. Apud Algas fructificationes secundariæ & thallus essentialis, apud Fungos vero tota planta fructus & thallus semper accidentalis. Hæc vero nota tantum comparativa & a thalli definitione pendet.

Respicimus autem ipsa vegetationis momenta, mox eximie differunt Algæ & Fungi. Vegetatio est l. primitiva *Algæ* (Protophyta) l. reproductiva, *Fungi* (Hysterophyta.)

PROTOPHYTA sine humo enasci possunt. Etiam Floræ esse primigenita, Geologia probat. Partes adhuc vix discretæ, quare tota herba cum Linnæo Radix optime dicitur. Ex his totum ascendit regnum vegetabile. Protophyta sunt *aquatica* (Algæ proprie sic dictæ) l. *aërea* (Lichenes.) Hæ duo Classes eandem seriem constituunt. Differentia sæpe solum ex *proximis*, cosmicis momentis pendet. Algæ in aëre (h. e. locis exsiccatis) contrahuntur; sed in eadem directione (immutatis vegetationis polis) crescunt & Lichenes evadunt. *Nostoc muscorum* abit in *Collema limosum*, *Conferva atrovirens* in

---

tionem illustrabo. Ager Femsionensis vix $\frac{1}{2}$ quadrati milliar. spatio alit 420 phanerogamas, inter quas multas (100 circiter) recentiori ævo advenas; Lichenes & Algæ 430; Fungi 2000 & ultra. — In tropicis cryptogamas pauciores esse conjiciunt, sed equidem rationes sufficientes non perspicio. Etiam in his Fungorum numerus, ubi plantarum reliquarum auctus, augeri debit.

Corniculariam pubescentem, *Scytonema minutum* *) &c. Et nuperius Cel. Smith iterum distinxit emersam & submersam *Lichinæ pygmeæ* formam, quarum hanc Algam, illam Lichenem pronunciavit. — Abeunt quidem Algæ etiam in Fungos, sed rarius & alio modo, tum *vegetationis poli convertuntur* & moriens in vegetationem reproductivam abit. (*Conf. fenestralis* Nees Syst. p. 50!). E contrario fungus in Algam abit numquam, quia vegetatio reproductiva primitiva evadere nequit.

HYSTEROPHYTA tantum in organismis languescentibus & destructis oriuntur, eorumque (non vero vegetabilium, quibus subordinant) ultima ratio est nisus organismorum reproductivus **). Infimæ quoque formæ vix nisi exanthemata, l. partes plantarum in functionibus turbatæ & libertate in vegetatione compotes factæ, v. gr. Phylleria. Superiores vero, v. gr. in potentia terræ, etiam sponte evolvuntur e. s. p. Totius regni vegetabilis finem constituunt & jam tritam sententiam simplicissima quævis organisma esse primigenita refutant. Ut Entozoa inter animalia novam inchoant seriem, sic & Fungi inter plantas; quod Infusoria inter illa, Mucedines inter Fungos. Inde & omnes in infusionibus obviæ stirpes Fungi, nec Algæ. (Cf. *Lyngbye Hydroph. Dan.*, qui sub una Confervarum sectione

*) Cf. Agardh *de Metamorphosi Algarum Lund* 1820 ubi varia exempla.

**) Cf. *Spreng. Neu, Entd.* 1.

tantum recenset Mucedineas, plurimas jam descriptas e. s. p.)

Objiciunt jure, qui aberrationes sectantur, etiam Lichenes in alia vegetabilia occurre, sed tum arbor, cui innascitur aut viva aut plane exsiccato-exsucca; & his locis *numquam* occurrunt Fungi. Summa adhibita diligentia Fungos & Lichenes in matrice ejusdem indolis numquam reperi, sed in ligno &c. putrescente Lichenem destrui (putrescere), quando oritur fungus. Ramos vidimus uno latere vivos Lichenosos, altero emortuos Stilbosporis inquinatos e. s. p.

Natura, ubique perpetuas sequens leges l. potius ex eodem elementorum influxu pendens, easdem repetit inter Hysterophyta formas, quas olim inter Protophyta formavit. Ob eximiam hanc analogiam, ut secundum eadem principia disponantur, necesse est.

Specialem unicujusvis ordinis et generis analogiam suo loco indicabo. Conspectum modo generalem hoc loco addam.

Fungi e Classe et Ordinibus Mucedineis Algis analogæ ex. gr.

Epiphytæ Muced.	—	*Chlorococcum* *).
Gymnosporangium	—	*Nostoc.*
Geotrichum	—	*Diatoma!*
Acremonium	—	*Vaucheria.*
Zyzigites	—	*Zygnema!*

*) Tremella botryoides, *Schreb.* Nostoc. *Agardh.*

Byssus	—	*Oscillatoria!*
Dematium	—	*Scytonema!*
Alternariæ Spec.	—	*Lemania.*
Plegmatium etc.	—	*Ceramium.*
Xylostroma	—	*Codium.*
Anthina *)	—	*Zonaria!*
Rhizomorpha	—	*Fucus.*

Sed plurimas et evidentissimas analogias indicant variæ Confervarum species, quod genus multo latius apud Algologos sumitur, quam ullum inter Mucedines apud Mycologos recentiores.

Reliqui, exceptis summis Geogeniis, cum Lichenibus, v. gr.

Conisporium	—	*Lepraria.*
Apiosporium	—	*Coniangium* Fr. **).
Tubercularia	—	*Calicium.*
Stilbum	—	*Coniocybe.*
Thelebolus	—	*Pyrenotea!* Fr. ***).
Sphæria	—	*Verrucaria* &c.
Hysterium	—	*Graphis.*
Phacidium	—	*Limboria.*
Peziza 8	—	*Biatora* Fr. †).
Clavaria	—	*Baeomyces.*
Tremella	—	*Collema* e. s. p.

*) Ceratonema dilatatum *Roth.*

**) Spiloma paradoxum l. Lecidea dryina, *Ach.*

***) Verrucania (Sphæria, Cyphelium &c.) leucocephala.

†) Huc Lecideæ apotheciis coloratis. Hæ, Lecanoræ, Borreræ, Cetrariæ &c. unius generis originarii tantum (Parmeliæ) tribus, nec magis diversæ, quam

Ex altera parte Fungi (Exanthemata quasi terræ) cum Exanthematis veris, quæ etiam a nisu reproductivo oriuntur, confluunt. Difficilius sane inter hæc, quam inter reliquos ordines, acuti ponuntur limites. Infimæ formæ oppido Exanthemata, & partes plantarum in statu morboso v. gr. Phylleria, Sclerotium Clavus e. s. p. Quando per se libera vegetant, ad fungos refero. Doctrina de morbis plantarum cum Mycologia intime cohæret.

Fungorum sectiones generales *).

Aqua & tellus sunt cosmica momenta *Vegetabilis* evolutionem determinantia **). Quando *hoc* per nisum organismorum reproductivum educitur, oritur *fungus.* Hujus diversa evolutio determinatur mediante *aëre, calore, luce.* Quattuor hinc oriuntur fungorum classes, quarum prima adhuc maxime a ipso *nisu reproductivo,* secunda ab *aëre,*

---

tribus Polypori, Hydni &c.; cum vero jam distincta, equidem ut genera subordinantia retineo. (Longe a Biatoris distant Lecideæ veræ. Inter Lichenes, utrum marginati, an immarginati, utrum Idiothalami, an Cœnothalami, non genera originaria, multo minus sectiones differunt).

*) Ex intimis vegetationis elementis regnum Mycetoideum acutissime deduxit *Nees* ab *Esenbeck* (Syst. p. 1—3), quæ & reliqua Physiologica ut jam cognita heic suppono.

**) *Im Wesentlichen sind alle Organismen gleich, und ihr Unterschied liegt allein in dem Verhältnisse zu den Urfunctionen ihres Planeten, durch welchen sie zur Evolution determinirt werden.* Nees 1, c. 2. Cf. 1, 3, 4 &c.

tertia a *calore*, quarta a *luce* præcipue determinantur. Hæ nec pro lubitu, neque ut symbola assumuntur, sed ad finem uniuscujusque classis a posteriori (præcipua in opere practico exponendi ratio) demonstrantur *). Mere vero hinc exstruere Systema superfluum foret, cum horum influxus in organis externis exprimitur. Unicuique e citatis momentis correspondet organum, quod perfectius evadit, quo magis ab uno alterove pendet. Cum vero in diversis proportionibus simul agunt, unum organum alterum non excludit; sed horum relationes inde determinantur.

Totius fungi, ut supra monui, essentia fructus. Organa fungi essentialia hinc etiam ad fructificationem pertinent partesque fructificationis maxime necessarias apud plantas perfectiores representant. Sunt *Sporidia*, *Flocci*, *Uterus*, *Hymenium*.

Nisus Vegetabilium reproductivus in statu primario (simplicissimo) producit *Sporidia* = cellulas plantarum discretas solutas **). — (Pulverem, quem seminula fungorum ***) dicimus). Simplicissima

---

*) Hyphomycetes esse *fungos aëreos* & Gasteromycetes *caloris* jam probavit Illust. Nees.

**) Metamorphoseos processum exposuit *Nees Syst. p. 9.* Hinc facile patet, quare ex his sporidiorum forma apud Epiphytos centrales (*Uredines*) pendet. *Etiam quando hi copiose evolvuntur, planta ipsa (minor naturalem nisum reproductivum deponit & sterilis evadit!*

***) Notæ sunt pulcherrimæ Ehrenbergii de germinatione fungorum observationes — Nos plures instituimus observationes, ut fungorum generationem æquivocam probemus.

igitur vegetationis reproductivæ forma, e qua regnum Mycetoideum adscendit, est mere *Pollen* *). Infimarum quoque formarum sporidia sunt tantum Pollen in statu morboso v. gr. *Uredo Antherarum.* Sporidia perfectiorum fungorum itidem cellulæ discretæ & cellulis (ascis) sæpe inclusa. Quando accedunt reliqua cosmica momenta varie mutantur; accedente aëre elongata, pedicellata, donec in floccos abeunt; accedente calore annulata & entospora, donec in uterum expanduntur.

Nisus vegetabilium reproductivus in potestate aëris producit *Floccos* = cellulas (plantarum) discretas contiguas (fila tenuia elongata, simplicia l. ramosa). Vidimus eadem ratione in plantis vegetis cellulas discretas elongari — & hoc modo oriuntur Pili plantarum. Infimæ quoque Mucedineæ sunt tantum *pili plantarum in statu morboso* v. gr. Phylleria. Sed necesse est, ut libere evolutæ perfectiores evadant, quales Byssi. Ob hanc structuram cellularem *Nees* bene Algas aëreas dixit. Perfectissimus & maxime essentialis, vasis cinctus! contextus cellulosus in *Pistillo* plantarum, cui respondent perfectiores (Aspergillus **), Acrosporium, Stilbum, Byssi varii &c.); infimæ adhuc stigmata sessilia (Taphria, Rubigo). Sed a reliquo cosmico-

*) Pistillum polline obrutum !

**) Infusorium vegetabile — Sic & prima animalia reproductiva & principium reproductionis in hoc regno *Entozoa* (Animalcula infusoria). Apud Cryptogamas semina adhuc tantum Pollen.

rum momentorum influxu varie modificantur, ut dispositio infra exponit.

Modum, quo sporidia, determinatis polis, in floccos abeunt, acute exponit *Nees Syst. p.* 39. Summam affinitatem insuper horum organorum demonstrant flocci variorum in sporidiis solvendi & *Clisosporium* sporidiis in floccis conjungendis. Facile igitur patet, hæc duo organa unius tantum esse modificationes. Superior Classis etiam inferiores continet, indeque iterum in sequentibus occurrunt.

Nisus hic reproductivus in potestate caloris producit *Uterum* = Fungum clausum, intus expansum semina colligentem, varie rumpentem. Prototypos exhibent sporidia distincte entospora, quæ expansa uterum constituunt, ut & flocci apice inflati; sed hi modo formæ transitoriæ. Genuini enim Fungi Uterini ab infusorio vegetabili (corrupto & aqua) per calorem fervescente oriuntur. Aethalium, Cribrariæ &c. plurima offerunt exempla, suo loco enarranda. Sæpius quoque in succum soluti & fluxiles. Infimæ formæ sunt *Glandulæ plantarum* in statu morboso v. gr. Polysticta; l. cellulæ plantarum fervescendo concretæ (in Perisporio, et confusæ *Xyloma* e. s. p.). — Optime etiam sitit fructum plantarum perfectiorum, variasque capsularum species *).

*) Sic &: *Die Fruchtkapsel auf den höheren Pflanzen ist ein Pilz aut einem belaubten Stiele, ein durch das Licht organisirter Pilz*, Oken.

Nisus idem reproductionis in potestate lucis *) producit *Hymenium* = Receptaculum apertum, sporidiis immersis. Totum e cellulis (solutis & elongatis contiguis) concretum. Sporidia sæpius in propriis cellulis (asciis) continentur. De cetero Hymenium, saltim apud perfectiores formas, etiam reliqua organa continet. Representat quoque receptaculum plantarum perfectiorum una cum flore & fructu. Utriusque forma simplicissima est semen nudum — *Sclerotium* & infima Sclerotii species *(S. Clavus)* verum est semen in statu morboso. Quo modo accedentibus reliquis elementis mutatur, indicat conspectus Systematis.

Quamquam locus est inter proxima momenta fungi evolutionem determinatia, ideoque tantum analogiam indicat, intime, generaliter sumtus, cum reliquis cohæret. Sporidia nuda *(Epiphyti)* progignuntur in organismis vivis languescentibus l. recenter emortuis; Flocci *(Mucedines)* in organismis sub putrescentiæ processu (fervescentibus); Uterus

---

**) Hyphomycetes luce privi optime vigent; hi & Uterini in cryptis non mutantur. Sed Hymenini luce privi semper monstrosi evadunt, perraro ascos formare queunt. Peziæ clausæ (Uterinæ) manent. Pileum, genuinam Hymeniorum formam, sine luce formari non posse (p. 502) plurimis exemplis probavi. Agit, ut in floribus plantarum perfectiorum. Sensu strictissimo in hos quadrat: *Die Urtendenz der Pflanze ist also Sprossen von der Erde nach dem Lichte — linigter Prozess, um sich von der Erde los zu machen und im Lichte von Neuem zu polarisiren — Diese Urtendenz, als Sprossen ausgedrückt, ist bey den niedern Pflanzen in den Schlauchreihen.* Kieser.

(Xylarii) in organismis putrefactis l. sæpius exsiccato-induratis; Hymenium (Geogenii) in terra, ipsa humo. Hæc tamen in centra præcipue quadrant; *radii uniuscujusque sectionis*, ut ex iis, quæ de analogia disserui, sequitur, *quoad locum natalem præcipue conveniunt cum sectione, ad quam transeunt.*

Quo magis organismus dissolutus, eo liberius agunt reliqua cosmica momenta, eo perfectior evadit fungus. *In quavis sectione* (Classe, Ordine, Genere) *imperfectiores sunt fungi, quo magis ad Epiphytorum naturam accedunt* (parasitantes); *quo magis recedunt, eo perfectiores; perfectissimi Geogenii.* Infinita hujus exempla, & qui mutuam hanc relationem novit, locum natalem a priori determinare potest. *Cf.* Classium ordines infra.

Exemplo afferam, Coniomycetes & Hyphomycetes Epiphytos semper in organismis languescentibus crescere; Gasteromycetes Epiphytos etiam in organismis putrescentibus; Hymenomycetes Epiphytos summos in ipsa terra — neque in ipso flore plantarum perfectiorum, ut Epiphyti proprii, adscendunt, — Insuper infimi Hymenomycetum ordinis (Sclerotiacearum) species in foliis vivis plantarum perfectiorum (Erysiphe) occurrunt; Tremellinæ Epiphytæ in caulibus plantarum vivarum, sed imperfectiorum; Cupulati epiphyti in Muscis tantum vivis; & summi Pileati, quando epiphyti, tantum in Fungis vivis occurrunt. Apud reliquos

ordines eandem seriem ubique servatam invenies, ut quo perfectior sectio, eo magis ab Epiphytis ad Geogenios tendat. — Epiphyti inferiores in partibus nobilibus plantarum perfectiorum vivis crescunt, epiphyti perfectiores tantum in plantis imperfectioribus l. emortuis e. s. p.

Eædem igitur omnino oriuntur Classes Fungorum, e quovis principio consideratorum. Sunt nempe:

A. *E cosmicis momentis, fungi evolutionem determinantibus:*

I. Protomycetes. II. Fungi aërei. III. F. caloris. IV. F. lucis.

B. *Ex organis primariis:* *).

I. Coniomycetes. II. Hyphomycetes. III. Gasteromycetes. IV. Hymenomycetes.

C. *Ex interiori constructione:*

I. Cellulis discretis, solutis. II. Cellulis discretis contiguis. III. Cellulis concretis, discretis centralibus. IV. Cellulis concretis, fructiferis (discretos secedentibus) superficialibus **).

---

*) Reliquæ fungorum partes *Hypothallus, stipes* &c. omnino accidentales sunt — & in ipsa terminologia ulterius exponendæ.

**) Hæ iterum e humore mucedineo discretæ, Mucedines evadunt v. gr. *Isaria*.

D. *Ex organorum significatione:*

I. Pollinares. II. Pistillares. III. Capsulares. IV. Receptaculares.

E. *E loco natali:*

I. Epiphyti. II. Mucedinei. III. Xylarii. IV. Geogenii.

Dispositio chemica desideratur.

Allatam Classium seriem esse naturalissimam, ita ut classis superior simul sumta inferiorem semper superet, ex quavis disponendi ratione facile demonstratur. Vide ipsas ordinum revisiones in libro. Probat insuper evolutionis historia; perfectiores in diversis ætatis statibus integram seriem inferiorum classium percurrunt v. gr. Sporidia Hymenomycetum sunt Coniomycetes (Entophyta!); hæc germinantia l. prima evolutio sunt Hyphomycetes (Mucedines!), juniores adhuc Gasteromycetes *) tandem evoluti Hymenomycetes.

Pyrenomycetes ob affinitatem cum Lichenibus **) perfectissimos esse, multi statuunt. Quod vero profiscitur ab aliena de affinitate idea. Ipsa hæc affinitas imperfectionem potius indicat; perfectissima enim sunt in quavis sectione ab omni-

---

*) Pezizas in statu juniori clausas, dein apertas Sphæriis semper clausis perfectiores esse, nobis extra omne dubium videtur.

**) Systema nostrum Lichenologicum hanc seriem optime illustrabit & comprobabit. Infimi sunt Lichenes Fungis proximi; perfectissimi ab his remoti (Parmeliæ).

bus aliis remotissima. Sic perfectissima animalia & Vegetabilia, quæ maxime a se invicem remota; infima, quorum limites confluunt. — Sed non hinc solum; sed omni respectu Pileati perfectissimi. Cf. p. 455.

Gasteromycos & Scleromycos, quos omnes recentiores Mycologi distinctos tradunt, eandem sistere classem, nos a priori didicimus, sed restat, ut testem naturam provocemus & per analogiam demonstremus. Quod peridium & perithecium dicitur idem omnino organum, illud vero magis induratum. Perithecia tamen multa mollia & fragilia, peridia vero indurata citare possumus; hæc enim differentia, ut reliquæ ejusdem indolis v. e. pileus carnosus l. suberosus, a loco, cui innascitur fungus pendet, adeoque e citerioribus rationibus deducitur. Asci, qui primo aspectu maxime essentiales videntur, notam certe micrologicam & fallacem offerunt! Vidimus in Hymenomycetum classe, non solum in infimis ordinibus, sed & in uniuscujus perfectioris Ordinis, immo generis, speciebus imperfectioribus ascos desiderari. Vidimus apud multas Sphæriaceas genuinas, Bostrychias, Sphæronæmata &c. ascos nunc plane desiderari, nunc simplices referre filos. Vidimus apud alios Pyrenomycetes & Pezizas ascos ascellos iterum includere, quis ex his peculiarem constitueret classem? Respectu elementorum & evolutionis historiæ omnino conveniunt.

Quod flocci apud Trichias, asci apud Sphærias *(vide infra)*. Ortus Ascorum huic sententiæ eximie favet. Altera ex ratione Byssos (entosporos) & Mucedines (ectosporas), Coniomycetes septatos e. s. p. etiam distingueres. Reliquæ familiæ probant. In quovis Algarum ordine, saltim in hodierna dispositione, ecto — & entosporæ occurrunt. Ascos inter Lichenes minoris esse momenti jam persvasi sumus. Verrucariæ saxicolæ ascis destitutæ, quæ in corticolis (V. nitida, gemmata &c.) præsentes! (Hæ hinc inter illas & Sphærias mediæ! Quanta elementorum vis!) Idem in Parmeliæ genere sensu latiori sumtum. Sed ne nimius in re aprica, quis inter plantas perfectissimas classe distingueret gymnospermos Ranunculos l. Potentillas a capsuliferis Helleboris l. Spireis? Ea latius quotidie serpit opinio, characteres, quo magis absconditi & microscopici (sæpe tantum vident, quod quærunt), eo præstantiores & certiores esse; quamquam hi multo minus ad totius plantæ temperamentum mutandum valent, præcipue in infimis formis. Notæ micrologicæ in speciebus distingvendis præstantissimæ!; sed in sectionibus generalibus parum valent & ad distinctiones artificiales ducunt *).

*) Reliqua in ipso libro demonstrata invenies v. gr. locum Mitratorum p. 499 e. s. p. Hoc maxime ne-

In quavis classe (ut & ordine &c.) observanda esse *centrum* & *radios*, supra jam monui. In illud, quod species plurimas continet, character optime quadrat; *hi*, ad reliquas classes (l. ordines, genera &c.) abeuntes, utriusque classis characterem conciliant, sed ad illam, cujus character maxime eminet, referuntur. Sic ex. gr. inter Coniomycetes jam receptaculum (hymenium) observatur, sed hoc l. sporidiis *inexplicatis* homogeneum! l. sporidiis undique obrutum, indeque ad Hymenomycetes non referantur. Trichoderma hinc ad Mucedines ob floccos magis, Mucor ad Gasteromycetes ob uterum magis perfectum referuntur. Systema radios ubique tangentes ubique exprimit!

Centrum abit semper in duas series, inferiorem & superiorem, quarum illa ad antecedentem, hæc ad sequentem classem evidentius accedit. Ubique ex eodem principio derivantur. Ob analogiam harum in quattuor allatis classibus, illas earumque rationem heic breviter exponam.

I. CONIOMYCETUM duas series rite indicarunt summi Viri Link & Nees; nempe *Entophytas plantarum vivarum* & *mortuarum*. Respectu evolutionis historiæ maxime differunt.

---

cessarium duco, ut, ubi erravero, alius rationes nostras refutet & hinc certum aliquando eliciatur. Simplicia Schemata ad hanc exoptatam metam non dusunt.

II. HYPHOMYCETES in duas suas series optime solutos apud Neesium quoque invenies. Inferiorem constituunt ectospori (Coniomycetoidei) *Mucedines*; superiorem entospori *) *Byssacei*. Ob thalli indolem diversam in his *fibræ*, in illis *flocci* dicitur.

III. GASTEROMYCETES ulterius analogas continere series, nullum mihi restat dubium. Præter uterum, in centro accedunt receptacula partialia, in inferioribus ectospora (*flocci* dicta = pappus), in superioribus entospora (*asci* ** dicta = arillus, alæ &c.). — In illis uterus dicitur *peridium* (Gasteromyci Auct. Trichomyci P.); in his *perithecium* (Scleromyci Willd. l. Pyrenomycetes mihi).

IV. HYMENOMYCETUM denique receptaculum in inferioribus tantum *fulcrans* (elongatum & verticale) evadit indeque hymenium superum; in superioribus simul obtegens & includens (in perfectissimis

---

*) Nemo objiciat Byssaceos quosdam esse sporidiosos; formæ enim transitoriæ nullibi desiderantur; contrum ubique respiciendum. At quantum differunt v. gr. sporidia. Helicosporii, Helmisporii &c. quæ potius fibræ!, a Mucedinum, oculatum non fugit &c. &c.

**) Expositio comparativa omnium fungorum organorum cum partibus fructificationis reliquarum plantarum desideratissima. Inter fungos hæc ad quattuor evolutiones ejusdem typi referuntur. Eodem modo ac perfectissimæ plantæ & inferiorum partes rite evolutas sistunt earumque significationem explicant, sic & apud infimas, ubi omnes confluunt, perfectiorum rudimenta occurunt. — Summa mihi videtur Botanices pernicies studium singulas tantum cognoscere & elaborare familias, quæ indo status in statu evadunt. Talis *Lichenologia &c, &c.*

saltim), dilatatum & horizontale. In illis receptaculum *Clavula* (Clavati), his *Pileus* (Pileati) dicitur.

Oriuntur e conjunctione cosmicorum momentorum diversoque ex his in diversa serie prædominante. Sic inter Coniomycetes *(Protomycetes)* evolutio elementorum, optime monente T. F. Nees, magis impedita in plantis vivis, quam in plantis mortuis, ubi influxus aëris accedit. Hyphomycetes *(fungi aërei)* sporidiosi & parasitantes (Mucedines) adhuc indolem Coniomycetum mere-reproductivam magis servant; quam subxylarii & aspori Byssacei, veri fungi aëris. Inter Gasteromycetes *(fungos caloris)* Trichomycetes magis in potestate aëris retinentur, quam ascigeri & *clausi* Pyrenomycetes. Tandem inter Hymenomycetes *(fungos lucis)* inferiores ad lucem tendentes elongantur; sed superiores luce saturati etiam (dehiscentes) dilatantur. *De his Cf. p.* 502.

In quavis insuper classe series inferior ad inferiorem, superior ad superiorem sequentis classis abit. Hoc facilius patebit e serierum dispositione parallela :

Series inferior	—	*S. superior*
1. Hypodermia	—	1. Stilbosporeæ.
2. Mucedines *(Trichoderma)*	-	2. Byssacei (*Antennaria.*
3. Trichomycetes	—	3. Pyrenomycetes.
4. Clavati *(carnosi)*	—	4. Pileati *(subsuberosi).*

Series inferior distinguitur molliori & delicatiori contextu, superior firmiori & persistente. Superior vero prius desinit, ad principium revertens sem-

per deliquescendo perit, ex qua nova surgit generatio. Hinc deducam omnia genera deliquescentia; hinc Næmspora e contactu aëris, Byssus e contactu caloris *), Sphæriæ (ut & Phallus, Clathrus) e contactu lucis deliquescunt. Tandemque in momentaneis Coprinis regnum Mycetoideum subvertitur.

His ex seriebus perspicitur superiorum Classium ex inferiorum conjunctione origo; hinc patet, qua ratione Persoon Hypodermia & Trichomycetes, Stilbosporas & Pyrenomycetes conjunxit &c.; sed omnes exponere reflexiones, quæ hinc deduci possent, limites nostros excederet.

Conspectus Systematis.

Classis I. CONIOMYCETES.

CHAR. Sporidia nuda — absque receptaculo heterogeneo. *Huc referuntur fungi, in quibus sporidia præ reliquis partibus eminent & sic fungi essentiam constituunt. Hinc etiam heic magis evoluta occurrunt, quam in alia classe v. gr. Exosporii, Prosthemii &c. Receptaculum, si adest, oritur l. e pedicellis connatis l. sporidiis connatis & cum sporidiis immaturis homogeneum* **) *(sporidia abortiva).*

---

*) Hoc plurimis experimentis probavi. Byssi in temperatura calida in aquam solvuntur. Byssus nivalis mihi, latas plagas inter liquescentes nives in ericetis occupans, sole tacta perit.

**) Numquam thallus floccosus. Organa fructificationis & nutrionis eadem.

Ordines, ut semper, quattuor, quorum in hac prima classe primus centrum, reliqui tres ad sequentes classes abeunt *).

Ord. I. ENTOPHYTÆ *(CE)*. Sporidia nuda, libera, absque receptaculo. *Receptaculi rudimentum in summo genere uniuscujusvis seriei.*

— II. SPORODESMIA *(CM)*. Sporidia nuda, innata, septata l. pedicellata (elongata). *Receptaculum in duobus summis generibus.*

— III. CONIOSPORIA *(CU)*. Sporidia distincte angiospora!, subinde velata. *Receptaculum in tribus summis generibus.*

— IV. TUBERCULARIÆ *(CH)*. Sporidia nuda, simplicia, receptaculo inspersa. *Receptaculum in omnibus, tantum in prima specie obsoletum* **)

Singulus ordo quattuor continet genera primaria. Hæc iterum quattuor ordinibus correspondent. *Hymenini* cognoscuntur receptaculi rudimento per-

---

*) Ut hæc affinitas facilius patebit formulam, hanc exprimentem, nomini subjunxi. C. indicat Coniomycetes. M Hyphomycetes (Mucedineos) U— Uterinos, Gasteromycetes. H— Hymenomycetes. Nec omittendum cum his synonyma esse E. Epiphytas X— Xylarios. G— Geogenios.

**) Quamvis hæ, ut & omnes sequentes sectiones *a priori* deductæ sint, illas esse naturalissimas respectu characterum, elementorum, loci natalis, quæ simul sumta affinitatem indicant, demonstrabimus. Experientia semper erit sapientiæ testis & magistra. Ad interim tamen affere juvabit dispositionem nostram (jam 1815 exstructam, Cf. *Liljebl. sv. fl.*) sæpissime cum summi Neesii conspirare — deflectentem exponere conabor.

fectissimo; sporidiis vero Uterinis &c. imperfectioribus, fere Epiphytorum! — Uterinorum indolem indicant sporidia septata! Mucedinum sporidia pedicellata. Entophytarum sporidia strictissime simplicia, absque septis & pedicellis.

Ord. I. ENTOPHYTÆ. Nees p. 9. Abit, ut supra demonstravimus, in duas series.

Subordo. I. HYPODERMIA. (*CE*[1]) in plantis vivis parasitica. *Persoon inter Gasteromycos.*

Genera 1. *Cœoma Lk.* (*CE*[1]*E*).

— 2. *Spilocœa Fr.* (*CE*[1]*M*).

— 3. *Phragmidium Lk.* (*CE*[1]*U*).

— 4. *Podisoma Lk.* (*CE*[1]*H*).

Centrum (*Cœoma*) iterum, secundum eadem principia!, in quattuor subgenera abit — (*Uredo*), Cœomurus, Puccinia *Lk*, Aecidium *). His caliculus, *pro more*, perfectior, sed sporidia, ut in Uredinibus. Subdivisiones e plantarum ordinibus naturalibus, quibus innascuntur, sumendæ. Quo imperfectior familia, eo imperfectior hic caliculus. Exemplo erint Peridermia in Coniferis, Rœsteliæ in Rosaceis. Hic caliculus, quamquam e plantarum epidermide formetur, eodem modo ac sporidia e plantarum cellulis determinantur, notam essentialem offert. — Restant nonnulla genera intermedia v. gr. *Bullaria* Dec.

Subordo II. STILBOSPOREI (*CE*[2]) Entophytæ plantarum mortuarum. *Persoon inter Xylarias.* (Nees Syst. p. 20!).

---

*) Cf. *Stictis*, *Sphærobolus*, genera epiphyto-hymenina.

Genera 1. *Melanconium.* Lk. *(CE²C).*
— 2. *Fusidium. L. (CE²M).*
— 3. *Stilbospora. P. (CE²U).*
— 4. *Nœmaspora. Fr. (CE²H).*

Ubique conferendus Nees locis citatis, qui in præsenti ulteriores omnes observationes superfluas reddit. Stroma, in omnibus hujus generibus passim observatum, spurium est! Genera intermedia jam plura Didymosporium Nees, Astrosporium, Septaria *Fr.* *) &c. In Nœmaspora iterum sporidia ad formam simplicissimam revertuntur. Cf. *V. A. H.* 1817 & *Ehrenb. silv. Myc. Ber.*

Ord. II. SPORODESMIA. (Nees l. c.) Sporidia innata egregium sistunt characterem.

Genera 1. *Seiridium* Nees *(CMC).*
— 2. *Sporodesmium L. (CMM).*
— 3. *Exosporium L. (CMU).*
— 4. *Gymnosporangium* Dec. *(CMH).*

Sporidia in primo tantum genere exannulata. Coryneum *Nees* medium genus inter Sporodesmium & Exosporium.

Ord. III. CONIOSPORIA. Angiospori; & in genere centrali Uteri quoque rudimentum.

Genera: 1. *Conisporium. Lk. (CUC).*
— 2. *Bactridium.* Kunz. *(CUM).*
— 3 *Prosthemium. Kz. (CUU).*
— *Sclerococcum. Fr. (CUH).*

---

*) In Systemate sequenti modo exprimuntur genera intermedia: Septaria (*Stilbospora Uredo* Dec.) = CE^2M+U. Sparassis = HH^1+H^2 e. s. p.

Conisp. olivaceum *Lk.* non vidi, tantum peculiare *C.* circinans *Nees.* Ordo heic necessarius; an vero omnia allata genera loco naturalissimo posita, inquirendum.

Ord. IV. TUBERCULARIÆ. Nees syst. p. 29. Sporidia, ut semper in Hymeninis, antecedentium imperfectiora.

Genera: 1. *Aegerita. P. (CHC).*
— 2. *Fusarium. L. (CHM).*
— 3. *Atractium. Lk. (CHU).*
— 4. *Tuberculariu.* Tod. *(CHH).*

Ad eadem principia Aegerita quattuor subgenera continet (Illosporium, Psilonia, Dermosporium, Aegerita); ita & Tuberculuria. In genere Mucedineo sporidia elongata.

Ulterius Coniomycetes progredi nequeunt; si enim Sporodesmium una dignitate augeretur *(CMMM)*, evaderet Monilia; si Prosthemium attolleretur ad *CUUU*, vera evaderet Sphæria; si Tuberculuria fieret *CHHH*, culminaret & Helotii species (quales & nonnullæ species Todei). Immo Aegerita evaderet Sclerotium. — Etiam in Tuberculuria ad summam Mycetoideam formam pileatam evecti!

Quattuor hujus ordines representant Lepraria, Pulveraria, Coniangium, Calicium inter Lichenes.

Classis II. HYPHOMYCETES.

CHAR. Thallus floccosus. *Hoc charactere reliquis classibus mox dignoscitur. In nulla alia classe*

tam perfecte evoluti flocci occurrunt, quamquam ut organa subordinantia in Uterinis & Hymenomycetibus occurrunt.

Ordo primus Epiphytos revocat; secundus centrum constituit; tertius in Gasteromycetes; quartus in Hymenomycetes abit.

Ord. I. PHYLLERIACEÆ *(ME)* Fibræ spuriæ, contiguæ, entosporæ. Receptaculum nullum. *In foliis vivis.*

— II. INOMYCETES *(MM)* Fibræ genuinæ, subseptatæ. Receptaculum nullum. *In organismis putrescentibus.*

— III. STILBOIDEI *(MU)* Fibræ in receptaculum concretæ. Sporidia in capitulo discreto denudato inclusa.

— IV. CEPHALOTRICHI *(MH)* Receptaculum distinctum, floccis obductum, sporidiis inspersis.

Ord. I. PHYLLERIACEÆ. (Nees Syst. p. 63). Sunt status morbosi vestitus plantarum. Evidentissime hoc monstrant *Phyllerium Gei, Rubi,* quæ nil nisi pili foliolum aggregati & paululum mutati. Horum metamorphosin, in *Phyllerio tiliaceo, Erineo nervisequio* &c. &c. observatum, ut suo loco ulterius exponam. Hinc patet, quare sporidia nulla.

Genera: 1. *Taphria* Fr. *(MEE).*
— 2. *Phyllerium* Fr. *(MEM).*
— 3. *Rubigo* L. ex em. *(MEU).*
— 4. *Erineum* P. *(MEH).*

Flocci in Taphria sporidia referunt. Phylleria centrum constituunt & hinc minus quam reliqua a pilorum indole recedunt. Cronartium genus medium inter 2 & 3.

Ord. II. INOMYCETES. Abit in duas series:

Subordo I. MUCEDINES (*MM'*) Flocci pellucidi, septati, ecfospori. Cf. *Nees Syst. p.* 42.

† ENTOPHYTÆ (*MM'C*) Flocci peregrini, sporidiis copiosissimis immixtis l. innatis.

†† MUCEDINEAE LIBERÆ (*MM'M*) Flocci genuini, liberi, sporidiis libere evolutis inspersi.

††† TRICHODERMATA (*MM'U*) Flocci genuini, conjuncti, sporidiis libere evolutis subinspersis.

†††† HYPOCHNI (*MM'H*) Flocci essentiales, contexti, sporidiis ex articulis collabentibus! *Transitus ad Byssos.*

† Entophytæ. *Nees Syst. p.* 44.

Genera: 1. *Sepedonium* Lk. (*MM' CC*).

— 2. *Mycogone* Lk. (*MM' CM*).

†† Muc. liberæ. *Nees Syst. p.* 45. *).

Ordinis sectio centralis iterum in quattuor genera superiora l. subdivisiones colläbitur:

* *Sporomyci* (*MM'MC*) Sporidia copiosa, eseptata, floccos parcos decumbentes obtegentia.

** *Trichomyci* (*MM'MM*) Sporidia eseptata, floccis decumbentibus hinc inde inspersa.

*** *Trichothecii* (*MM'MU*) Sporidia septata, floccis decumbentibus inspersa.

---

*) Singula sectio forsan potius genus & genera allata tribus. Primaria attuli, de cetero ob formarum copiam centra magis, quam radios, subdividere necessarium est.

**** *Botrytides* (*MMM'H*) Sporidia regulariter coacervata, in floccis erectis *).

* *Sporomyci.* Nees Syst. p. 45.

Genera: 1. *Arthrinium.* K. (Sporomyc. *E*).
— 2. *Fusisporium.* Lk. (— *M.*)
— 3. *Epochnium.* Lk. (— *U.*)
— 4. *Acremonium.* Lk. (— *H.*)

** *Trichomyci.* Nees p. 47.

Genera: 1. *Aleurisma.* Lk. (Trichom. *C.*)
— 2. *Sporotrichum.* Lk. (— *M.*)
— 3. *Macrosporium.* Fr. (— *U.*)
— 4. *Collarium.* Lk. (— *H.*)

Sporotrichum 4 subgenera continet. Byssocladium medium inter Algas & Trichomycetes.

*** *Trichothecii.* H. I. tantum duo genera descripta: *Trichothecium.* Lk. & *Scolicotrichum.* Kz.

**** *Botrytides.* Ehrenb. — Mucedines capitat. *Nees Syst. p.* 51.

---

*) Sunt forsan, qui judicent me aliquando pro lubitu, sine sufficiente ratione, ut nullus typus desideraretur, unum alterumve genus 1. sectionem collocasse. Mehercle! nullibi, quantum novi. Sic heic (in centro tam alto!) *Sporomyci* loco natali, sporidiorum forma & copia affinitatem cum Coniomycetibus indicant. *Trichomyci* procul dubio centrum constituunt. *Trichotheciorum* sporidia septata (ut inter Epiphytos demonstravi) affinitatem remotiorem cum Uterinis & *Botrytidum* forma, locus, sporidia subcapitata cum Hymeniis indicant. Cf. ulterius ipsa genera, inter quæ, jam a reliquis remotissima, vestigia nondum obsoleta; sed semper observandum quid sectionis character mutat v. gr. inter *Sporomycos* M. sporidia elongata, sed inter, *Trichomycos* flocci e. s. p. — At universalem harmoniam, quam ubique perspicimus, verbis frustra exponere conabimur.

Genera: 1. *Acrosporium.* Nees (Botryt *C.*)
— 2. *Botrytis.* Mich. (— *M*)
— 3. *Dactylium* Nees. (— *U.*)
— 4. *Aspergillus.* Mich. (— *H.*)

Botrytis quattuor continet subgenera. Cf. Nees. Accedunt alia intermedia.

††† Trichodermata. *Nematomycet. tegentes.* Nees Syst. p. 79.

Genera: 1. *Myrothecium.* Tod. (*MM' UC*).
— 2. *Trichoderma.* P. ex Lk. (*MM' UM*).

†††† Hypochni. Habitu, loco, sporidiis ad Muced. hymen. accedunt.

Genera: 1. *Oidium.* Lk. (*MM' HC*).
— 2. 3. *Hypochnus.* Fr. (*MM' HM & U*).
— 4. *Geotrichum.* Lk. (*MM' HG*).

Subordo 2. BYSSACEI (*MM²*) Fibræ! entosporæ, opacæ, fructiferæ articulatæ; steriles *) contiguæ. Cf. de cetero *Nees Syst. p.* 62! Humectatæ aquam repellunt, quod nec Mucidenes veræ, neque Algæ.

† EPIPHYTI. (*MM²E*) Fibræ spuriæ, nudæ, disjunctæ, articulatæ.

†† BYSSI SOLIDI (*MM²M*) Fibræ genuinæ, nudæ; disjunctæ, fertiles articulatæ.

††† GASTEROTRICHI. (*MM²U*) Fibræ fertiles velatæ, liberæ, articulatæ.

†††† HYMENOTRICHI. (*MM²H*) Fibræ nudæ, concretæ, subasporæ.

---

*) Byssus paucissimaque genera semper sterilia.

† Epiphyti. — In hac serie, quod Entophytæ in priori; sed aspori. Fibris articulatis a Phylleriis differunt.

H. l. *Herpotrichum* Fr. &c.

†† Byssi solidi. *Nees Syst. p.* 65, 69. Sectio centralis iterum subdividenda.

* *Moniliæ.* (*MM²ME*) Fibræ totæ articulatæ.

** *Byssini.* (*MM²MM*) Fibræ remote septatæ, l. tenuissimæ, septulis inconspicuis.

*** *Racodia* (*MM²MX*) Fibræ continuæ, granuliferæ; granulæ intus fibris moniliformibus (*fertilibus*).

**** *Helmisporia* (*MM²MH*) Fibræ primariæ erectæ, rigidæ, continuæ; secundariæ (*fertiles, sporidia vulgo dictæ*) septatæ secedentes.

* *Moniliæ.* Mere sporidia concatenata. Genus *Torula* P. est epiphytum. (Cf. *Nees Syst. p.* 72. H. l. quoque *Hormiscium* Kz., *Monilia* Lk, *Alternaria* Nees.

** *Byssini.* Centrum constituunt.

H. l. *Plegmatium* Fr., BYSSUS! Lk., *Lanosa*, Fr. — *Acrotamnium* Nees videtur genus hymeninum hujus subdivisionis.

*** *Racodia.* Subdivisio uterina, prototypus sectionis uterinæ subsequentis.

H. l. Racodium P. — & *Dematium* Lk, si ad Fungos pertineat.

**** *Helmisporia.* Byssi disjuncti Nees p. 65.

Genera: 1. *Cladosporium.* Lk. (Genus *E.*)
— 2. *Helicosporium* Nees (— *M.*)
— 3. *Helmisporium* Lk. (— *U.*)
— 4. *Chloridium* Lk. (— *H?*)

Ad superiores subdivisiones omnia genera seorsim non proposui, cum plura non viderim. Singula subdivisio cum correspondente prioris subordinis conferenda v. gr. Helmisporia & Botrytides. Sporidia sic dicta Helmisporiorum eadem sunt ac fibræ Antennariæ, interiores Racodii &c. ; in genere mucedineo (*Helicosporio*) optime evoluta. Jam Illustr. Link in Cladosporio ramos in sporidia abire notavit e. s. p.

†††† Gasterotrichi. Cf. *Nees p.* 278.

Genera: 1. *Clisosporium.* Fr. *(MM²UC).*

— 2. *Antennaria.* Lk. *(MM²UU).*

— 3. *Epichysium* Tod. *(MM²UH?).*

Antennariam hujus loci non dubito. Cf. *Racodium.*

†††† Hymenotrichi l. Geogenii. — *Inomycetes terrestres.* Fr. Nees. Rad. Mycet. p. 7.

Genera plurima ; typi sunt :

— 2. *Ozonium.* Lk. *(MM²HM).*

— 3. *Rhizomorpha.* Roth. *MM²HU!).*

— 4. *Xylostroma.* Tod. *(MM²HH).*

Medium inter Rhizomorpham & Xylostroma Rhizostroma Fr. — Horum natura quam reliquorum magis dubia, non videtur.

Ord. III. STILBOIDEI. Sarcocephali *Nees p.* 87. Huc pertinet vastum *Stilborum* genus, quod proprium ordinem necessario constituet. Genus ad Hymenòtrichos abiens est *Choydostylum* Tode — & ad Cephalotrichos *Periconia.* Tod.

Ord. IV. CEPHALOTRICHI. Nees Syst. p. 84.

Genera: 1. *Cephalotrichum.* Lk. *(MHE).*

— 2. *Coremium.* Lk. *(MHM).*

— 3. *Ceratium.* A. S. *(MHU).*

— 4. *Isaria.* P. *(MHH).*

Observationes acumini Lectorum relinquo. Ulterius hæc Classis progredi nequit; Stilbum unica dignitate auctum culminaret & Gasteromyces evaderet; sic & Cephalotrichi ad Hymenomycetes abirent. Ad formam summam clavatam & pileatam in ultimo Ordine quoque evecta.

Classis III. GASTEROMYCETES.

CHAR. Uterus h. e. *Fungus totus clausus, in centro sporidia colligens. Sporangium componitur e cellulis concretis, includitque cellulas discretas solutas* (sporidia), *sæpe & elongatas contiguas* (floccos v. ascos); *quæ vero imperfectiores sunt, solutæ quam in Coniomycetibus; & contiguæ, quam in Hyphomycetibus; sed novum quod ex his formatur organum* (uterus) *in hac classe perfectissimum. Uterus iterum occurrit in reliquis classibus v. gr. Pezizis, Polyporis &c.; sed tum totius plantæ essentiam non constituit.*

Ordines duo priores ad antecedentes Classes abeunt; tertius centrum; quartus Hymenomycetibus proximus.

Ord. I. PERISPORIA. *(UE)* Uterus sessilis, tenuis, simplicissimus; sporidia absque receptaculis partialibus.

Ord. II. MUCOROIDEI. *(UM)* Uterus stipite floccoso, membranaceus; sporidia absque receptaculis partialibus.

— III. UTERINI VERI *(UU)* Uterus genuinus, receptaculum constituit *(concreti)*; sporidia cum receptaculis partialibus.

— IV. ANGIOGASTRES. *(UH)* Uterus mox rumpens a receptaculo (hymenio) discretus. Sporidia in receptaculis collocata.

Ord. I. PERISPORIA. (1. Hunc locum forsan melius occuparunt Xylomaceæ).

Genera: 1. *Perisporium* Fr. *(UEE)*.

— 2. *Eurotium*. Lk. *(UEM)*.

— 3 *Amphisporium*. Lk *(UEU)*.

Ultimum genus non vidi. An hujus loci?

Ord. II. MUCOROIDEI. Mucedines vesiculiferi *Nees Syst. p.* 81. (Thallus subseptatus).

Genera: 1. *Hydrophora*. Tod. *(UME)*.

— 2. *Thamnidium*. Lk. *(UMM)*

— 3. *Ascophora*. Tod. *(UMU)*.

— 4. *Pilobolus*. Tod. *(UMH)*.

Ordo naturalis, cum alio non commutandus. Centrum (5) ulteriorem divisionem admittit.

Ord. III. UTERINI VERI. Centrum.

Subord. I. TRICHOSPERMI. P. Uterus mollior, subfatiscens. Sporidia receptaculis partialibus (floccis) inspersa.

† LICEOIDEI (*UU'E*) Flocci obsoleti.

†† FULIGINOIDEI (*UU'M*) Uterus subdifformis, sessilis, junior *fluxilis*. Sporidia floccis discreta.

†††† TRICHOCISTI (*UU'X*) Uterus regularis, junior fluxilis. Sporidia floccis copiosis inspersa.

†††† LYCOPERDINEI (*UU'G*) Uterus determinatus, junior carnosus. Flocci copiosi.

† Liceoidei. Gasteromyci diffluentes. *Nees Syst. p.* 104. Ni rationem haberes uteri perfectioris, cum *UE* facile conjungendi.

Genera: 1. *Dichosporium.* Nees *(MU'EC).*
— 2. *Licea.* Schrad. *(UU'EU).*
— 3. *Dermodium.* Lk. *(UU'EH).*

†† Fuligineidei. Aërogastres ! sporomesti. *Nees Syst. p.* 98, — (Fungi caloris aërei !).

Genera: 1. *Pittocarpium.* Lk. *(UU'ME).*
— 2. *Aethalium.* Lk. *(UU'MM).*
— 3. *Lycogala.* Mich. *(UU'MU).*
— 4. *Spumaria.* P. *(UU'MH).*

Pittocarpium non vidi. Lycogala quattuor admittit subgenera *Lignidium.* Lk. *(E)*, *Strongylium* Dittm. *(M)* &c.

††† Trichocisti (Trichioidei) *Nees Syst. p.* 110. Sectio centralis, inde formarum numero ditissima, admittit subdivisiones, characteribus facile circumscriptas !

a. *(MU'XE) Craterium.* Trent. (si placet subdividendum).

b. *(UU'XM) Diachea.* Fr. *(E)*, *Stemonitis* Gled. *(M) Cribraria* Schrad. *(U)*, *Dictydium* Schrad. *(H).*

3. *UU'XU*) *Arcyria* P. (*E*), *Trichia* (*M*), *Physarum* P. (*U*), *Cionium* L. (*H*).
4. (*UU'XH*) *Diderma* P. cum *Didymio.* Schrad., *Leocarpus.* Lk. cum *Leangio.* Lk.

Plurima observanda offert!

†††† Lycoperdinei. Geogastri! *Nees Syst. p.* 128.

Genera: 1. (*Asterophora.* Ditt. — Epiphytum. (*Onygena.* P. — Epizoum.
— 2. *Tulostoma.* P. (*UU'GM*).
— 3. *Lycoperdon!* Mich. (*UU'GU*).
— 4. *Polysaccum.* Dec. (*UU'GH*).

Asterophora tantum in fungis vivis occurrere debet. Cf. p. xxix, lin. ultima. — Genus centrale, *peridio duplici non frustra distinctum*, secundum exterius in quattuor genera iterum abit. *Scleroderma* P., *Bovista.* P., *Geaster* Mich.) Restant intermedia varia. - *Polysaccum* intime cum Sclerodermate (medium est *Rhizopogon* Fr.) cohæret, hoc loco omnino necessarium!, abitque evidentissime ad sequentem ordinem (non subordinem) e. s. p.

Subord. II. PYRENOMYCETES. Uterus magis clausus, induratus. Rec. partialia includentia. Cf. *Fries Scler. exsicc. Fasc. II.*

† XYLOMACEI (*UU²E*) Rumpentes; *asci obsoleti*; sporidia innata.

†† CYTISPORI (*UU²M*). Clausi: asci dissoluti; sporidia diffluentia (sæpe cum utero).

††† SPHÆRIACEI (*UU²U*) Perithecium clausum, ostiolatum, intus nucleo subthecigero.

†††† PHACIDIACEI *UU²H)* Perithecium rumpens, demum apertum; asci fixi.

† Xylomacei. (Cf. *Nees p.* 25).

Genera: 1. *Depazea.* Fr. (*UU²EE*).
— 2. *Actinothyrium.* K. (*UU²EM*).
— 3. *Xyloma.* P. (*UU²EU*).
— 4. *Leptostroma.* Fr. (*UU²EH*).

Genera intermedia plura. *Schizoderma* Ehrenb. est Leptostroma mihi; Ejusd. Leptostroma (Ectostroma) vegetabile non censeo.

†† Cytispori. *Ehrenb. Silv. Myc. p.* 15.

Genera: 1. (Apiosporium?)
— 2. *Chætomium.* Kz. (*UU²MM*).
— 3.? *Coccopleum.* Ehrenb. (*UU²MU*).
— 4. *Sphæronæma.* Fr. (*UU²MH*).

††† Sphæriacei. *Fr. Exs. II* ! Centrum.

Genera: 1. *Phoma.* Fr. (*UU²UE*).
— 2. *Bostrychia.* Fr. (*UU²UM*).
— 3. *Sphæria.* Hall. (*UU²UX*).
— 4. *Dothidea.* Fr. (*UU²UH*).

Præcipue genus centrale subdivisiones admittit: *Cordyceps* Fr. (*H*) *Poronia* Fr. (*U*) e. s. p. *Dothidea* est genus hymeninum ob ascos fixos. Restant genera plura intermedia, omnia in sequenti volumine plane reformanda. Nescimus sane quare Mycologi antecedentem subordinem tantum subdiviserunt, & hunc conjunxerunt. In hac sectione primum perspexi, quæ p. xxix, de loco natali allata,

†††† Phacidiacei. *Fr. l. c.*!

Genera: 1. *Excipula.* Fr. (*UU²HE*).
— 2. *Actidium.* Fr. (*UU²HM*).
— 3. *Phacidium.* Fr. (*UU²HU*).
— 4. *Thelebolus* Tod. (*UU²HH*).

Centrum admittit subgenera: *Hysterium* Tod. (*E*) *Solenaria* Spreng. (*M*) Rhytisma. Fr. (*H*). — Vidimus heic novum exemplum, sectionem quartam ad primam abire. Quare unica tantum Phacidii species geogenia, explicat sequens ordo, ad quem per Excipulam turgidam & *Thelebolum* Tod. evidentissime abit.

Ord. IV. ANGIOGASTRES. Ordo maxime memorabilis.

Genera: 1. *Sphærobolus.* Tod. (*UHE*).
— 2. *Polyangium.* Lk. (*UHM*).
— 3. *Cyathus.* Hall. (*HHU*).
— 4. (clavatus : *Clathrus.* Mich. (*UHH¹*);
(pileatus . *Phallus.* Veter. (*UHH²*).

Genera intermedia varia. Polyangium non vidi. Ultima maxime tangunt Hymeninos, ut Phallos in statu perfecto jam culminasse, facile crederes.

Classis IV. HYMENOMYCETES.

CHAR. Hymenium h. e. *Fungus mox apertus, sporidiis in superficie nidulantibus, in perfectioribus ascis inclusis. Sporangium componitur fere, ut in*

Gasteromycetibus, sed cellulæ discretæ (Sporidia) *ad lucem tendentes superficiales; hinc hymenium numquam rumpitur* *).

Repetuntur primo antecedentes classes priusquam ad centrum attingimus.

Ord. I. SCLEROTIACEI (*HE*) Hymenium cum receptaculo carnoso sporidiisque confusum **). Asci nulli.

— II. TREMELLINI (*HM*) Hym. cum receptaculo gelatinoso confusum. Sporidia discreta. Asci nulli.

— III. UTERINI (*HU*) Hymenium distinctum, superum, marginatum. (*Receptaculum urceolatum l. reflexum, semper inferum*).

— IV. HYMENINI (*HH*) Hymenium distinctum, superum immarginatum l. inferum. (*Receptaculum elongatum l. expansum superum*).

---

*) Inter Protophyta *Filices* hymenina & *Musci* uterina l. capsularia. Ulterius non adscendit analogia fungorum. *Numerus vero fungorum reliquorum plantarum verosimile major* derivatur ex unius cujusvis organismi nisu reproductivo ejusque multiplici modificatione ex elementorum varietate. 5 Sphæriæ *Sorbo* propriæ, 5 Pyrenomycetes *Vaccinio vitis ideæ* privi e. s. p.

**) In Systemate naturali construendo nil antiquius erit quam observare, utrum partes discretæ, an concretæ. Apud inferiores eadem occurrere solent organa, modo nondum explicata. *E partibus concretis omnes irregularitates oriuntur v. gr. Corollarum e. s. p.* An Compositæ sint Umbelliferæ concretæ?

Ord. I. SCLEROTIACEI. Semina terræ. Nees!

Genera: 1. *Erysiphe.* Dec. (*HEE*).

— 2. *Rhizoctonia.* Dec. (*HEM*).

— 3. *Sclerotium.* Tod. (*HEX*).

— 4. *Tuber.* Mich. (*HEG*).

Forma subglobosa, polis nullis discretis, inde omnes partes confusæ.

Ord. II. TREMELLINI. Fungi aërei! *Nees p.* 155.

Genera: 1. *Agyrium* Fr. (*HME*).

— 2. *Dacrymyces.* Nees (*HMM*).

— 3. *Tremella.* Roth. (*HMX*).

— 4. *Hygromitra.* (Nees (*HMG*).

Typus *Agyrii* est Trem. cinnabarrina. Restant genera intermedia.

Ord. III. UTERINI. — Uter. calycini. *Nees p.* 258.

Genere: 1. *Cyphella* Fr. (*HME*).

— 2. *Solenia* Hoffm. (*HUM*).

— 3. *Peziza* (*HUU*).

— 4. *Mitrati* (*HUH*). Cf. p. 598.

Duo priora genera ascis destituta *). Peziza abit in duas series, ascis fixis & liberis, etiam subgenera admittit: *Stictis* est Epiphytum (Cf. Aecidium) *Byssisedæ* (*M*), centrum (*X*), *Aleuria* (*G*) e. s. p. Sic & Mitrati.

---

*) Non tamen separo. Eodem modo inter plantas Vasculares, quarum singula series e *plantis aquaticis* ascendit, infimæ vasis subdestitutæ.

Ord. IV. HYMENINI. Regni mycetoidei fastigium.

Subord. I. Clavati. *Fries Syst. p.* 461.

Genera: 1. *Pistillaria* Fr. (*HH'E*).

— 2. *Typhula* Fr. (*HH'M*).

— 3. *Spathularia* P. (*HH'U*).

— 4. *Clavaria* Vaill. (*HH'G*).

Subord. II. Pileati. Fr. *Syst. p.* 8, 455-461.

Genera: 1. *Thelephora* Ehrh. (*HH²E*) *Lejostroma!*

— 2. *Hydnum* L. (*HH²M*) *Diopogon!*

— 3. *Polyporus*, Mich. (*HH²X*) *Apus!*

— 4. *Agaricus*. L. (*HH²G*) — *).

Ulterius regnum Mycetoideum (*Nachtseite der Pflanzen-welt*) ad formam umbellarem & fructificationem verticillatam evectum, limites suos extendere nequit. In altero vero orbis vegetabilis hemisphærio restant quasi coloni (novæ formationis sexualis prototypi) *Cynomorium* & *Aphyteja*, quarum hæc floribus hermaphroditis maxime abnormis **). Semper parasiticæ (Hysterophyta!) sunt herbæ fungosæ *Lathræa*, *Monotropa*, *Epipogium* &c.

---

*) Contradictio, quæ inter eas, quæ de Agarico pluries & Boleto ut perfectissimo p. 386 attuli, apparet, facile explicatur ex diverso respectu quo considerantur. Boleti ut fastigium Uterinorum inferioribus Agaricis perfectiores &c. Cf. p XIV (Fungi Mitrati.)

**) Perfectissima animalia sexu distincta & infima hermaphrodita; perfectissimæ plantæ hermaphroditæ, infimæ dicline. *E plantis radicis* Oken (a quibus nunc semotos gaudeo Fungos, Isis 1820. VI. p. 556) unice sexuales (Musci) diclines. Fere omnes *Plantæ caulis*

Rei peritis, nisi tota constructio displiceret, hæc sufficiunt. Omnes mutationes in contextu, forma & loco natali ex hoc me explicare posse spero. In ipso libro leviter subinde discessi; Ordinum centralium subordines distinguo, ut & sectionem hymeninam Hymenomycetum Uterinorum & Gasteromycetum Hymeninorum ob habitum delectentem. Neque receptam seriem Pileatorum reformare volui.

Hæc in rerum copia ad Systematis cognitionem maxime necessaris, *in præsenti annotare volui. Valeas igitur Libelle! Mitto te per orbem non sine metu & spe. Conferas, quantillum fuerit, ad naturæ ejusque Conditoris, cognitionem, tum quotannis, redeunte telluris pomona, nova mihi subministratur lætandi materies.*

(Palmæ, Coniferæ, Amentaceæ &c.) diclines; inter Culmiferas infimæ Cyperoideæ (*amentaceæ*) sæpe diclines, raro Gramineæ; nunquam summæ Juncaceæ glumis verticillatis e. s. p. *Plantæ foliorum* Oken. (Urticeæ, Euphorbiaceæ) subdiclines. Vix unquam diclines *Plantæ Corollinæ, Fructus* e. s. p.

ERRATA GRAVISSIMA, hactenus observata. Plurima in introductione, typis maxime festinanter exscripta.

Pag. X. l. 11. læve lege: *leve*. P. XVI. l. 25. lege: *singuli organismi*. P. XX. l. 17 *duæ*. - *Ib.* l. ult. lege: *debet*. P. XXV. l. ult. lege: *probaremus*. P. XXVI. notæ * & ** commutatæ. P. XXXVIII. l. 21, 23. privi *lege*: privati.

Pag. 8. lin. 14. longitudinaliter l. *utrinque*. P. 11. l. 22. l. *adnatæ*. *Stipes subæqualis*. P. 119. l. 6. lege: *radice*. P. 271. l. 24. basi lege: *postice*. P. 320. l. 2. dele syn. Dittmari. P. 326. l. 31. Merulios lege: *Cantharellos*. P. 327. l. 2. lege: *triga*. P. 331. l. 16. lege: *contextos*. P. 426. l. 11. albidi lege: *alibi*. P. 454. l. 26. Thelephora lege: *Tuberculariæ*. P. 502. l. 21. lege: disponendi. — Cum pluribus, quæ indulgentiæ observatoris committo.

FUNGORUM

ORDINES, GENERA, SPECIES.

CLASSIS PRIMA.

HYMENOMYCETES.

CHARACT. Hymenium nudum.

EVOLUTI. *Link. diss.* 1. *p.* 35. Asci in superficie collocati, immersi, plerumque fixi. Sporidia in ascis seriatim disposita. — Radix e fibris mucosis, tenuibus, subinde simplex, fusiformis. Receptaculum carnosum, (suberosumve), annuum, forma varium, contextu solido, subfloccoso.

PROTOTYPI. *Nees Syst. p.* 146. Asci haud evoluti. Sporidia in ambitu nidulantia, emergentia. — Forma globosa, in cupulatam, clavæformem l. pileatam tendit. Substantia vesiculosa, extus intusque homogenea.

UTRIQUE optime a reliquis Classibus hymenio — sporidiis in superficie collocatis, non vero nudis, differunt — l. — ut negativis notis exprimam, defectu perithecii nucleique fructificantis a *Pyrenomycetibus*; defectu peridii, sporidia, massam fungi constituentia, includentis a *Gasteromycetibus*; sporidiis non denudatis ab *Hyphomycetibus* et *Protomycetibus*.

ADSCENDIT hæc classis ab Ordine summo (Exosporii) *Protomycetum*, quos infimæ in singulo ordine tangunt. Prototypus epiphyllus est *Erysiphe*.

Conspectus ordinum:

†. *Evoluti.* Ascis perfectis.

I. PILEATI. Receptaculum dilatatum, subinde ramosum, in formam orbiculatam tendens. Hymenium inferum. Asci fixi.

Centrum: *Agaricus, Boletus.* Radii: *Cantharellus, Theleph. ramosæ.*

II. CLAVATI. Receptac elongatum, simplex l. ramosum in formam cylindricam tendens, immarginatum. Hymenium superum. Asci fixi.

Centr. *Clavaria, Typhula.* Rad. *Sparassis.* — *Mitrula.*

III. MITRATI. Receptaculum bullatum, pileiforme marginatum. Hymenium superum, numquam clausum. Asci fixi.

Centr. *Helvella, Leotia.* Rad. *Morchellæ cont.* — *Rhizina.*

IV. CUPULATI. Receptac. patellæforme, marginatum. Hymenium superum, junius clausum, urceolatum. Asci erecti. α) fixi. β). liberi, emergentes.

Centr. *Peziza, Ascobolus.* Rad. *Helotium.* — *Burcardia.*

††. *Prototypi.* Ascis imperfectis, nullis.

V. TREMELLINÆ. Receptaculum varium vesiculoso-gelatinosum. Sporidia libera, emergentia.

Cent. *Tremella.* Rad. *Auricularia.* — *Nœmatelia.*

VI. SCLEROTIACEÆ. Recept. varium, vesiculoso-carnosum. Sporidia libera, subemergentia.

Cent. *Sclerotium* — Rad. *Phyllopta* — *Erysiphe.* — Affin. *Aegerita &c. inter Protom.*

Obs. Centrum indicat genera naturaliss. Radii genera ad antec. & sq. ordinem transeuntia.

ORDO. I.

PILEATI.

Fungus & Agaricum. *Tourn. J. R. H. p.* 556. **Fungi** pileati. *Dill Giess. p.* 172. *Nees. Syst. p.* 178. Agaricoidei, Boletoidei, Hydnoidei & Gymnocarpata. *Pers. Syn. p. XVI. sq.* idem & Chantarelloid. *Pers. Ch comest.* Fungorum fer. 1. *Link. l. c. p.* 36.

STAT. *nat.* Hymenium inferum, subefiguratum, raro lave. Asci lineares, fixi, vix paraphysophori. — Stipes erectus l. adscendens, subcylindricus, cum pileo plus minus contiguus, sæpe obliteratus. Pileus horizontalis, dilatatus, in formam orbiculatam tendens, sensim magis magisque explanatus, marginatus. Velum in duobus generibus occurrit.

STATT. *aberrant.* Pileus passim obliteratus, nunc resupinatus (pagina superiori adnatus), effusus, crustæformis; nunc in ramos sursum plerumque dilatatos abiens, qui nisus præcipue inter genera ad fungos clavatos accedentia observatur. Utraque hæc aberratio in formam genuinam facile transit, sæpe ex ætate et loco solum pendens.

AFFINIT. Ordo vastissimus, maxime naturalis, nec amplius dividendus, fungos perfectissimos continet. Ab inferiori parte affines sunt *Clavati*; sed differunt hymenio supero lævissimo nec ut in Hydnis, Thelephoris etc. ramosis subtus præcipue thecigeris. Extima genera quoque Exosporiis affinia, nec dubito, quin nonnullæ species in diversis ætatibus ad utrumque ordinem pertineant, utriusque modo fructificent. Quales metamorphoses frequentes inter organisma imperfectiora observantur, inter Algas et animalia infusoria, inter Lichenes et Algas (conf. *Ag. Syn. Alg.*) etc.

HISTOR. Dioscorides duos modo seorsum commemorat, reliquos inter edules et perniciosos com-

prehendit. (*Lib.* 4. *C.* 83). Plinio "numerosa fungorum genera" paucissimos vero notat. C. Bauhinus 60 fere, plurimos e Clusio, huc spectantes collegit. Tournefort gen. 2, spec. 87. Michelius gen. 6, species prope 800. Linnæus genera 3, spec. 50. Gleditsch genera 2. sp. 44. Persoon in Synopsi genera 9, species 683. Link. gen. 15. Nos gen. 4 primæ, totidemque sec. et tert. dignitatis, species ultra mille, totidem nondum determinatis ad veras species relatis plurimisque dubiis simul indicatis. Sporidia Porta (*Phytogn. VI. c.* 2.), hymenii essentiam Vaillant, ascos Link primi observarunt. De Systemate Nees, de speciebus præcipue conferendi Clusius, J. Bauhin, Sterbeck, Rajus, Buxbaum, Battarra, Haller, Scopoli, Persoon etc. Icones nitidissimas Michelio, Schæffero, Bulliardo, Batschio, Boltonio, Sowerby, Floræ Danicæ editoribus etc. debemus. Synonyma collegerunt C. Bauhin, Gleditsch; hæc vero Mycologiæ pars maxime neglecta fuit.

PATRIA, locus, tempus, duratio. Extra-Europæi, pauci scilicet quos rite novimus, specie plerumque, raro tribu, numquam genere ab Europæis differunt. Hi vero, exceptis quibusdam regione mediterranea privis, a Svecia in Italiam, a Ruthenia in Angliam communes videntur. Qui horum nomine in Floris Extra-europæis occurrunt omnino dubii, exceptis forsan Americ. boreal. Incolunt terram et ligna putrida similiaque, numquam saxa. Individua l. species in cryptis tantum provenientia meras esse monstrositates in sequenti demonstrabimus. Vigent optime tempestate pluviosa simulque calida, æstivali et autumnali, pauci tantum vernales, paucissimi hiemales. Horum proventus anomalus quidem videtur, est tamen observatu jucundus. Alii certo anni tempore, neglecto cœli temperie protrudunt; alii ex aëris conditione plus minusve humida præcoces l. serotini sunt; alii tandem, meteorici dicendi, annis valde pluvi-

osis (v. gr. 1813, 1817) suis locis tantum resurgunt. Exempla in sequentibus. Quod ad durationem attinet Agaricus unus alterve ephemerus est, plurimi hujus ordinis per 7 (Plin.) — 14 dies vegetant, sed multi diutius, immo dimidium per annum persistunt. Multæ autem Dædaleæ & Polypori perennes dicuntur, horum vero substantiam suberosam esse emortuam novumque porium carnisve stratum quottannis superimpositum vivum tantummodo esse, multis experimentis nixus judico. Radicem vero, quam negavit Theophrastus, multis & præcipue truncicolis esse perennem, aliis, ut Coprinis, modo annuam, nunc compertum habemus.

VIRES & us. Crudi plerumque venenati, sapore mucido, sæpe acri, sed coctione mitiores. A Galeni (*Al.* 2.) usque temporibus anceps cibus visus. Alii semper perniciosi dicuntur, forsan ob larvas infestantes. Usus in Medicina (*Polyporus officinalis* &c.), pro fomite & in cibariis multiplex, accuratius investigandus!

SYNOPSIS generum, ex hymenii indole distinguendorum:

I. AGARICUS. Hymenium lamellatum. Lamellæ simplices, parallelæ.

A. *Coprinus*. Asci segregati, quaterna sporidiorum serie. Lamellæ diffluentes.

B. *Gomphus*. Lamellæ longe decurrentes ramosæ. Pileus turbinatus subumbonatus.

II. CANTHARELLUS. Hymenium venosum. Plicæ l. rugæ dichotomæ, subparallelæ.

III. MERULIUS. Hymenium venosum. Plicæ subporiformes, flexuosæ, interrupte ascigeræ.

IV. SCHIZOPHYLLUM. Hymenium lamellatum. Lamellæ longitudinaliter bifidæ revolutæ.

5. DÆDALEA. Hymenium sinuosum e lamellis anastomosantibus l. poris elongatis.

6. POLYPORUS. Hymenium porosum. Pori concreti, subrotundi, subinde lacerati.

B. *Porotheleum.* Pori distantes, papillosi, superficiales.

C. *Polysticta.* Pori superficiales, punctiformes. Asci nulli.

7. BOLETUS. Hymenium tubulosum. Tubuli discreti, connexi.

8. FISTULINA. Hymenium tubulosum. Tubuli liberi, juniores clausi.

9. HYDNUM. Hymenium subulosum. Subulæ liberæ.

B. *Diopogon.* Asci nulli, in floccos soluti.

10. SISTOTREMA. Hymenium lamellis interruptis flexuosis dentatum.

11. PHLEBIA. Hymenium rugosum e papillis elongatis l. confluentibus.

12. THELEPHORA. Hymenium papillosum l. læve.

B. *Phylacteria.* Sporidia quaterna serie disposita. *Resupinatæ.*

C. *Himantia.* Junior & in ambitu byssina, Asci nulli.

D. *Lejostroma.* Glabra absque ascis.

Genera accedentia sunt plurima genera hymenina reliquarum Classium & ordinum. (Coniophora?)

DIGNITATES. Primæ dignitatis sunt Agaricus, Polyporus, Hydnum, Thelephora; secundæ *Cantharellus, Dædalea, Boletus, Merulius;* tertiæ Schizophyllum, Fistulina, Sistotrema Mihi nec Pers., Phlebia. Confer. insuper ordinis revisionem ad finem.

CRITICA. Simplex series oritur sequ. modo: Thelephoreæ, Merulii, Agaricoidei, Dædaleæ, Polyporoid, Hydna, *Boleti*, qui saltim respectu hymenii perfectissimi. Valde superflua mihi videtur divisio Persooniana in quinque ordines. — Generum characteres, unice ex hymenio, neglecta pilei forma, sumendi. Hinc factitia sunt genera e forma pilei clavata (*Merisma*, *Hericium*, *Gomphus* etc.) l. resupinata (*Poria*, *Corticium* etc.) Neque genere distinguendæ species lamellis aculeisve incisis, poris laceratis e s p. Hinc genus Sistotrema, e Meruliis, Polyporis, Hydnis, Dædaleis conflatum, plane delendum.

Subdivisiones generum ubique, quantum sec. natur. fieri potuit, eædem. Probe vero distingendum inter genera discreta (*Agaricus*, *Boletus*) et concreta (*Cantharellus*, *Polyporus*, *Hydnum* etc.). Illis enim sæpius velum, hymenium a pileo discretum, forma non aberrans (resupinata), substantia carnosa etc.

Determinatio tribuum naturalium Systematis basis, synonymorum decus, specierum robur; harum vero in hoc ordine e notis mere superficialibus erronea, sine synonymorum studio vitiosa, varietatibus et formis onusta tædiosa.

I. AGARICUS Linn.

Fungi spec. C. *Bauh. pin.* 370. *Tourn.* 536. **Fung.** Ord. VI. *Vaill. par. p.* 61. Fungus! & **Agar.** ord. VII. *Mich. p* 133. 122. Amanita. *Dill. Giess. p.* 172. *Lam. Encycl. p* 103. *Juss. gen. p.* 6. Agaricus. *Linn. gen.* 1074. *Gled. meth. p.* 81. *Nees. Syst. p.* 188. Petrona, Keuma, Gelona. Amanita, fungus, Volva. *Adans. fam. Pl.* Amanita, Russula, Agaricus, Lactarius, Coprinus. *Pers. disp. meth. Link. diss. p.* 36.

CHAR. Lamellæ e centro l. basi radiantes, simplices, parallelæ, immixtis plerumque brevioribus, e membrana duplici arcte connexa compositæ, transversim planæ, a pileo subdiscretæ, longitudinaliter ascigeræ. — Stipes numquam reticulatus, raro obliteratus. Pileus carnosus l. membranaceus, horizontalis in adultis, determinatus, margine libero juniori inflexo, numquam effusus, crustaceus etc. Velum varium, nullum.

ABERRATT. Coprinus et Gomphus. — Reliquæ præternaturales, quia species resupinatæ adultæ reflectuntur; et lamellæ thecis rarius privæ l. e statu morboso, l. in individuis a Sepedonio, Sphæriis etc. farctis. Alio procul dubio pertinet Asterophora, ut etiam Phalloidastrum. Batt. t. 40. f. A. — D.

HISTOR. Vastissimum genus in tota re herbaria! Nomen ab Agaria Sarmatiæ regione. *Diosc.* Species e vario principio determinatæ; alii diversissimas commutarunt *(Gleditsch)*; alii formas individuales modo descripserunt *(plurimi)*; pauci veras indigitarunt species. *(Bulliard, Persoon)*. In plura genera divelli nequit, nisi Boletos etiam lacerares. Methodus autem certa et facilis maximi momenti. Plurimæ propositæ. Artificiales e magnitudine (Villars), colore pilei (Linné), lamel-

larum (Haller); a stipite farcto lamellarumque colore (Withering) pileive (Schumach.), e situ lamellarum (Otto) etc., quas non curamus. Naturales a Micheli, Battarra, Scopoli, Persoon, Nees etc., quas diligenter citabimus.

DIVIS. e velo, lamellis, sporidiis — nec non pilei indole; inde series sequentes et tribus:

Ser. I. LEUCOSPORUS. Velum varium l. nullum. Lamellæ immutabiles. *Sporidia alba.*

* Stipite centrali, velato.

I. AMANITA. Velum duplex; universale discretum, partiale annuliforme subpersistens.

II. LEPIOTA. Velum simplex, universale, concretum, annuliforme, subpersistens.

III. ARMILLARIA. Velum simplex, partiale, discretum annuliforme, subpersistens.

IV. LIMACIUM. Velum fugacissimum, viscosum. Lamellæ adnato-decurrentes.

V. TRICHOLOMA. Velum fugacissimum, flocculosum, marginale. Lamellæ emarginatæ l. rotundatæ.

** Stipite centrali, nudo.

VI. RUSSULA. Pileus carnosus, demum depressus. Lamellæ æquales, exsuccæ. (*Sporidia in nonnullis lutescunt*).

VII. GALORRHEUS. Pileus carnosus, demum depressus. Lamellæ inæquales, lactescentes.

VIII. CLITOCYBE. Pileus carnosus, junior convexus. Lamellæ inæquales, exsuccæ. *Variæ.*

IX. COLLYBIA. Pileus carnoso-membranaceus, planiusculus. *Parvæ, aridæ.*

X. MYCENA. Pileus membranaceus, campanuiatus. *Graciles. Stipes fistulosus.*

XI. OMPHALIA. Pileus membran. l. carnoso-membranaceus, junior umbilicatus. *Variæ.*

*** Stipite excentrico, nullo.

XII. PLEUROTUS. Pileus excent. lateralisve. *Varii.*

Ser. 2. HYPORHODIUS. Velum nullum. Lamellæ decolorantes. *Sporidia rosea.*

Stipes omnibus centralis. *Conf.* 1 **.

XIII. MOUCERON. Pileus carnosus, demum depressus. Lamellæ longe decurrentes. *Odor farin. recent.*

XIV. CLITOPILUS. Pileus carnosus, convexus. *Varii.*

XV. LEPTONIA. Pileus carnoso-membranaceus, e convexo-planus. *Parvæ.*

XVI. NOLANA. Pileus membranaceus, campanulatus. *Graciles Stipes fistulosus.*

XVII. EGCILIA. Pileus umbilicatus. *Lam. adnatæ.*

Ser. 3. CORTINARIA. Velum præsens. araneosum. Lamellæ decolorantes, arescentes. *Sporidia ochracea.*

Stipes omnibus centralis. *Conf.* 1 *.

XVIII. TELAMONIA. Velum annuliforme contextum, subpersistens. Lamellæ distantes.

XIX. INOLOMA. Velum fugax. Lamellæ emarginatæ. Stipes bulbosus *Color subviolaceus.*

XX. PHLEGMACIUM. Velum fugax, viscosum. Lamellæ adnato-decurrentes. *Color acyan.*

XXI. DERMOCYBE. Velum fugax. Lamellæ confertæ. Stipes æqualis. *Variæ.*

Ser. 4. DERMINUS. Velum præsens, non araneosum. Lamellæ decoloratæ, subpersistentes. *Sporid. ferruginea.*

*. Velo distincto. *Conf.* 1 *.

XXII. PHOLIOTA. Velum siccum, annuliforme. *Variæ.*

XXIII. MYXACIUM. Velum viscosum, fugax. Lamellæ adfixæ.

XXIV. HEBELOMA. Velum marginale, fugax. Lamellæ emarginatæ.

. Velo fugacissim., 1. spurio. *Conf.* 1 *et* ***.

XXV. FLAMMULA. Pileus carnosus, convexus, glaber, subviscosus. *Lamellæ non emarginatæ.*

XXVI. INOCYBE. Velum e pilei carnosi convexi fibrillis longitudinalibus. *Lam. albidæ.*

XXVII. NAUCORIA. Pileus carnoso-membranaceus planiusculus, squamulosus. *Parvæ. Lamellæ cinnamomeæ.*

XXVIII. GALERA. Pileus membran., campanulatus. *Graciles. Stipes fistulosus.*

XXIX. TAPINIA. Pileus umbilicatus, margine villosus. *Variæ.*

XXX. CREPIDOTUS. Pileus excentricus, l. sessilis. *Varii.*

Ser. 5. PRATELLA. Velum præsens, non araneosum. Lamellæ decolorantes, nebulosæ, dissolubiles. *Sporid. fuscopurpureæ.*

Omnes centrales.

XXXI. VOLVARIA. Velum universale, discretum. *Volva.*

XXXII. PSALLIOTA. Velum annuliforme.

XXXIII. HYPHOLOMA. Velum marginale fugax. Lamellæ emarginatæ. *Stipes bulbosus.*

XXXIV. PSILOCYBE. Velum fugaciss. Pileus subcarnosus stipesque æqualis tenaces.

XXXV. PSATYRA. Pileus submembranaceus stipesque fragiles.

XXXVI. Coprinarius. Lamellæ subdiffluentes. Velum partiale. *Sporid. nigric.*

* COPRINUS. Asci ut supr. Velum universale. Lamellæ liberæ cum pileo diffluentes. *Sporid. nigra.*

* GOMPHUS. Lam. ut supr. *Spor. nigra.*

CRITICA. Singula series, a natura fixe determinata, clausa est, reliquis parallela, nullibi affinis. — E tribubus Persoonii Galorrheus, Rus-

sula et ad partem Amanita naturales; reliquæ mixtæ et artificiales; nostras vero esse absolutas speramus. Ne autem numerus nimis augeretur et ut omnes æqualiter distarent parallelasque representarent, plures affines sub generali (*Varii* dicto) subinde junximus.

Tribus diversarum serierum analogas, diu eodem nomine salutavi. In multis placet; at quæ obstant graviora. Majoris momenti sunt quam genera Hyphomycetum Mycologiæ recentioris. Genus hoc, in statu, quo Cel. Flörke Cenomyc., accepi. Species vagæ, definitiones inadaequatæ, descriptiones habituales, synonymon vix decimum fixe determinatum. En, candide Lector!, decem annorum laborem et fructum.

Series prima.

Trib. I. AMANITA.

Fung. ord. *Mich. gen. p.* 183—188. Fungi Cap. IV. *Batt. p.* 27. Ag. tuberosi. †. *Scop. Carn. p.* 415. A. volvati. *G. Batsch. El. p.* 57. Amanitæ spec. *Pers. Syn. p.* 246. *Nees Syst. p.* 189.

CHAR. Velum duplex; universale volva, a pileo discreta, fungum juniorem ovatum totum involucrans, dein stipite protruso rupta, partim ad basin, partim in pileo remanens verrucæformis; partiale annulus superus, membranaceus, reflexus. Stipes e floccis plus minus contextis farctus, dein subcavus, squamoso-fibrillosus, basi incrassatus. Pileus disco carnosus, margine tenuis, e campanulato-planus, subverrucosus; verrucis discretis, mollibus, secedentibus; epidermide diu irrigata viscosa. Caro alba. Lamellæ postice attenuatæ, liberæ, antice latiores, ventricosæ, confertæ, parum inæquales, sub anthesi denticulatæ. — *Color varius, lamellarum albus, in una specie luteus.*

Obs. Nomen, fungo cuidam eduli a Galeno tributum, huc transtulit Persoon. Plurimæ species venenatæ. Diu persistunt. Amant loca silvarum umbrosa temperaturam minus frigidam, solum humosum, numquam ligni — l. fimicolæ. Aestatis fine optime vigent.

* *Volva laxa, pilei marg. lævi.* Noxii.

Mich. gen. p. 184. *Gled. p.* 90.

1. *A. vernus*, pileo subsquamoso, margine lævi, stipite farcto subæquali, volva libere vaginato.

Ag. spec. V. *Gled. l. c.* Ag. vernus. *Bull. ch. t.* 108. Am. verna. *Pers. Syn. p.* 250.

Candidus, odore ingrato. Stipes 3-6 unc. long., 4 lin. crass. et ultra, laceratus. Pileus junior ovatus, subrepandus, etiam nudus et demum subdepressus, 2 4 unc. lat. Lamellæ lanceolatæ. *In silvis, solo humoso, sat frequens. Vere et æstate.* (v. v.)

2. *A. Phalloides*, pileo subsquamoso, margine lævi, stipite apice cavo, volva connata bulboso.

Fung. phalloid. *Vaill. par. p.* 74. *t.* 14. *f.* 5. A. bulbosus & verrucos. *Bull. t.* 2. 577. *Decand. fr.* 2. *p.* 210. A. vernalis. *Bolt. t.* 48.

a. pileo albo. *Linn. Suec.* 1237. *Hall. helv.* 2355. A. bulbosus. *Schæff. t.* 241. Am. *Pers. l. c.* A. insipidus. *Vill. p.* 1012.

b. pil. flavo. Ag. citrinus. *Schæff. t.* 20. *Nees l. c. f.* 265. Am. *Pers. p.* 251. Ag. verrucos. *Curt.* 2. *t.* 312. *fig. dextr.* A. Mappa. *Willd. Ber.* 381.

c. pil. pallide viridi. *Roz. Obs. Jul.* 1775. *t.* 1, *f.* 6, 7. *t.* 2. *f.* 1-4. Ag. viresc. *Fl. Dan. t.* 1246.

d. pil. olivaceo-viridi. Am. viridis. *Pers. l. c.*

e. pileo fusco. *Mich. t.* 78. *f.* 1. A. sinuat. *Schum.*

Colore varius, inodorus. Stipes demum cavus, 3 unc. longus, firmus, fibrillosus, volva bulbiformi nunc laxa, nunc marginata. Pileus irregulariter

squamosus, 2 unc. et ultra; subinde fusco et viridi varius. *A. S. p.* 143. Ad huius formas quoque pertinent *Ag. stramineus* et *pustulatus.* Scop. Carn. p. 418. 416. excl. syn. *A. viridis, virescens, mappa, citrinus, sinuatus, irroratus.* Schum. p. 248-250. *Ubique in silvaticis, a. b. locis subapricis. c. d. umbrosis humidis inter folia decidua. e. in pinetis. Jul. — Oct.* (v. v.)

3. *A. porphyrius*, pileo nudo, margine lævi, stipite subfistuloso æquali, volva ocreata.

Mich. gen. t. 76. f. 3. A. gracilis. *Schum. p. 252.* Am. porphyr. *A. S. p. 142. t. 11. f. 1. Fries Obs. 2. p. 4.*

Antecedentis formæ e. nimis affinis. Statura tenuior. Stipes vix bulbosus volva semper laxa. Colore variat griseo, livido, purpurascente. Inodorus. *In pinetis muscosis humidis, frequens Jul. — Oct.* (v. v.)

** *Volva ut supra, pilei marg. striato.* Edules.

Mich. p. 185, 183. Gled. meth. p. 84.

4. *A. vaginatus*, pilei margine sulcato, lamellis albis, stipite fistuloso attenuato subnudo, volva vaginali.

Buxb. Cent. IV. p. 12. t. 19. — Mich. t. 76. f. 1. Batt. fung. t. 5. A. C. A. vaginat. *Bull. t. 512, 98.* Am. vag. et involut. *Lam. Encycl. 1. p. 106, 109.* Am. livida, spadicea c. var. *Pers. syn. p. 247, 248.*

a. pileo albido. A fungites. *Batsch. f. 79.*

b. pil. griseo, livido. Ag. lividus *Auct.* A. plumbeus. *Schæff. t. 85, 86. Fl. Dan. t. 1014.*

c. pil. cæsio. A. hyalinus. *Schæff. t. 244.*

d. p. spadiceo. A. pulvin. *Bolt. 49.* A. badius. *Schæff. 245.*

e. p. fulvo. A. fulvus. *Schæff. t. 95.* A. trilob. *Bolt. 38. f. 2.*

f. pil. viridi. *Hall. Helv. 2375.*

Species a Bulliardo optime constituta. Stipes 4-7 unc. longus, sursum aqualiter attenuatus, fragilis, sericeo-squamulosus. Pileus junior campanulatus, aut nudus, aut squamis latis membranaceis secedentibus. Moscowita comedunt: sec. *Jen. Litt. Zeit.* 1819 venenatus. *Ubique ad terram incultam. f. vernal., a. b. autumn. reliq. æstate.* (v. v.)

5. *A. ovoideus*, pilei margine striato, lamellis candidis, stipite farcto æquali, volva laxa

Cæsalp. XVI. c. 47. Coccola. *Mich. p.* 185. — *Batt. t.* 4. *D.* Fung. alb. *Magn Bot p* 103. *A. 2. Gled. p.* 84. A. ovoid. *Bull. t.* 364. *Dec. fr. 6 p.* 53. Am. alba. *Pers. Ch. Com.* A coccola. *Scop. p.* 429.

β. Leucomyc. pectin. alter. *Batt. p.* 28.

Candidus, admodum deliciosus *Dec.* Stipes crassus, palmaris, externe villosus, interne medulla gossypina, in *β.* ventricosus. Pileus crassus, junior oris incurvis. Lamellæ ventricosæ *Batt. In silvis et agrorum limitibus opacis Europæ austr. autumno.* (v. ic.)

6. *A. cæsareus*, pilei margine striato, lamellis luteis, stipite farcto, volva laxa.

Boletus. *Plin. XXII. c.* 46. *Cæsalp. p.* 616. Fung. esc. 9. XVII. *Clus. hist. p.* 272. Jaseran. *J. Bauh. XL. c.* 23. — *Mich. t.* 77. *f.* 1. — *Magn. l. c. p.* 102. — *Sterb. t.* 4. *D. E. F.* Elv. Cæsaronis. *Batt. p.* 27. *t.* 4. *c.* A. cæsareus. *Schæff. t.* 258, 247 (male). *Host. syn. p.* 637. A. speciosus. *Gouan Monsp.* 461. — *Hall. Helv.* 2430. A. aureus. *Batsch.* A aurantiac. *Bull. t.* 120. Am. aurant. & cæsar. *Pers. Syn. p.* 252.

Volva et annulus albus. Stipes subæqualis, alboluteus, medulla gossypina. *Batt.* Pileus junior hemisphæricus, aurantiacus. Lamellæ in liquamen (quid?) diffluentes. *Scopoli* Habitus sequentis, odor Syringæ. *Tratt. essb. Schw. p.* 37. *t. c.* Delicios. Sporidia inquirenda. *In silvis Eur. austr.*

autumno; rarissime in Norvegia? Gunn. II. p. 181. (v. ic.)

*** *Volva obliterata, pil. ut supra.* Venenati.

Mich. p. 188. Ag. spec. 1. *Gled. p.* 82.

7. *A. muscarius,* pilei margine striato, lamellis candidis, stipite subfarcto bulboso, volva squamosa.

Fung. pern. g. XII. spec. 4. *Clus. p.* 280. F. muscar. *Trag.* — *J. Bauh. XL. c.* 51. *Parkins.* 1321. 8. Mel. musc. *Sterb. t.* 22. *A. Mich. t.* 78. *f.* 2. Ag. musc. *Linn. Svec.* 1235. *Hall. H.* 2375. *Schæff. t.* 27, 28. *Kern. Schw. t.* 33. *Scholl. barb. p.* 257. A. pseud-aurant. *Bull. t.* 122. A. imperialis. *Batsch.* — *Fl. Dan. t.* 1129. *Am. muscar. Pers. Syn. p.* 253.

b. verruc. stipiteque rubentibus. *A. rubens. Scop. p.* 416.

c. eisdem flavesc. *Am. formosa. Pers. l. c.*

Species tritissima. Variat pileo sanguineo, miniato, aurantiaco, luteo, albido, hepatico. Verrucæ albæ, regulariter dispositæ; subinde nullæ (Am. puella *Rec.*) Angli cum religu. commutant. Conf. *With.* — *Sow. t.* 286. (*A. fulvus*). Notus Entomologis veterum (*List. ap. Gocd. t.* 136, 142, 143) oeconomisque ad muscas et cimices pellendas. Liquorem inebriantem ab hoc et Epilobio angustif. parant Kamtschatkdalenses. Ruthenis cibarius; vix autem Gallis, ut apud Popow. *In silvis, ubique, Aug.* — *Oct.* (v. v.)

β. regalis, major, pileo hepatico glutinoso, verrucis flavis, stipite subsolido.

Vulgari duplo major, subcæspitosus. Stipes 1-2 unc. crassus, basi squamis squarrosis reflexis concentricis. Pil. 6 unc. latus. *In fagetis æstate* (v. v.)

8. *A. pantherinus,* pileo æqualiter verrucoso, margine striato, stipite subfarcto æquali, volva ocreato-adnata.

J. Bauh. XL. c. 8. Dorsum buf. *Sterb. t. 19. G.* — *Linn Suec.* 1236. Am. *Hall. helv* 2397. A. maculat. *Schæff. t.* 90. A. verrucos. *Pers. comm. p. 36.* Am. umbrina. *Pers syn. p.* 254. A. ruderat. *Batsch* A. pustulat. *Schum. p.* 251. A. pantherinus. *Decand. fr. 6. p. 52.*

Stipes 2 3 unc. longus, $\frac{1}{2}$ unc. crassus, firmus, albus, demum pro more cavus. Volva non squamosa; sed ocreato-adnata, marginata separabilis. Annulus sæpe distans, perraro decidnus. Pileus 2-3 unc. latus, subviscosus, olivaceus, fuscus, lividus. Verrucæ minutæ, albæ, subinnatæ; hinc ab A. vaginato b. (Hall. helv. 2393) diversus. *In silvis montosis post pluvias sat frequens. Aug.-Oct.* (v. v)

9. *A. solitarius*, candidus, pilei margine substriato, stipite solido squamoso-bulboso.

Batt. t. 6. A. Agar. d. *Gled. meth. p.* 84. A. albellus. *Scop. carn. p.* 417. A. solitar. *Bull. t.* 48, 593. *Dec. fr. 2. p.* 208. Am. nitida. *Fries Obs. 1. p. 4.*

Medius inter A. muscarium et excelsum, ab A. procero abunde diversus. Stipes firmus, æqualis, spithameus usque, $\frac{1}{2}$ unc. crassus, volva bulbosa. Pileus 3 unc. et ultra, nunc nudus subviscosus, nunc squamis sparsis floccosis inæqualibus. Vix edulis, ut apud Pers. l. c. *In dumetis alibique. Aug. Sept.* (v. v.)

**** *Volva u. s. pilei margine lævi.* Noxii.

Mich. p. 187. Ag. sp. 5. *Gled. p.* 86.

10. *A. excelsus*, pileo inæqualiter verrucoso, margine lævi, carne immutabili, stipite solido squamoso-bulboso.

Am. ampla. *Pers.*

Solitarius, firmus, sapore grato. Stipes 4-6 unc. longus, 1 unc. fere crassus, radicatus, volva crassa subterranea. Annulus, ut in sqq., amplus,

striatus, subtus subvillosus. Pileus 4 unc. et ultra, subviscosus, griseo-fuscus, margine dilutior. Verrucæ angulatæ, facile secedentes. Lam. ½ unc. latæ, *A. ampla* Pers. Syn. p. 256 tamen eadem videtur. *In terra montosa declivi, Aug. Sept.* (v. v.)

11. *A. rubescens*, pilei verrucis farinosis inæqualibus, margine lævi, carne rubescente, stipite farcto squamoso subbulboso.

Mich. p. 188. — *Batt. t.* 6. *f. B.* A. scandice. *Scop. p.* 417. A. crassipes *Fl. Dan. t.* 831. (mala). A. pustulatus. *Schæff. t.* 91. A. margaritif. *Batsch. alior. q.* A. verrucosus. *Curt. l. c. fig. sin.* A. circinat. *Schum. l. c.* Am. rubesc. *Pers. syn. p.* 254.

b. *Schæff. t.* 261, sequ. affin.

Color carnis rubescens speciei criterium. Stipes 2-4 unc. longus, firmus, rubescens. Pileus 3-5 unc. latus, obtusus; colore pallescente, alutaceo, rufescente, rubello, fusco. Lam. in stipite striato-prominentes. A. *maculat.* et *adnatus* Schum. p. 258, 260. h. l. Sapor non gratus. In silvis et campis *sterilibus ubique, Jul.-Sept.* (v. v.)

12. *A. asper*, pileo subumbonato, verrucis acutis scabro, margine lævi, stipite farcto attenuato squamuloso.

Buxb. cent. V. t. 48. *f.* 1. Am. *Hall. helv.* n. 2365. A. verrucos. *Bull. t.* 316. A. myodes. *Bolt. t.* 139. Ag. asper. *Abb. d. Schw.* 3. *Decand. fr.* 2. *p.* 208. Am. *Pers. Syn. p.* 256.

Subolidus. Stipes vix bulbosus, 2-3 unc. longus, furfuraceus. Pileus 2 unc. latus, rubescente-fuligineus, verrucis minutis, confertis sordide albis; "sæpe albo-lineatus" Caro alba l. in cute leviter rubens. *In silvis apricis, sæpe locis deustis. Jul-Oct.* (v. v.)

Sectiones 1 et 4, 2 et 3 præcipue affines. Species diversarum sectionum analogæ; nempe typi

(varii-colores) n. 2, 6, 7, 11; solidiores *(candicantes)* n. 1, 5, 9, 10; gracilescentes *(pileo subfusco l. grisco)* n. 3, 4, 8, 12. — Datur forsan tribus *(Mich. p. 186.)* inter Amanitam et Lepiotam media, velo univ. discreto et partiali o. Species nullæ certæ; apud veteres, annulum sæpius negligentes (Cf. Bauh. l. l. c. c.), non quærendæ, nisi *Sterb. t. 7. c.* et *Mich. t. 80. f. 4.* Huic vero annulum asserit *Gled. spec. VII. p.* 94, quæ tum ab jam allatis non differt. Ag. vaginatus velo partiali, fugaci licet, gaudet et de A. lejocoph. *Decand.* Cf. Volvariam.

Species inquirendæ:

1. A. muscarius Kamtschaticus. *Langsd. Reis.* Pileus umbonatus. Lam. flavæ. De usu *cf. l. c.*
2. A. cinereus *Otto p.* 39. Colore & carne immutabili ab A. rubesc. recedit.
3. A. virescens. *Pers. Syn. p.* 255. Vix nisi colore viresc. ab eodem differt. Verrucæ polyedræ.
4. A. guttatus. *Schæff. t.* 240. Similis A. aspero; sed margo striatus.

Erroneæ sunt icones *A. verrucosi, nobilis & muscariæ* Bolt. t. 47, 46, 27. (hujus stat. exhib. volva laxa. Sterb. † 22. C.) nec distinctæ species.

Trib. II. LEPIOTA.

Fung. cap. V. *Batt. p.* 29 *ad part.* Ag. volvati. B. *Batsch. p.* 51 *a. p.* Lepiotæ spec. *Pers. Syn. p.* 257. Aman. spec. *Nees Syst. p.* 189.

CHAR. Velum universale, simplex, cum epidermide pilei contiguum et concretum; ruptum annulum inferum, subinde fugacem, sistens. Stipes cavus!, intus floccis plus minus contextis farctus, æqualis l. basi incrassatus, fibrillosus. Pileus plus minus carnosus, non vero compactus, junior

ovatus, mox campanulatus, dein expansus umbonatus!, epidermide a velo formata. Caro alba, mollis. Lamellæ inæquales, numquam distantes! decurrentes. *Color lamell. albus, in varietatibus quibusdam flavus.*

Obs. Fungi gentiles, terrestres, solitarii, persistentes, autumnales, haud noxii. Tribus admodum naturalis. Nomen a λεπις, squama.

* *Velo demum libero, lamellis remotis.* Edules.

Mich. p. 177. cui 6 spec.! Ag. sp. 20. *Gled. p. 114.*

1. *A. procerus*, elatus, pilei epidermide in squamas secedente, lamellis remotis, stipite cylindrico, basi bulboso, annulo mobili.

Fung. querc. *Column. Part. 1. p. 317.* Cf. Rupp. Jen. p. 358. F. esc. g. XVIII. *Clus. p. 274. J. Bauh. hist. XL. c. 10. — Sterb. t. 7. A. Schlotterb. Act Helv. t. 3. f. 1. — Hall. helv. n. 2371.* Ag. n. 14. *Reyg. Ged. p. 257.* A. procerus. *Scop. l. c. p. 418. Schæff. t. 22, 23. Fl. Dan. t. 772. Curt. Lond. 2. 15. Saw. t. 190. Pers. Syn. p. 257.* A. colubrin. *Bull. t. 78, 583.* A. antiquat. *Batsch.* A. squamosus *Vill. p. 1015.* A. annul. *Bolt. 23.* A. marmorea. *Lam. Enc. I. p. 112.* — Absque annulo: A. extinctor, *Linn. Suec. 1196.* A. amanit. *Schum. p 268.*

b. Mastoc. alter. *Batt. 30. Bocc. Mus. p. 305. f. 3.*

Stipes 8-12 unc. longus, ½ unc. crassus firmus, squamulis fuscis variegatus. Annulus basi tumidus, cartilagineus. Pileus 3-7 unc. latus, disco et squamis fuscis versus marginem fibrillosus albidus. Varie. β Pers. e vitiosa lectione. *In hortis, sæpibus & silvis, locis graminosis, vulgaris. Aug—Nov.* (v. v.)

2. *A. mastoideus* tenuis, pilei epidermide in papillas secedente lamellis remotis, stipite attenuato debili — *Batt. p. 30. t. X. A.*

Stipes 3-4 unc. longus, basi 4, apice 1 lin. crassus, æqualiter attenuatus, albidus, flexilis nec fragilis. Pileus tenuis, 1 ½ unc., superne albidus,

squamulis granulosis adspersus. Lam. albæ. *In nemoribus Italiæ, vere.* (v. ic.)

3. *A. excoriatus*, medius, pilei epidermide contigua, lamellis remotis, stipite æquali, annulo mobili. — *Schæff. t.* 18, 19.

Primæ speciei varietas censet Pers. l. c. et affinitas evidentissima; sed constanter minor, stipes brevior nec bulbosus, lævis; pileus obsoletius umbonatus, lævis, umbone fuscescente; lamellæ latæ. *A. vulnerat* Batsch. Utraque species in cibariis frequens. *In arvis, campestribus, præcocior. Jul-Aug.* (v. v.)

Allatæ species conveniunt stipite longo, basi crasso, submaculato, intus fibrillis arachnoideis laxis, in acetabulum pilei profunde immisso; velo a stipite discreto, cum pileo vero juniori contiguo, hinc demum libero, annulato, crasso persistente; pileo molli, obtuse umbonato, sicco, epidermide nuda, rigida; lamellis postice evanescentibus, inde collarium stipitem cingens, confertæ, ventricosæ, albæ. *Cf. char. trib.*

* * *Velo fixo, pilei epid. secedente, lamellis liberis.*

Mich. p. 170. Ag. spec. 26! *Gled. p.* 129.

4. *A. clypeolarius*, inodorus, pilei epidermide in squamas rupta, lamellis approximatis, stipite floccoso squamoso, annulo fugaci.

a. umbone squamisque rufo-fuscis. *Mich. t.* 78. *f.* 6. male. *Hall. helv.* 1372. A. clypeolar. *Bull. t.* 405, 506. *f.* 2. *Sow t.* 14. *var. Dec., franc.* 2. *p.* 206. A. obscurus. *Vill. p.* 1015 A. colubr. *Pers. syn. p.* 258.

b. squamis ferrugineis, lam. lutesc. *Pers. l. c.* β.

c. umbone squamisq nigresc. A. felinus. *Pers. p.* 261.

Habitus A. proceri, sed minor. Stipes 2 unc. long., 2 lin. crassus, albidus, floccis squarrosis subfuscis. Pileus umbonatus, 2 unc. latus, albidus,

Variat magnitudine, stipite nudo farcto (*A. Meleagris.* Sow. t. 171. Pers. Syn. p. 347 vix differt) etc. Odor saporve nullus. *In fagetis locis umbrosis. b. in vaporariis &c. c. in pinetis. Aug—Oct.* (v. v.)

5. *A. cristatus*, graveolens, pilei epiderm. in squamulas secedente, lamellis remotis, stipite lævi, annulo fugaci.

   a. squamis fuscis, ferrugineis. *Mich. t. 78. f. 8.* Am. *Hall. helv. 2356.* A. subantiquat. *Batsch. Cont. 2. f. 205.* A. cristatus. *Bolt. t. 7.* A. conspurcat. *Willd. Ber. 382.* A. colubrinus, γ. *Pers. p. 259.*

   b. totus albus. *Mich. t. 78. f. 7.*

Antec. minor. Stipes 1 ½ unc. longus, 1-1 ½ lin. crassus, argentatus l. rubescens, absque squamis. Pileus uncialis circiter, albidus, squamis minutis, subinde granulæformibus. Lamellæ connexæ, confertæ, candidæ. *Ag. concentricus* Pers in Abb. d. Schw. 3 H. hujus forma absque annulo. Variat insuper stipite fibrilloso, pileo planiusculo etc. Odor saporque fortis ingratus. *Locis graminosis et muscosis ad terram. Aug. — Nov.* (v. v.)

6. *A. ermineus*, inodorus, pilei sicci epidermide versus marginem sericea, lamellis approximatis, stipite glabro, annulo fugaci.

Medius inter 4 et 5, A. excoriato simillimus. Candidus, sapore Raphani forti. Stipes valde fragilis, 2-3 lin crassus, intus floccis obsoletis. Pileus 2 unc. latus et ultra, umbone subobscuriori vix prominente, epidermide margine in fibrillis velutinis soluta. Lamellæ utrinque obtusæ, 3 lin. latæ, minus confertæ, liberæ, sed stipitem attingentes. *In aggeribus graminosis Lundæ, sero Octobri.* (v. v.)

Speciebus 4-6 communia: Stipes tenuis, subæqualis, fragilis, intus flocculosus; velum cum pileo

stipiteque contiguum, annuliforme, laceratum, fatiscente-fugax; pileus leviter carnosus, siccus, ab epidermide secedente squamulosus, umbone minuto, lamellæ liberæ, ventricosæ, postice haud evanescentes, inde etiam collarium desideratur.

*** *Velo lamellisque u. s., pilei epid. contigua.*

7. *A. illinitus*, pileo glutinoso, margine striato, lamellis liberis, stipite e velo viscoso.

Ag. *Linn. Suec.* 1198. *Fl. Dan. t.* 600. male. A. pratorum. *Afzel. in V. A. H.* 1788. A. illinit. *Fries* 2. *p.* 8. (b.)

Diversissima species, habitu A. mucidi et subcavi, quem Cf. Var. A) major, immaculati candoris. Stipes 3 unc. longus, 2-3 lin. crassus, subfistulosus, lævis. Velum (vix annulus) ut in A. collinito; sed magis distinctum quam in Limaciis, a quibus statura plane recedit. Pileus carnosus, ovato-campanulatus, mox planus, 2-3 unc. latus, obsolete umbonatus. Caro mollis mucida. Lamellæ valde approximatæ!, 2 lin. latæ, confertæ, molles, subvenoso connexæ.

B. Antecedenti A. minor, tenuior. Stipes farctus, 2 unc. longus. Umbo distinctus discolor. Lamellæ confertæ, remotæ!. Distincta species videtur. Meteoricus. *In pratis colliculosis & ericetis Eur. borealis, Jul. — Oct.* (v. v.)

8. *A. delicatus*, pileo viscoso lævi, lamellis liberis, stipite e velo fugaci floccoso.

Species pulcherrima, *A. mesomorphus. β.* A. S. p. 146. Stipes 2 unc. longus, 1 lin. crassus, fistulosus, roseus, floccis flavo-albis vestitus. Pileus convexo-planus, subumbonatus, uncialis, flavus, miti suffusa rubedine. Lamellæ magis ventricosæ. Tenuis, odore saporeve nullo. *In abiegnis madidis Lusatiæ, Smolandiæ. Aug., Sept.* (v. v.)

9. *A. mesomorphus*, pileo sicco lævi, lamellis liberis, stipite glabro, annulo erecto. — *Bull. t.*

506. *f.* 1. *Pers. Syn. p.* 262, *Dec. Fr.* 2. *p.* 205. *Nees l. c. f.* 169.

Gregarius, parvus. Stipes 2 unc. longus, 1 lin. crassus, tenuis, pileo concolor. Pileus submembranaceus, campanulatus, dein expansus, acute umbonatus, $\frac{3}{4}$ unc. latus, flavus. Lamellæ ventricosæ, antice latissimæ *Locis graminosis Galliæ-prope Berolinum.* Ehrenb. *Fal. sq.* (v. ic.)

Species 7 - 9, Mycenæ inter Lepiotas, parvæ; stipite fistuloso, vix farcto, æquali, fragili; velo cum epidermide plane confluente; pileo campanulato, mox expanso umbonato, tenui, subviscoso, glaberrimo, numquam squamoso l. rupto; lamellis liberis, ventricosis, candidis, confertis, postice haud evanescentibus.

**** *Velo u. s., pileo vestito, lamellis subadnexis.*

10. *A. sistratus*, pileo sicco pruinoso, lamellis subliberis, stipite subfistuloso æquali, velo fibrilloso.

Stipes fibris araneosis tenuissimis farctus, 2 - 3 unc. longus, 1-2 lin. crassus, firmulus, albidus. Pileus campanulatus, obsolete umbonatus, subtilissime pruinatus, 1 $\frac{1}{2}$ - 2 unc. latus flavescens, disco sæpe obscurior. Lamellæ lanceolatæ, fere liberæ, candidæ, confertæ, 2 lin. latæ. *Locis graminosis Sueciæ, rarissime. Aug. Sept.* (v. v.)

11. *A. granulosus*, pileo furfuraceo granuloso, lamellis adfixis, stipite subcavo infra annulum patulum squamoso. — *Pers. Syn. p.* 264. *Swartz V. A. H.* 1808. *p.* 11.

a. pileo luteo. Ag. ochraceus. *Bull. t.* 362, 530. *f.* 3. A. amianth. *Scop. l. c. p.* 434. A. flavo-floccosus. *Batsch. f.* 97. A. croceus. *Bolt. t.* 51. *f.* . Sowerb. t. 19. A. muricatus. *Fl. Dan. t.* . A. spinulosus. *Lumn. Pos. p.* 514. A. fimbriat. *Schum. p.* 261.

b. pileo ferrugineo. *Batsch. El. f.* 24. *Schum. Sæll. p.* 261.

c. pil. cinnabarrino. *A. S. p.* 147. *Fl. Dan. t.*

d. pil. incarnato. A. carcharias. *Pers. Syn. p.* 263. *Ic. pict. t.* 5. *f.* 1-3. A. albomarginat. *Schum. l. c.*

e. pileo albido. A. lanuginosus. *Fl. Dan. t.* 1248. *f.* 1.

Stipes 2 unc. longus, 2-3 lin. crassus, basi subincrassatus, ad medium usque ab annulo vaginatus, pileo concolor. Pileus convexus, dein planiusculus, obtuse umbonatus, 2-uncialis, epiderm. contigua exasperata. Lamellæ 1 $\frac{1}{2}$ lin. latæ, demum flaventes. Varietates exstant plures. *In pinetis & ericetis, inter muscos, ubique. Jul.—Dec.* (v. v.)

12. *A. ramentaceus*, pileo albido disco squamulisque nigrescentibus, lamellis subadnexis, stipite farcto æquali, infra annulum erectum squamuloso. — *Bull. t.* 595. *f.* 2 *Decand. 2. p.* 205.

Transit ad Armillarias; sporidia inquirenda. Stipes 2 unc. longus, 3-4 lin. crassus, albidus l. flavo-maculatus, apice lævis, annulo angusto. Pileus planiusculus, obtuse umbonatus, 2 unc. et ultra. Lamellæ fere liberæ, convexæ, 2 lin. latæ, sordide albidæ. *In Galliæ graminosis.* (v. ic.)

Sectio ultima (10-12) continet species minores, sed firmas; stipite intus flocculoso, subfarcto, squamuloso; pileo vere carnoso, obtuse et obsolete umbonato, sicco, epidermide semper contigua, sed furfure l. squamulis tecta; lamellis lanceolatis, confertis, stipitem attingentibus e. s. p. Velum in n. 12 margine pilei forsan adfixum? — Typi (*squamipedes*) sunt n. 1, 4, 8, 11; gracilescentes n. 2, 5, 9, 10; semidenudati (*albi*) 3, 6, 7, 12.

Species inquirendæ:

1. A. clavatus. *Batsch. Mich. t.* 81. *f.* 1. Simillimus A. procero; sed epiderm. in filamenta lacerata, annulus apice tumidus.

2. A. dilutus. *Pers. Syn. p.* 261. Affinis dicitur A. colubr. c.; sed pileus lævis roseus, lam, griseo-fuscæ (Pratella ?) &c.

3. A. roseus. *Scop.* 436. Pileus lævis roseus; annulus filamentosus &c.

4. Mastoleucomyces. *Batt. t. 7. G.* Affin. A. ramentaceo; sed pileus umbonatus, albus, lævis &c.

Trib. III. ARMILLARIA.

Batt. l. c. Lepiotæ spec. *Pers. l. c.*

CHAR. Velum partiale, simplex, annuli-forme, persistens, stipiti innatum margineque pilei in statu juniori adnexum. Stipes solidus!, firmus, subfibrillosus, inæqualis. Pileus carnosus, convexus, expansus, obtusus!, epidermide semper contigua (etiam in squamosis), a velo plane discreta. Caro alba, firma. Lamellæ latæ, inæquales, postice subacutæ. *Color lamell. albus l. pallescens.*

Obs. Species autumnales, diu persistentes, firmæ, esculentæ, habitu inter se sat diverso. Annulus nunc *superus* h. e. ab apice stipitis reflexus, nunc *inferus* h. e. ad medium cum epiderm. stipitis contiguus: vel etiam proprius, supra medium insertus. Nomen ab Armilla.

* *Solitarii, annulo amplo, lamellis liberis.*

1. *A. robustus*, compactus, pilei margine fibrillose, lamellis liberis, stipite curto fibrilloso, sursum incrassato. — *A. S. p.* 147.

Sparsus l. subcæspitosus, sapore grato. Stipes firmus, basi $\frac{1}{2}$ — $\frac{3}{4}$ unc., apice 1 unc. crassus, nec multo longior; rarius 2-3 unc. et flexuosus, albescens. Annulus floccosus, ut videtur inferus. Pileus hemisphæricus, subinæqualis, late umbonatus, glaber, badio-ruber, margine albicante. Lam. albo-

pallentes. *In silvis acerosis montosis Lusatiæ, Norvegiæ. Sept. Oct.* (v. ic.)

2. *A. Persoonii*, compactus, pileo sicco glabro, lamellis liberis, stipite elongato æquali glabro, annulo supero. *Fries Obs.* 2. *p.* 7.

Speciosus. Sapor subacidus. Stipes radicatus, 3-5 unc. longus, $\frac{1}{2}$ — 1 unc crassus, albidus, epidermide rigida. Pileus planus, obtusus, 3-5 unc. latus, glaberrimus disco cinereus, margine albo. Lam. candidæ. *In silvis montosis rasis Smolandiæ. Aug.* (v. v.)

3. *A. guttatus*, compactus, pileo sicco glabro, lamellis liberis, stipite elongato subbulboso, annulo supero guttato. — *Pers. syn. p.* 265. *Abb. d. Schw.* 3.

Anteced. affinis Stipes 4 unc. longus, 1 unc. crassus, albidus, apice guttatus. Guttulæ atro-virides, exsiccatæ in maculas sordidas abeunt. Pileus planiusculus, late gibbus, 4 unc. latus, pallide lateritius. Lam. pallescentes. Odor subingratus. *In pinetis montosis Germaniæ.* (v. ic.)

Transit hæc sectio ad Amanitas (1 etiam ad Lepiot.), cum quibus conveniunt annulo, lamellis liberis, ventricosis, confertis etc. Species terrestres, solitariæ, robustæ, pileo compacto, convexo explanato, sicco, nudo, lævi etc.

* * *Solitarii, annulo tenui, lamellis adnexis.*

4. *A. bulbiger*, pileo sicco glabro, lamellis emarginato-adnexis, stipite marginato bulboso rufofibrilloso, annulo depauperato. — *A. S. p.* 150.

Bulbi forma singularis et constans, subglobosa, supra depresso-concava, margine annulari cingente. Stipes 2 unc. longus, 3-4 lin. crassus, sat firmus, annulo albo recto etc. Pileus regularis, convexo-planus, 3 unc. fere, e cinnamomeo-rufus.

Lam. aquose albidæ. *In dumetis Lusatiæ inter folia & muscos Sept.*

5. *A. constrictus*, pileo sicco glabro, lamellis adnatis, stipite subbulboso glabro, annulo infero.

Totus albus, odore grato subcumeris. Stipes firmus, uncialis, apice 3, basi 3-5 lin. crassus; annulo angustissimo, obliquo, lævi. Pileus 1— 1 ½ unc., planus, obtusus, demum pallescens, etiam margine striatulus. Lam. 2 lin. *In campis Scaniæ perraro, Oct.* (v. v.)

6. *A. subcavus*, pileo striato glabro, lamellis decurrentibus, stipite æquali punctulato, annulo infero patulo. — *Schum. Sæll. p.* 262.

Cum A. illinito commutatus; sed omnino differt. *A. mucidus* γ. A. S. p. 148. potius h. l. Stipes 3 ½ unc. long., 3 lin. crass., supra annulum erecto-patulum laciniatum lævis, apice subcavus. Pileus tenuis, 2 unc. latus, subviscosus, albus, umbone umbrino. *Inter folia Pini Abietis Scallandiæ, raro. Sept.* (v. ic.)

Spec. 4-6 solitariæ, terrestres, mediæ magnitudinis, haud compactæ; annulus inferus, tenuis; pileus glaber, nudus; lamellæ confertæ, albæ etc. Ultima species ad Limacia transit.

* * * *Subcæspitosi, pileo lævi.*

7. *A. mucidus*, sub-cæspitosus, pileo tenui glutinoso, lamellis adnexis distantibus, stipite bulboso, annulo reflexo iterumque erecto sulcato.

J. Bauh XL. c. 34. A. valens. *Scop. carn. p.* 430. A nitidus. *Fl. Dan. t.* 773. A. splendens *Ib. t.* 1130. A olivaceo-fuscus. *Ib. t.* 1372. A. mucidus. *Schrad. spic. p.* 116. *Pers. syn. p.* 266. *Swartz l. c.* 1808 *p.* 12. — A. chrysospermus, venosus, splendens *Schum. p.* 268. varietates.

Magnitudine maxime variat; vidimus specimina 6 et vix 1 unc. lata. Stipes basi incrassatus,

durus, 1 $\frac{1}{2}$ — 3 unc. longus, basi 4 apice 1-2 lin crassus, curvatus, albus, basi sæpe fuligineo-squamosus. Pileus 2 unc. plerumque, diaphanus, rugulosus, muco adhæsivo; plerumque candidus, etiam fuligineus. Lamellæ rotundatæ, lineatim decurrentes, latæ, laxæ, antice evanescentes, e sporidiis albis farinaceæ, putrescentes luteo maculatæ. Annulus superus, arcte deflexus, margine tumido sæpius fusco. *In truncis vetustis, apprime Fagi, vulgaris, Jul.* — *Dec.* (v. v.)

8. *A. vagans*, subcæspitosus, pileo lævi albido, lamellis decurrentibus arcuatis, stipite glabro, deorsum attenuato, annulo patulo. — *Batt. t.* 8. *C. D. E.*

Stipes solidus, lævis, 2-3 unc., annulo tenui. Pileus 3 unc. usque latus, brevi larvis scatens et putrescens. Lamellæ albæ, longe decurrentes, ita ut pileum tanquam conum apice inversum constituant. Dantur specimina triplo tenuiora. Ad Populos albas candidissimus. *Ad truncos arborum Eur. austr. autumno.* (v. ic.)

9. *A. griseo-fuscus*, subcæspitotus, pileo griseo discoideo, lamellis decurrentibus, stipite æquali glabro, annulo persistente. — *Dec. Fr. 2. p. 52.*

Stipes 3-5 unc. longus, sublævis, sordide cinereus. Pileus mediocriter carnosus, 2 unc. latus, convexus, cinereo-fuscus, præsertim disco. Caro filamentosa, dein odore ingrato Lamellæ albæ. *Ad truncos & radices emortuas prope Monspelium. Oct.*

Spec. 7-9 truncicolae, plerumque caespitosae; sed dantur etiam specimina solitaria. Color albus l. griseus. Pileus tenuis, convexo-expansus, absque squamis. Lamellae decurrentes.

**** *Cæspitosi, pileo non lævi.*

Mich. p. 197. q. Polymyc. *Batt, p.* 33.

10. *A. denigratus*, cæspitosus, pileo campanulato nigrescente-umbrino, maculis latiusculis obscurioribus, stipite tenui subincurvo, annulo subfugaci. *Pers. Syn. p.* 267.

Stipes 3 unc. fere longus, 1-2 lin. crassus. Pileus ¾ unc. latus, carnosus rigidus, annuli reliquiis instructus. Lamellæ albido-fuligineæ. Color peculiaris. Pers. *Ad truncos Germaniæ, rarior, apud nos semel. Sept.* (v. v.)

11. *A. rhagadiosus*, cæspitosus, pileo planiusculo albo, disco atro-flavo rimoso-squamoso, lamellis subdecurrentibus confertis, stipite brevi, annulo tenui. — *Batt. t.* 10. *D.*

Stipites 1 unc. et ultra longi, ½ unc. crassi, albidi, annulo angusto. Pileus carnosus, rigidus, 2-3 unc. latus, obtusus. Lamellæ latæ, albidæ. Odorem graveolentem spirat. *Ad Ulmos, Populos, Moros, Sambucos, palos &c. Italiæ vulgaris, vere, Aut.* (v. ic.)

12. *A. melleus*, cæspitosus, pileo sordide luteo, squamis pilosis nigricantibus echinato, lamellis adnato-decurrentibus distantibus, stipite fibrilloso, annulo tumido patulo.

Mich. t. 81. *f.* 2. *Batt. t.* 11. *B.* — *F.* (varietates plur.) A. putrid. *Scop. p.* 420. A. obscurus. *Schæff. t.* 74. A annul. *Bull. t.* 377, 540. *f.* 3. A. melleus. *Fl. Dan. t.* 1013. *Bolt. t.* 141. A. fuscopallid. *Bolt. t.* 136. A. congregatus. *Id. t.* 140. A. pistiliar. & occultans. *Batsch.* Ag. cumulatus. *With. 4. p.* 164. A. stipitis. *Sowerb. t.* 101. A. Polymyces. *Pers. Syn. p.* 269. Am. *Hall. n.* 2399!

Species densa cæspitosa, in cibariis frequens. *Tratt. esb. Schw. p.* 46. *t. D.* Stipites firmi, spongiosi, vix squamosi, basi subincrassati, juniores pallidi, mox olivaceo-cinerei. Annulus amplus. Pileus 2-5 unc. latus, margine striatulus, variat gibbus et subumbilicatus. Lamellæ pallescentes, dein rubiginoso-maculatæ. Sporidia copiosa, inde cæspites

albo-farinosi. Quintuplex apud Battarram, Bolton etc. *Ad truncorum radices earumque in vicinitate ubique copiose. Aug.—Oct.* (v. v.) .

Spec. 10-12 vere cæspitosæ semper truncicolæ; stipite elastico subæquali; pileo carnoso non lævi etc. — Hujus tribus sectiones cum antecedentis eximie analogæ; ex ultimis plures species in Europa australi occurrere videntur. Conf. *Batt. l. c.!*

Spec. inquirendæ:

1. A. leccinus. *Scop. p.* 434. Pil. planus, glaber, albo-flavus. Lam. continuæ. Stip. 3 unc. basi rubellus. Annulus amplus &c.

2. Calantica albida &c. *Batt. p.* 30. *t.* 7. *B.* Affinis A. constricto.

3. Chamæmyces odoratus *l. c. p.* 32. *t.* 7. *E.* Subcæspitosus, parvus, candidus, annulo lacerato. *In Acere campestri.*

4. A. laricinus *Bolt. t.* 19. *With. l. c.* — Vix nisi mellei varietas, ut etiam *A. elasticus* t. 15. Falsus est *Ag. XIII* Gled. p. 105. pileo viridi. Quid *A. subannul.* Batsch. f. 75?

Trib. IV. LIMACIUM.

Monomyc. sp. *Batt. p.* 40. Gymnop. sp. *Pers. Syn. p.* 302.

CHAR. Velum viscosum, tenue, fugacissimum, universale. Stipes sat firmus, aqualis l basi attenuatus, solidus l. farctus, squamulosus! l. maculatus, nec lævis. Pileus carnosus, convexus, explanatus, firmus, junior et irrigatus a velo viscosus. Caro alba. Lamellæ constanter adnato decurrentes!, crassiusculæ, distantes, inæquales, integerrimæ, *albæ, in una specie luteæ.*

Obs. Fungi mediæ magnitudinis, solitarii, terrestres, autumnales, persistentes, sæpe serotini. Tribus, ut longe naturalissima, ita et analogiæ op-

time declaratæ. Nomen ab *A. limacino*, nomen variis hujus et analogarum tribuum speciebus commune.

* *pileo lævi, margine flocculoso.* Noxii.

1. *A. ligatus*, albus, pileo lævi subsicco, margine inflexo appendiculato, lamellis strictis, stipite fareto longo fibrilloso.

Gregarius, sapore miti. Stipes 3 unc. longus, 1 ½ unc. crassus, basi attenuatus, villosus. Pileus 1-2 unc. latus; margine æqualiter inflexo, floccis in velum contiguum annulatum contextis, ut nisi rationem totius structuræ haberes, hoc ex capite facile Armillaria. Variat maculis rubellis. Meteoricus. *In silvis abiegnis muscosis umbrosis. Aug. Sept.* (v. v.)

2. *A. chrysodon*, pileo lævi albido, margine stipitisque apice flavo-floccosis, lamellis crispis.

a. *Batt. t.* 15. A. A. chrysod. *Batsch, cent.* 2. *f.* 212. *Pers. Syn. p.* 365.

b. leucodon. *A. S. p.* 182.

Stipes 2 unc. longus, ½ unc. crassus, flavo-maculatus, apice villo flavo annulari squamosus. Pileus demum subdepressus, 1 ½ unc. latus, margine involuto discoque flaventibus. Lam. variant incarnatæ margineque floccosæ. *In fagetis, dumetis. Sept. Oct.* (v. v.)

3. *A. erubescens*, pileo lævi albo-rubescente, margine involuto tomentoso, lamellis strictis, stipite sursum incrassato squamuloso.

A. carnosus. *Sowerb. t.* 246. *Curt.* 5. *t.* 71. *Swartz. l. c.* 1809. *p.* 84. A. rubescens. *Pers. Syn. p.* 366.

Antec. speciosior, robustus. Stipes 2-3 unc. longus ½ unc. crassus et ultra, subviscidus. Pileus planiusculus, 3 unc. et ultra. Lamellæ distantes. *In fagetis, nemoribus graminosis. Sept. Oct.* (v. v.)

Velo quasi duplici, viscoso fugaciss., partiali floccoso marginali sect. 1 a sqq. differt. Stipes solidus, squamulosus. Pileus minus viscosus, convexo-explanatus, lævis.

* * *pileo lævi, stip. squamuloso.* Edules.

4. *A. eburneus*, candidus, pileo lævi, lamellis latis, stipite farcto albo-squamuloso.

Buxb. Cent. IV. t. 30. *f.* 2. Ag. n. 42. *Dörr. Nass. p.* 321. A. lacteus. *Schæff. t.* 39. A. nitens. *Sowerb. t.* 71. A. jozzolus. *Scop.* 431. A. eburneus. *Bull. t.* 118. 551. *f.* 2. *Pers. syn. p.* 364. A. virgineus. *Batsch. f.* 12. Am. alba. *Lam. Enc. I. p.* 107.

b. disco flavescente, stipite longo. *Batt. t.* 21. *F.* A. nitens. *With. arr* 4. *p.* 156. A. cossus. *Sowerb. t.* 121. A. elongat. *Schum. Sæll. p.* 310. A. discoxanth. *Fries Obs. 1. p.* 13.

Stipes demum cavus, statura admodum varius, in elongatis flexuosus. Pileus exsiccatus nitens, 2-3 unc. Lamellæ distantes. *In silvis frondosis & acerosis, frequens. Aug.-Nov.* (v. v.)

5. *A. discoideus*, pileo lævi albo-flavente discoideo, lamellis tenuibus, stipite farcto albo-squamuloso. — *Pers. Syn. p.* 365. *Batt. t.* 13. *f. F.*

Minor, gregarius. Stipes uncialis et ultra, 2 lin. crassus, æqualis. Pileus planus, uncialis, colore albo-flavo, disco gilvo l. ferrugineo. Lam. subconfertæ. *In silvis abiegnis. Sept. Nov.* (v. v.)

6. *A. pudorinus*, pileo lævi incarnato, stipite solido punctato-scabro, apice subcoarctato.

Stipes 2-4 unc. longus, $\frac{1}{2}$ unc. crassus, glaber, albidus. Pileus convexus, demum depressus, viscosus, 2-4 unc. latus, margine omnino nudus. Lam. distantes. *A. purpurasc.* Scop. Carn p. 424. et *A. crassipes* Otto. p. 77. h. l., sed descriptiones pro more mutilatæ. *In abiegnis montosis Smol. editioris ad Barnorp, Skärstad &c. Jul. Aug.* 1817. (v. v.)

* * * *pileo stipiteque squamulosis.*

7. *A. purpurascens*, pileo subsicco squamuloso albo, disco purpurascente, margine initio involuto villoso, stipite squamuloso æquali. — *A. S.* p. 182.

Subcæspitosus. Stipes 2 unc. fere longus, 3-6 lin. crassus, albus, squamulis purpureis variegatus, subinde annulo pictus. Pileus 1 $\frac{1}{2}$ — 3 unc. latus, squamulis purpureis disco pictus, margine candidus dein evolutus nudus. *Locis similibus Lusatiæ Sept. Oct.*

8. *A. pustulatus*, pileo livido, papillis discoideis albidis, stipite tenui albo squamuloso.

Am. *Hall. helv.* 2379. A. pustul. *Pers. Syn. p.* 354. A. agathosm. *Fries Obs. I. p.* 16.

b. squamulis stipitis cinereis. *Pers. l. c.*

Gregarius. Stipes 1-3 unc. longus, 1-2 lin. crassus, æqualis, subflexuosus, albidus l. cinerascens. Pileus obtuse umbonatus, dein rarius depressus, $\frac{1}{2}$ — 1 $\frac{1}{2}$ unc. Lam. latæ. *In pinetis præcipue abiegnis, jove pluvio, abunde. Sept. Oct.* (v. v.)

β. *brevis*, solitarius, glaber, pileo nigrescente, stipite brevi albo. *Pers. l. c.* γ.

Stip. 3 lin. crassus, vix 1 unc. longus. Lamellæ tenues, 2 lin. latæ. *In pinetis Sept.*

9. *A. tephroleucus*, pileo squamuloso cinereo, stipite tenui nigro-squamoso. *Pers. l. c. p.* 351.

Elegans, sq. similis. Stipes 2-3 unc. longus, 2-3 lin. crassus, albus, superne præcipue squamulis fibrillosis punctiformibus nigris exasperatus. Pileus convexus, obtusus, dein obsolete umbonatus, $\frac{3}{4}$ — 1 unc. latus, disco obscurior. Caro tenuis. Lamellæ 1 lin. et ultra latæ. *A. discors* Batsch. Cont. 2. f. 196 habitu; sed nullo charactere recedit. *Locis humidis in silvis abiegnis, passim. Sept. Nov.* (v. v.)

In spec. 7-9 stipes solidus, æqualis; pileus non depressus; lam. distantes, distinctæ, candidæ.

**** *pileo demum depresso, stipite maculato.*

10. *A. olivacco-albus*, pileo umbonato glabro olivaceo-fusco, lamellis connexis candidis, stipite solido fusco-maculato. *Fries Obs.* 1. *p.* 5.

A. limac. *Schæff. t.* 312. A. lim. β. *A. S. p.* 178. A. striatus *Schum. l. c. p.* 321.

Stipes 2-5 unc. longus, 3 lin. fere crassus, basi fere attenuatus, albidus, e velo maculatus et viscidus. Pileus circa umbonem demum depressus, 1-2 unc. latus, margine substriatus. *In pinetis solitarius, frequens. Jul.-Oct.* (v. v.)

11. *A. hypothejus*, pileo obtuso lævi flavido, glutine olivaceo oblinito, lamellis distinctis stipiteque submaculato flavis. *Fr. l. c.* 2. *p.* 8.

J. *Bauh. XL. c.* 72. *Buxb. Cent. IV. t.* 2. A. limac' *Sowerb. t.* 8. A. vitell. *A. S. p.* 179. *t.* 10. *f.* 3. A. pyxid. *Schum. l. c.*

Optime varians. Stipes 2-3 lin. crassus, firmus, æqualis. Pileus e convexo-depressus, totus demum infundibuliformis, sensim flavescens. Lam. variant pallidæ et incarnatæ. Vidi specimina magnitudine A. fibulæ, alia 4 unc. etc. *In pinetis ericetosis gregarie, ubique. Oct.-Dec.* (v. v.)

12. *A. aromaticus*, pileo lævi cinnamomeo, lamellis subdecurrentibus stipiteque cavo maculato rufescentibus. — *Sowerb. t.* 144. *Pers. p.* 306.

Stipes 2-3 unc. longus, 3-4 lin. crassus, æqualis, cinnamomeo-carneus, albo-maculatus. Pileus 3 unc. latus, fragilis, glutinosus, ad tactum nigro-maculatus. Lamellæ demum attenuato adnexæ. Sapor demum aromaticus. An *Myxacii* species? *In silvis Angliæ* (v. ic.)

Sectio ultima utique ad hanc tribum pertinet; a reliquis distat stipite non squamoso, sed a velo

tantum maculato; pileo tenui, demum depresso, lævi, margine nudo etc. In pinetis.

Spec. inquirendæ:

1. Galericulus Monachi. *Batt. t. 7. F.* Velo contiguo, albidus, admodum tenuis.
2. Monomyces leucophæus. *l. c. t. 21. C.*
3. A. Mugnaius. *Scop. p. 429. Gled. 22. a. p. 118.* albus, stipite cavo, pilei margine nudo, lamellis crispis.
4. A. limacin. *Scop. p. 422.* Stipes bulbosus. Pileus fuscescens. Lamellæ ramosæ.

Erroneus *Ag. limac.* Pers. p. 355. Confusæ *Am. Hall n.* 2341, 2342. Hybridus *A. glutinosus* Batsch, Sequentis, ut videtur, status *A. glutinosus* Bull.

Trib. V. TRICHOLOMA.

Fung. Cap. VII. a. p. *Batt. p. 32.* Cortinar. & Gymn. sp. *Pers. Syn. p. 302.* Ag. f. *Pers. disp. p. 20.*

CHAR. Velum fugacissimum, partiale, fibrillosum l. floccosum. Stipes carnosus, firmus, sursum subattenuatus, non lævis; sed squamosus, fibrillosus l. e fibrillis concretis striatus. Pileus carnosus, nunc compactus hemisphæricus dein explanatus obtusus; nunc tenuior junior companulatus; margine tenui, juniori inflexo cum velo contiguo. Lamellæ inæquales, exsuccæ, postice obtusæ, emarginatæ l. rotundatæ. Asci majusculi, sporidiis albis. *Color diversus, plerumque constans.*

Obs. Tribus, a θριξ & λωμα dicta, species numerosas, optime inter se et affines et distinctas continet. Fungi majores, robusti, diu persistentes, solitarii l. gregarii, terrestres; multi esculenti, sapore grato; aliis acri felleo.

† TRICHOLOMATA LIMACINA (1-12). Pileus vere carnosus, subobtusus, humidus *viscosus!*,

margine involuto pubescente. Caro firma. Lamellæ plus minus emarginatæ, albæ l. luteæ. Stipes vestitus! a pileo subdiscretus. (A. unctuos. spec. *Batsch. p.* 81). *In regionibus præcipue montosis acerosisque.*

* 1. *A. albo-brunneus*, pileo lævi viscoso umbrino, lamellis adnexis albis, stipite farcto glabro, apice squamuloso.

Am. *Hall. helv. n.* 2398. A. striatus. *Schæff. t.* 38. A. albobrun. *Pers. syn. p.* 293. *Fries Obs. 2. p.* 118.

b. A. glutinosus. *Bull. t.* 258, 539, 587. *f.* 1.

Stipes dein cavus, 2-3 unc. longus, ½ unc. crassus et ultra, subventricosus, pileo paulo dilutior, apice candidus. Pileus convexo-planus, obtusus, 3 unc. latus, etiam rufus. Lam. dente decurrentes, hinc summa cum Limaciis affinitas. *Supra folia Pinuum. Aug —Oct.* (v. v.)

2. *A. fulvus*, pileo viscoso virgato rufofulvo discoideo, lamellis adnexis flavis, stipite cavo æquali fibrilloso.

A. incertus. *Schæff.* t. 62. A. fauve. *Bull. t.* 555. *f.* 2. 574. *f.* 1. A. fulvus. *Deo. fr. 2. p.* 186. A. tricholpi var. *A. S. p.* 163. (optime) A. flavo-brunneus. *Fries l. c. p.* 119.

b. *A. fulvus*, lamellis pallidis. *Retz. V. A. H.* 1769. *p.* 272.

Odor farinæ recentis. Stipes 3-4 unc. longus, rufescens, intus flavus!, apice nudus. Pileus subsquamulosus, 3-6 unc. latus, passim late umbonatus. Lam. latæ, sæpe rufo-maculatæ. *In dumetis, nemoribus humidis alibique, frequens. Aug. Sept.* (v. v.)

3. *A. ustalis* pileo lævi viscoso badio-rubro, lamellis emarginatis albis, stipite farcto æquali fibrilloso. *Fr. l. c.*

Huc *A. leucophyllus* A. S. p. 163 et *A. permutatus* Otto p. 84. Inodorus. Stipes 2-3 unc. lon-

gus, ½ unc. crassus, subradicatus, apice nudus. Pileus planiusculus aqualis. Lam. latæ. In Scania subspecies stipite cavo, fibrillis squamoso-squarrosis etc. *In fagetis, betuletis &c. passim. Aug.-Oct.* (v. v.)

Sequentes tres species a n. 1-3 differunt pilei indole, lamellis liberis, stipite solido squamuloso.

** 4. *A. nictitans*, pileo lævissimo subviscoso badio-rufo, lamellis liberis flavis, stipite solido æquali glabro, apice squamuloso.

Stipes solidus, 2-3 unc. longus, ½ unc. crassus, albido-flavescens, intus albus. Pileus subtenuis, obtusus, planiusculus, 2 unc. latus. Lam. immaculatæ confertæ, 4 lin. latæ. Sapor mitis, nauseosus; larvis gratus. *In ericetis sub betulis Smolandiæ raro. Sept.* (v. v.)

5. *A. pessundatus*, pileo compacto repando viscoso rufescente, lamellis liberis stipiteque solido curto villoso-squamuloso albis. *Sterb. t. 6. D.*

Gregarius, compactus, odore farinæ recentis. Stipes totus bulbiformis, 1 unc. longus, sæpe crassior, raro productus. Pileus convexus, undulatus, junior infractus, disco obscurior, 3 unc., subinde granulatus, glebulis foliisque acerosis sæpe tectus. Lam. perangustæ. *In pinetis Sueciæ siccis, passim. Aug.-Oct.* (v. v.)

6. *A. Russula*, pileo subdepresso viscoso granulato stipiteque solido æquali apice squamuloso roseis, lamellis subliberis candidis.

a. stipite brevi. A. Russ. *Schæff. t. 58. Pers. Comm. p. 23. Syn. p. 338.*

b. stipite longo. A. roseus. *Schæff. t. 75. Pers. Obs. 2. p. 51.*

Antecedenti affinis; differt forma pilei, superficie granulato-squamosa, lamellis minus confertis, 3 lin. latis, stipite apice tantum villoso-pruinato.

Species deliciosa. *Tratt. l. c. p.* 57. *t.* G. *In silvis, rarior. Autumno.* (v. v.)

*** 7. *A. aurantius*, pileo squamuloso viscoso flavo-aurantio, lamellis adnexis candidis, stipite solido aurantio-squamoso. *Schæff. t.* 37. *Pers. Syn. p.* 292.

Stipes 2 unc. longus, 4 lin. crassus, æqualis, albidus. Pileus junior hemisphæricus, dein leviter convexus, 2-3 unc. Odor fortis, sapor amarus, felleus. *In abiegnis, muscosis, serotinus.* (v. v.)

8. *A. prasinus*, pileo squamoso viscido luteo-viridi, lamellis liberis luteis, stipite solido crasso tuberoso. *Schæff. t.* 218.

Statura A. luridi. Pileus subcompactus, plano-convexus. *A. olivascens* Batsch et, fide Allionii, Am. 2434. Hall. helv. p. 177, de qua: "Stipes - - - superne crassior, flavescens. Pileus pulvinatus, colore viridi, rhamneo, sed debiliori. Caro crassa, ut posset edulis esse. *Locis muscosis, initio autumni.* (v. ic.)

9. *A. niculatus*, pileo granulato-squamoso cinereo-livido, disco umbrino, lamellis adfixis distantibus lacteis, stipite farcto æquali fibrilloso. *Fries Obs. 2. p.* 120. A. granul. *Schæff t.* 21.

Stipes demum cavus, 2-3 unc. longus, ½ unc. et ultra crassus, albido-fuscescens. Pileus planus, 3-4 unc., glaber, (hinc humidum viscosum suspicor). Lam. subadnatæ, 2-3 lin. latæ. *In quercetis alibique raro, Aug. Sept.* (v. v.)

**** 10 *A. portentosus*, pileo umbonato lævi viscido, lamellis emarginatis latis stipiteque solido æquali glabro candidis.

Magnus, subcæspitosus, *A. tumidi* var. ? Melius certe inter Trichol. spuria militaret; sed obstat pileus viscosus. Stipes 4-5 unc. longus, 1 unc. cras-

sus, basi villosus. Pileus leviter carnosus, demum planus, 4-5 unc., cinereo et violaceo variegatus. Lam. ¾ unc., latæ. *In pineto denso montoso semel Oct.* (v. v.)

Differt cum sequentibus duobus ab antecc. pileo lævi lurido, lamellarum habitu et præcipue velo tenui, mox obsoleto.

11. *A. fucatus*, pileo flexuoso virgato viscido lurido, lamellis emarginatis latis stipiteque solido subsquamuloso flavescenti-albis.

Sapor mitis. Stipes difformis; sæpius curtus, bulbosus, raro elongatus. Pileus disco carnosus, margine tenuis, 2-3 unc., glebulis sæpe inquinatus. Lam. 4 lin. latæ, subconfertæ. Siccus nitet. *In pinetis siccis & viarum arenosarum marginibus, frequens. Sept. Oct.* (v. v.)

12. *A. luridus*, pileo flexuoso glabro e virescente-subcinereo, lamellis emarginatis angustis lutescentibus, stipite solido squamuloso pallescente. *Schæff. t.* 69. *Pers. Syn. p.* 321.

Ex habitu huc locavi, non reperi. Subgregarius, magnitudine mediocri. Stipes 1-2 unc. longus, crassiusculus, inæqualis, varie adscendens; variat cinereus et maculis rubellis variegatus. Pileus luridus, pallidus, subinde sordide rubescens. *In pinetis. Sept. Oct.* (v. ic.)

†† TRICHOLOMATA GENUINA (13-24). Pileus semper siccus, *squamosus* (rarissime lævis), margine juniori involuto *tomentoso* l. *villoso* Lam. liberæ l. emarginatæ. Stipes subsquamosus, a pileo subdiscretus. — *Aman. punctata* Lam. Enc. 1. huc spectat. *In regionibus silvaticis, præcipue pinetomontanis.* (A. miculatus n. 9.)

Congruunt inter se spec. 13-15 (*compactæ*) pileo carnoso obtuso, sæpe flexuoso, squamulis obsesso!, lamellis confertis flavescentibus, stipite firmo

squamuloso; spec. 16-18 *(squamosæ)* pileo minus compacto obtuse umbonato, squamis innatis! (non adflatis quasi) lacerato, lamellis vix confertis albis, stipite farcto l. cavo squamuloso-fibrilloso etc.; spec. 19-21 *(squamulosæ)* pileo tenui obtuso fibrilloso l. minutis squamulis tecto, lamellis sordidis, stipite solido fibrilloso; spec. 22-24 *(calvæ)* pileo vere carnoso, glaberrimo nec nisi rimoso-squamoso, lamellis, stipite plerumque glabro etc.

* 13. *A. luteo-virens*, pileo compacto flexuoso pulverulento lutescenti-viridi, lamellis rotundatis pallidis, stipite solido brevi squamuloso albo. *A. S. p.* 168.

Substantia dura. Stipes 6 lin. longus, totidemque apice crassus, deorsum attenuatus. Pileus 2—2 $\frac{1}{2}$ unc., sæpe anomale rimoso-tessulatus, pulvere tenui tectus; tomento marginali albo. Lam. lineares, vix adnexæ. *In pinetis siccis Lusatiæ. Sept. Oct.*

14. *A. flavo-virens*, pileo compacto flexuoso subsquamoso flavo-rufescente, lamellis emarginatis confertis stipiteque solido squamuloso sulphureis.

Buxb. Cent. IV. t. 10. A. equestris. *Linn. Suec.* 1219. A. aureus. *Schæff. t.* 41. A. luteus. *Batsch.* A. flavo-virens. *Abb. d. Schw.* — *Pers. Syn. p.* 319.

Statura A. pessundati. Sapor mitis. Stipes brevis, uncialis et ultra, crassus, durus, intus albus. Pileus difformis, etiam depressus, siccus, fulvo l. fusco-flavus, tempestate hiemali virescens, 3-5 unc. — Occurrit tenuior, stipite 2 unc. longo, pileo regulari æqualiter squamoso etc. *In pinetis siccis & ad viarum margines, glebulis inquinatus, ubique. Sept.—Dec.* (v. v.)

15. *A. rutilans*, pileo obtuso sicce flavo, villo squamuloso rubello tecto, lamellis rotundatis confertis luteis, stipite subfarcto variegato.

Buxb. Cent. V. t. 46. Ag. n. II. *Dörr. Nass. p.* 315. A. rutilans. *Schæff. t.* 219. *Pers. Syn. p.* 320. A. aurantiac. a. *Batsch.* A. variegatus. *Schum. p.* 294. A. xerampel. *Sowerb. t.* 31.

b. Monomyces flavo-rufus. *Batt. t.* 15. *f. F.*

Stipes firmus, inæqualis, in majoribus bulbosus, pileo concolor. Pileus vere carnosus, sed non durus, 2-4 unc. latus, junior purpureus, dein villo secedente magis flavus. Caro flava. Lamellæ latæ, liberæ, dein flocculoso-serratæ. — Icon *Fl. Dan. t.* 1610 lamellas male adnatas sistit, inde et ob situm epixylum A. lateritio similior. *Ag. xerampel.* Swartz l. c. p. 83. pileo viscoso, sporidiis brunneis perperam describitur. Pessime pro vero *A. cæsareo* habet Withering. *In silvis, locis cæduis, circa truncorum radices &c. frequens. Aug.-Oct.* (v. v.)

** 16. *A. imbricatus,* pileo sicco squamuloso umbrino rufo, margine pallidiori pubescente, lamellis albido-rutilis, stipite farcto, apice albo-pulverulento. *Fries Obs. I. p.* 27.

Hallerus solus (*helv. n.* 2438) a sequente rite distinxit. Major, firmior, habitu Boleti. Stipes inæqualis, attenuatus, rufescens. Pileus 2-4 unc. latus, convexus, obtusus; dein planus valde obtuse umbonatus, rimuloso-squamosus. Lam. latæ, confertiusculæ. In umbrosis totus pallescit. *In Smolandia in silvis, ericetis; Hallandia ad vias; in Scaniæ campestris graminosis. Aug.-Nov.* (v. v.)

17. *A. vaccinus,* pileo umbonato rufo, epidermide squamis pilosis lacerata, margine tomentoso, lamellis adfixis albido-rutilis, stipite cavo fibrilloso.

Hall. helv. 2400. A. vaccinus. *Schæff. t.* 25. *Pers. Syn. p.* 293. *Fries Obs. 2. p.* 126. A. impuber. *Batsch. Cont. 1. f.* 116. A. rufus. *Pers. ic. & descr. t.* 4. *f.* 4.

Stipes 3 unc. longus, $\frac{1}{2}$ unc. crassus, subinde ventricosus, rufus; velo lanuginoso. Pileus 1-2 unc. vix ultra, squamis adpressis, junior campanu-

latus. Caro tenuior. Lamellæ fere adnatæ, subdistantes. *In pinetis montosis, locis subhumidis & declivibus, non rarus, serotinus.* (v. v.)

18. *A. polyphyllus*, pileo obtuso, margine revoluto, squamis adpressis nigro-fuscis, lamellis irregularibus albis stipite solido? apice striato, basi minute squamuloso. — *Decand. fr.* 6. *p.* 50.

Aptiorem locum adsignare non potui. Stipes 12-18 lin. longus, 3-4 lin. crasus, æqualis, cortina araneosa alba, rupta persistens, etiam ad marginem pilei adpendiculata. Pileus convexo-planus orbicularis, etiam centro depressus, 2-3 unc. latus, squamis mollibus, marginem versus imbricatis. Lam. angustæ, numerosæ, 15-16 usque breviores inter integras, sæpe interruptæ. *In cortice vapor. Horti Monspel.*

*** 19. *A. gausapatus*, pileo obtuso repando sericeo-fibrilloso cinereo, lamellis emarginatis confertis griseis, stipite solido fibrilloso candido.

Similis *A. virgato*, at distinctissimus. Odor et sapor nullus. Stipes æqualis, 1 $\frac{1}{2}$ — 2 unc. longus, $\frac{1}{2}$ unc. crassus et ultra. Pileus leviter carnosus, junior campanulatus, 2.3 unc.; fibrillis superficialibus, non nigris; Oris primo tomentosis. Lam. liberæ, 2 lin. latæ. *Inter nemorum gramina prope Lund, Malmö etc.* Oct. (v. v.)

20. *A. opicus*, pileo obtuso sicco squamuloso griseo, lamellis emarginatis distantibus canis, stipite fibrilloso-squamoso cinereo. *Fries.* 2. *p.* 112.

Stipes $\frac{1}{2}$ — 1 $\frac{1}{2}$ unc. longus, 2-3 lin. crassus, fragilis. Pileus e convexo-explanatus, obsolete umbonatus, 1 — 1 $\frac{1}{2}$ unc. latus, junior sublævis. Lam. ventricosæ. Odor nullus. *In silvaticis mixtis Smolandiæ raro. Aug.-Oct.* (v. v.)

21. *A atro-virens*, pileo tenui obscure viridi, squamulis scabro, lamellis pallidis, stipite solido longo nigricante. *Pers. Syn. p.* 319.

Stipes 4 unc. longus, 1 unc. crassus. Pileus flexuosus, demum subfatiscens, 3-4 unc. Hæc Persoon, e quibus affinitas cum n. 19 et 20 patet. — Singulo fere verbo, pileo subfatiscente excepto, quadrat in varietatem sequentis, similibus locis a me lecta. *In fagetis rarius.*

**** 22. *A. Myomyces*, olidus, firmus, pileo sicco glabro subsquamuloso fusco-livido, lamellis e. marginatis subdistantibus albidis, stipite solido inæquali.

a. terreus. *Schæff. t.* 64. *Sowerb. t.* 76. A. lividus. *Huds. p.* 616. A. pullus, a. g. *Batsch.* A. madreporeus. Batsch. *Cont. 2. f.* 203. A. myomyces. *Pers. Syn. p.* 345? A. fusiform. *Schum. p.* 318. A. saponac. *Fries Obs. 2. p.* 101.

b. pileo albido, squamis obscurioribus. A. argyrae. *Bull. t.* 423. *f.* 1., 513. *f. 2. Dec. Fr. 2. p.* 190.

Valde variat. Stipes compactus, 2-3 unc. longus, ½ unc. crassus, intus albus, dissectus hinc inde testaceo-rubescens!; fibrillosus, subinde squamosus. Pileus subirregularis, convexo-explanatus, 2-4 unc., velo (*Pers. disp. p.* 20) tenui. Variat albus, lividus, fuscus; obtusus et umbonatus; lævis et squamulosus. Odor murinus. *In pinetis ubique, fagetis passim. Oct.-Nov.* (v. v.)

β. *myomyces alter*, lamellis luteis.

Eisdem de cetero ac α. occurrit formis, inter quas A. *albo-umbrinus* Schum. p. 337. Stipes lutescens, nunc glaber, nunc nigro-squamosus. *In nemoribus Sept.; copiosius in pinetis ad Skärstad. Jul. Aug.* 1817. (v. v.)

23. *A. Columbetta*, candidus, pileo irregulari, demum sæpe rimoso-squamoso, lamellis emarginatis confertis, stipite solido obeso glabro.

a. Columbettes. *J. Bauh. XL. c.* 17. *Chabr. Ic. p.* 581. Ag. spec. 22. *Gled. p.* 118. A. albus. *Pers. excl. syn. A. S. p.* 181.

b. A. leucoceph. *Bull. t.* 428. *f.* 1, 536.

Inodorus, sæpe rubello-maculatus; b. etiam lutescens. Stipes compactus, lævis, 1 ½ unc. longus, raro productus, ¾ — 1 unc. crassus. Pileus subdiscretus, flexuosus, convexo-explanatus, 2-3 unc. latus, margine juniori tomentoso. Lam. subliberæ, 3 lin latæ. Edulis. *Inter Ericas & gramina, locis sabulosis, passim.* *Aug.-Oct.* (v. v)

24. *A. maculatus*, subcæspitosus, candidus, rufescenti-maculatus, pileo compacto lævi, lamellis emarginatis, stipite farcto longo glabro. *A. S. p.* 186.

E majoribus. Stipes 3-4 unc. longus, 4-6 lin. crassus, æqualis l. deorsum attenuatus, demum caviusculus, nudus, sub-striatus; sed a sequ. sectione margine juniori tomentoso recedit. Pileus hemisphæricus, dein planus disciformis, 3-4 unc. latus et ultra, post pluvias dilute rufescens. Lam. angustæ, confertissimæ. *In pinetis Lusatiæ, locis subhumidis muscosis, præcipue Sphagnosis, copiose.* *Sept. Oct.*

††† TRICHOLOMATA SPURIA (25-36.) Pileus semper *siccus*, lævis, glabriusculus; sed sæpe virgatus l. fibrillosus, *margine nudo!*, mox evoluto. Lamellæ liberæ l. emarginatæ. Stipes solidus, validus, *glaber*, striatus!, a pileo discretus. *Rigidi, silvestres, plures Meteorici & Eur. austr. privi.* (A. portentos.)

Obs. Statura plane antecc.; sed velum aut nondum observatum, aut cum ipso fungo concretum, tum fibrillæ in strias abeunt, ut in spec. variis observatur. Lamellæ multis latæ fragiles, Russularum instar. Primo attuli species (25-27) pileo compacto nudo; mox (28-30) variegato l. subfibrilloso; dein (31-33) lineolis nigricantibus virgato, tenuiori; tandem (34-36) tenuiori, unicolori, lurido.

* 25. *A. graveolens*, pileo crasso subhemisphærico glabro fuligineo-cinereo, lamellis emarginatis

confertis sordide albis, stipite solido rivuloso. *Pers. Syn. p.* 361.

Sapore et odore fortis, et gravis quoad pondus. Stipes albidus, externe quasi fibrillosus. Pileus 2 unc. fere latus, 3-4 lin. crassus, superficie quasi rivulosus. Lamellæ dilute fuligineæ, angulo acuto versus stipitem prominente. *Graminosis Germaniæ.*

26. *A. canaliculatus*, pileo lævi glabro cinereo-livido, lamellis truncatis confertis luteis, stipite solido bulboso cinereo-striato. *Schum. l. c. p.* 331.

Stipes 3 unc. usque longus, 1 unc. et basi ultra crassus, albus. Pileus primo globosus, dein convexus, 3 unc. Lam. angustissimæ, canalicul. stipitem circa formantes. *In fagetis Daniæ. Oct.* (v. ic.)

27. *A. cartilagineus*, pileo subundulato glabro nigrescente, lamellis subliberis alutaceis, stipite solido æquali rufescenti-striato. *Bull. t.* 589. *f.* 2. *Pers. p.* 356. *Decand. fr.* 2. *p.* 188.

Solitarius, compactus Stipes 1 ½ unc. et ultra, 4 lin. crassus, albidus. Pileus 2-3 unc., convexus, difformis. Lam. 3 lin. latæ, postice latiores. *In Gallia.* (v. ic.)

** 28. *A. frumentaceus*, pileo convexo obtuso glabro rufescente-vario, lamellis liberis lutescentibus, stipite solido æquali rufo-striato. *Bull. t.* 371. *f.* 1. *Decand. p.* 187.

Affinis videtur A. Myomyci, (junior forte margine villosus). Color lutescens. Stipes 2 unc., carnosus, crassus. Pileus 2-3 unc., demum etiam leviter depressus. Gregarius. *In Gallia.* (v. ic.)

29. *A. phajocephalus*, pileo campanulato subrepando badio fibrilloso, lamellis liberis lutescentibus, stipite solido tuberoso fuligineo, lituris rufis. *Bull. t.* 555. *f.* 1, *Pers. Syn. p.* 302. *Decand. p.* 186.

Stipes 4 unc. longus, basi albicans. Pileus late umbonatus, 3 unc. usque latus, leviter sericeus. *In Gallia.* (v. ic.)

β. furvus, lamellis albidis, stipite æquali. *Fr. Obs.* 2. *p.* 126.

Priori de cetero simillimus. *In Scania semel. Oct.* (v. v.)

30. *A. æstuans*, pileo umbonato sicco flavo-rufescente, versus marginem fibrilloso, lamellis emarginatis latis stipiteque farcto striato luteis.

Elegans, sapore maxime uranti. Stipes 3 unc. longus, 3-6 lin. crassus, subventricosus, sursum attenuatus, obsolete fibrillosus, intus albus. Pileus leviter carnosus, junior glandiformis, mox campanulatus, dein explanatus, fragilis, 3-4 unc. latus, versus marginem tenuem subirregularem fibrillis concoloribus. Lamellæ fere liberæ, $\frac{1}{2}$ unc. latæ. Similis *A. sulphureo*, sed colores intensiores. *In colliculosis muscosis sub Abietibus densis, gregarie. Aug.-Sept.* (v. v.)

*** 31. *A. sejunctus*, pileo subumbonato sicco flavo, pilis nigris virgato, lamellis emarginatis latis stipiteque solido candidis. *Sow. t.* 126.

Huc etiam *A. leucoxanthus* Pers. Syn. p. 319. et *A. candidus* Schæff. t 225, ut varietates. Sapor amarus. Stipes 2-3 unc. longus, $\frac{1}{2}$ unc. crassus, subæqualis, glaber, striatulus. Pileus 3 unc., albus, pallidus l. plerumque flavus. Lam. fragiles, subdistantes. *In pinetis siccis ericetosis. Sept. Oct.* (v. v.)

32. *A. hordus*, pileo fragili sicco virgato lurido, lamellis emarginatis latissimis stipiteque farcto æquali striato candidis.

Valde affinis antecedenti. Subcæspitosus, sapore grato. Stipes validus, 3-6 unc., $\frac{1}{2}$ — 1 unc. crassus, glaber. Pileus leviter carnosus, convexus, explanatus subinde umbonatus, 3-4 unc. latus, opa-

cus. Lam. ventricosæ, ¾ unc. latæ, confertæ. *In nemoribus silvaticis Scaniæ, præcipue Oct.* (v. v.)

33. *A. virgatus*, pileo umbonato sicco griseo nigro-virgato, lamellis emarginatis latis canis, stipite solido striato albido. *Fries Obs.* 2. *p.* 113.

A præcedentibus diversissimus. *A. atrociner. var.* A. S p. 175 h. l. Sapor felleus, æstuans. Stipes 3 unc. longus et ultra, ½ unc. crassus, æqualis l. ipsa basi tuberosa. Pileus convexus, 2-4 unc., lineolis confertis. *In cricetis sabulosis sub pinubus & betulis frequens, apprime Sept.* (v. v.)

**** 34. *A. urbus*, pileo tenui subumbonato fusco-coeruleo, lamellis subattingentibus albido-coeruleis, stipite solido, supra bulbum coeruleo-striato. *Schum. l. c. p.* 333. (A. incurvus)

Affinis A. portentoso. Stipes incurvus, albidus, inferne ¾ unc., superne 2 lin. crassus, 2 unc. et ultra longus. Pileus campanulatus, striis obscuriobus interruptis variegatus, 1 ½ unc latus. Caro pilei coerulescens. Lam. latæ. *In Dania in humo truncorum. Sept.* (v. ic.)

35. *A. tumidus*, pileo obtuso lævi sicco cinereo, lamellis emarginatis latis, stipiteque solido tumido striato candidis. *Pers. Syn. p.* 350. *Fries Obs.* 1. *p.* 17.

Stipes ventricosus, crassus, 3 unc. et ultra, subradicatus. Pileus convexo-planus, 3-4 unc. latus, glaber. Sapor mitis. *In silvis perraro. Sept.* (v. v.)

36. *A. multicolor*, pileo convexo-plano lævi fuligineo-cinereo, lamellis rotundatis pallidis, stipite solido subbulboso candido. *Pers. l. c.*

Magnus. Stipes 4 unc. longus, 1 crassus, fibrillosus (striatus?). Pileus 4 unc. latus. Lamellæ subadnexæ, ½ unc. latæ. Ob staturam, stipitem candidum etc. in hac, nec seq. sectione locavi. *In Germaniæ silvis.*

†††† TRICHOLOMATA PERSONATA (3-48). Pileus semper siccus, lævis, glaberrimus; *margine tenui* inflexo *flocculoso-pruinoso*. Caro mollis. Lamellæ subrotundatæ, confertæ, antice evanescentes! Stipes nunc apice squamosus (37-39), nunc villoso-pulverulentus (40-45), nunc nudus glaber (46-48); in pileum magis diffusus, inde lamellæ in senescentibus spurie decurrentes apparent. *Plerumque serotina, locis graminosis campestribus obvia.*

* 37. *A. molybdinus*, subcæspitosus, pileo subumbonato glabro fusco-æneo, lamellis rotundatis latissimis stipiteque solido apice squamoso griseo-pallidis. *Bull. t.* 523.

Est *A. molybdocephalus* Bull. Dec. fr. 2. p. 181. *A. æneus* Pers. Syn. p. 302. Stipes 4-6 unc. longus, 1 unc crassus, firmus, flavescens, basi lævis. Pileus 5-6 unc. latus, carne pro tanta latitudine tenui. Lam. 1 unc fere latæ. *In Gallia - Germaniæ pinetis prope Halam.* Sprengel. (v. ic.)

38 *A. acerbus*, subcæspitosus, pileo obtuso glabro helvolo, lamellis emarginatis angustis pallidis, stipite solido subbulboso punctato-squamoso. *Bull. t.* 571. *f.* 2. *Dec. fr.* 2. *p.* 175.

Stipes 2 unc. longus, ¼ unc. et ultra crassus, flavescens, squamulis nigris. Pileus convexus orbicularis, 4 unc. latus. Lamellæ confertæ, postice attenuatæ, demum (Cf. supra) spurie decurrentes. *In Gallia.* (v. ic.)

39. *A. decastes*, subcæspitosus, pileo glabro inæquali cinereo, lamellis rotundatis albis, stipite solido apice albo-pulverulento. *Fries Obs.* 2. *p.* 105.

A. fumoso revera affinis, sed pileus compactior. Stipes 3 unc. et ultra longus, æqualis, albus. Pileus sæpe sinuatus, expallens, margine te-

nui. Lamellæ latiusculæ, confertæ. *A. cinerascens.* Bull. t. 428. ab hoc distinguere nequeo, sed habitus (subalutaceus) recedit. Variat lam. emarginatis stipite fere nudo. *In fagetis & quercetis. Aug. Sept.* (v. v.)

** 40. *A. dasypus*, subcæspitosus, pileo campacto glabro murino, lamellis emarginatis stipiteque solido tomentoso candidis. *Pers. Syn. p.* 348.

Vidi quidem antecedentis specimina in hujus characterem quadrantia. *Obs. Myc. l. c.;* sed Persoonii fungus odore et sapore forti, amaricante insuper distinguitur. Pileus 3 unc., durus, nonnumquam eleganter tessulatus. Lam. 3 lin lata. Stipes tenax, 2 unc. *Ad truncos! quercinos.*

41. *A. gambosus*, subcæspitosus pileo compacto undulato glabro alutaceo, lamellis emarginatis stipiteque solido apice villoso albidis. *Clus. p.* 264. 3.

Statura A. pessundati; sed pileus siccus, mollis, maculatus, demum etiam rimosus, irregularis. Lamellæ liberæ, 2-3 lin. latæ Stipes 2 unc. et ultra longus, $\frac{1}{2}$ — 1 unc. crassus, basi subcurvatus. Hunc pro vero *A. Georgii*, quo nil magis confusum, et ob odorem farinæ recentis edulem suspicor. *Solo calcareo, in pratis ex. gr. ad Limhamn prope Malmö. Majo, Jun.* (v. v.)

42. *A. personatus*, pileo subcompacto glabro, margine villoso-pruinoso, lamellis rotundatis liberis stipiteque solido subbulboso villoso subviolaceis. *Fries Obs. 2. p.* 89-91. *cum var.*

Fungus cœruleus major *Buxb. Cent. IV. p. 7. t. 12.* A. bulbosus. *Huds. II. p.* 611. *Bolt. t.* 147. A. violaceus. *Scholl. Supl. p.* 344 *Vill. Delph. p.* 1020. *Fl. Dan. t.* 1133. *Sowerb. t.* 209 — forma: A bicolor. *Pers. Syn. p.* 281.

Proteus hujus sectionis. Stipes validus, 1-3 unc. longus, 1 unc. fere crassus, junior totus squamuloso-villosus, dein vero nudus fibrillosus. Pileus

obtusus, lævis, contiguus, 2-6 unc.; variat violaceus, purpureo-lilacinus, hepaticus, lividus, albidus. Lamellæ latæ, confertæ, violaceæ, variant incarnatæ et albidæ. *In nemoribus, hortis alibique locis graminosis, ubique. Sept.-Nov.* (v. v.)

Commentationem peculiarem hujus formæ et varietates merentur. b.) *sævus*, omnium maximus, pallide fuscus, margine subnudo, lamellis aquose fuscis stipite fibrilloso sulcato longo, basi albo-tomentoso-sistit indiv. gigantea in statu senescenti, vulgaria Novemb. circa Lund. Stipes enim demum flocculos secedit; indeque *A. tyrianthinum* Fr. l. c p. 91 et *A. Bissettam* (album) distinguere non audeo. — Sequentes 3 spec. pileo tenui dignoscuntur.

*** 43. *A. sordidus*, cæspitosus, pileo obtuse umbonato glabro umbrino-fusco, lamellis rotundatis dilute violaceis, stipite solido lævi subbulboso. *Schum. l. c. p.* 341.

Stipes 2 unc. et ultra longus, superne 3, inferne 4 $\frac{1}{2}$ lin. crassus, pileo concolor. Pileus 2 unc. latus, margine involuto subrepando obscuriori. Caro violacea. *In sterquilinio repertus. Jul. Aug.* (v. ic.)

44. *A. humilis*, pileo planiusculo molli fuscescente, lamellis rotundatis albidis, stipite farcto brevi æquali pulverulento-villoso.

Fungus superficie murini coloris &c. *Raji Hist. III. p.* 19. *Buxb. Cent. IV. t.* 31. *f.* 1. A. hum. *Pers. syn. p.* 360. *Fries Obs. 2. p.* 111.

Vulgaris, indeque variabilis. Gregarius, sæpe cæspitosus. Stipes 1-2 unc. longus, 4-6 lin. crassus, fragilis, cinerascens. Pileus 2-5 unc., lævis, subrepandus, nunc umbonatus, nunc depressus; nigricans, fuscus, lividus, pallidus. Lam. 2-4 lin. latæ. Margo, stipes et lamellæ antice evanescentes summam cum A. personato indicant affinitatem; car-

ne molli etc. ad A. melaleucum accedit. Var. tota fragillima, pileo flavescente, stipite fibrilloso notabilis. *In arvis, areis hortorum, pratis & collibus. Sept.-Nov.* (v. v.)

45. *A. oreinus*, pileo convexo glabro fusco-livido, lamellis liberis albis, stipite solido pallido, apice albo-pulverulento. *Fries l. c. p.* 98.

Minimus in hac tribu, stipite unciali basi incrassato; pileo unciali obtuso. Sat firmus. *In montibus ericetosis Hallandiæ, Oct.* (v. v.)

**** *Heterocliti*, pileo tenui, planiusculo, margine inflexo stipiteque subnudis. — Velum tamen non plane desideratur! Simillimi Clitocyb. *** Omphaliisque **; vix nisi lamellis rotundatis diversi. *(A. metachrous.)*

46. *A. nudus*, gregarius, pileo tenui glabro lilacino-rufescente, lamellis rotundatis dilute violaceis, stipite solido æquali nudo.

Fung. cœrul. minor. *Buxb. l. c. t.* 12. *f.* 1. A. nudus. *Bull. t.* 439. *Pers. Syn. p.* 277. *Dec. fr.* 2. *p.* 195. b. A quadrifarius. *Schum. p.* 295.

Stipes 2 unc. longus, 3-4 lin. crassus, lævis, glaber. Pileus leviter carnosus, obtusus, 2 unc. et ultra, planus; etiam depressus et undulatus. Lamellæ latiusculæ, confertæ. Variat magnitudine, colore ochraceo-violaceo, rufescente, violaceo-fuscescente, margine substriato. A. S. p. 152. *In silvis; in Suecia magis in hortis & graminosis. Sept.-Nov.* (v. v.)

47. *A. persicinus*, pileo obtuso glabro incarnato, lamellis rotundatis albis, stipiteque cavo æquali glabriusculo pallido.

Caute inquirenda species ob similitudinem cum A. diatreto, metachroo incarnato aliisque. Stipes 2 unc. longus, 3 lin. crassus, apice sæpe pruinatus. Lamellæ valde confertæ, liberæ, planæ, li-

neares. Pileus planus uncialis et ultra. *In graminosis muscosis perraro. Aug.-Oct.* (v. v.)

48. *A. albus*, albus, immaculatus, pileo æquali glabro, lamellis rotundatis confertis, stipite farcto elastico. *Schæff. t.* 256?

Stipes glaber, sæpe interrupte striatus, 2-3 unc. longus, 4 lin. crassus, basi vix incrassatus. Pileus dein planus, 3 unc. circiter. Lam. confertæ, latitudine æquali, demum pro more spurie decurrentes. *In nemoribus & quercetis, solo humoso. Sept.-Nov.* (v. v.)

Almas sectionum, subdivisionum et specierum analogias loci angusties exponere vetat. E dispositione ipsa satis, et cuique observatori in natura præcipue patent. Æqualis vero specierum in omni sectione numerus neutiquam definitus; sed e casu mere pendet. Transit hæc tribus ad Russulas, Clitocyb. et Omphal.

Spec. inquirendæ:

1. Fung. nox. gen. 9. *Clus. l. c.* Affin. A. pessund.
2. Fungus major aureus perniciosus. *Buxb. Cent. IV. p.* 22, *t.* 33. "vellere pilei fusco-luteo subhirsuto."
3. Leucosphæroceph. *Batt. p.* 32. *t.* 7. *D.*
4. Sphæroceph. *Batt. l. c. t.* 8. *f. F.* Pileus rufus, compactus, non lævis. Lam. confertæ.
5. Myomyces pedunculo lemniscato. *Batt. p.* 48. *t.* 7. *D.*
6. A. variegatus. *Scop. p.* 434. A. rutilanti minor, lamellis albis.
7. A. tigrinus. *Schæff. t.* 89. *A. frittilarius.* Batsch. Pileus canus, undulatus, maculis obscurioribus. Lamellæ sordide albæ. Stipes brevis bulbosus.
8. A. mutabilis. *Schum. l. c. p.* 341. Similis A. nudo. An Leucosporus?
9. A. splendens. *With. p.* — Pileus conicus, splendens. Lam. liberæ albæ. Stipes solidus albus.
10. A. brevipes. *Bull. t.* 521. *f.* 2. *Pers. Syn. p.* 360. Simillimus A. curtiped. (vide infra); sed lam. emarginatæ-anvelatus?

Erroneæ icones: *Fungi Georgii.* Antiquor. *A. multiformis* Schæff. t. 14. ad A. Myomyc. *A. serratis* Bolt. t. 14. ad A. rutilantem spectat. *Ag. xerampelinus* Schæff. t. 214, 215 & *olivaceus* Ejusd. ad primam Russulæ speciem pertinere videntur.

Trib. VI. RUSSULA.

Fung. esc. gen. XIII. *Clus.* Fung. umbilicum referens variegat. *Bauh. pin. p.* 370. Omphalom. sp. *Batt. p.* 36. Ag. sp. X. d. *Gled. meth.* p. 100. Am. *Hall. n.* 2374. A. integer. *Linn. & Auct.* A. Russula. *Scop. p.* 435. A. pectinaceus. *Bull. t.* 509. Russula. *Pers. Obs.* 1. *p.* 100-105. *Nees Syst. p.* 199.

CHAR. Velum plane nullum. Stipes æqualis, lævis, glaber, validus, intus spongiosus. Pileus disco carnosus, margine tenuis, junior campanulatus, mox hemisphæricus, dein planus, centro depressus, nudus, glaber; epidermide irrigata viscosa. Margo ne in prima umquam infantia involutus. Caro firma, exsucca, alba, contextu subvesiculoso. Lamellæ exsuccæ; l. omnino æquales l. brevioribus irregulariter immixtis, subinde furcatæ, crassiusculæ, rigido-fragiles, antice latiores; postice attenuatæ, acutæ, proprie liberæ; sed ob stipitem in pileum diffusum spurie adnato-decurrentes apparent. Asci tenues, sporidiis subochraceis l. albis. *Color lamellarum albus l. luteus, stipitis subalbus.*

Obs. Fungi majores l. medii, rigidi, persistentes, solitarii, terrestres, æstatis fine præcipue obvii. Color pilei quam maxime varius, nec ad varietates, multo minus species distinguendas valet. Nomen a colore *russulo* originario finxit Scopoli; verum vero characterem primus vidit Rajus. Inter avelatos cum Amanita, prima velatorum tribu, analogi. *Cf. Charact.*

* *lamellis omnibus æqualibus, sporidiis lutescentibus.* Mites, esculenti. Stipes albus, variat flavus.

1. *A. alutaceus*, pileo subcompacto, margine demum sulcato, lamellis latis æqualibus alutaceis.

   a. pileo rubro. Fung. esc. sp. 3. *Magn. Bot. p.* 103. *Batt. t.* 15. C. *Schæff. t.* 16. *f.* 6. *Bull. t.* 509. *Q. Scop. l. c. g.* A. camp. & alutac. *Pers. Syn. p.* 440, 441. *Fries Obs.* 1. *p.* 71.

   b. pileo griseo-purpurascente. Omph. sordidus, *Batt. p.* 37. A. griseus. *Pers. p.* 445.

   c. pil. cœruleo. A. cœruleus. *Pers. l. c.*

   d. pil. olivaceo. A. olivac. *Schæff. t.* 204 ? Russ. *Pers. Obs.* 1. *p.* 103. Ag. olivasc. *Syn. p.* 447.

   e. pil. vitellino. A. ochraceus. *Pers. Syn. p.* 443.

Major, sapore miti grato. Stipes firmus, crassus, plenus. Pileus sæpe viscosus, margine demum subtuberculatus. Lam. ½ unc. usque latæ, venoso-conjunctæ, juniores confertæ. Formas allatas synonymorum caussa citavi, de cetero quovis occurrit colore, exalbicante, crustallino, fusco, viridi etc. *In silvis nemorosis. Aug. Sept.* (v. v.)

β. *xanthopus*, stipite flavo. *Fries l. c.*

Magnus. Colore variat, ut antecedens, rubro (*Russ.* l. *Ag. esculentus* Pers. l. l. c. c.), fulvo (*Russ.* l. *Ag. aureus* Pers. l. l. c. c., *A. auratus* With.) crustallino, olivaceo etc. Utraque varietas deliciosa. *Cum priori.* (v. v.)

2. *A. luteus*, medius, pilei margine lævi, lamellis angustis confertis æqualibus vitellinis.

   A. inanis. *Scop. Carn. p.* 441. A. luteus. *Huds.* 11, *p.* 611. *Pers. Syn. p* 442. *A. S. p.* 213. A. leucothejus. *Fries Obs.* 1. *p.* 66.

Species elegans, fragilis, sapore miti. Stipes subcavus, tenuis, 1 ½ unc longus, albus. Pileus plano-depressus, subviscosus, 1-2 unc. latus, flavus, expallens, raro albus. Lamellæ venoso-connexæ. *In fagetis, alibique Aug. Sept.* (v. v.)

3. *A. nitidus*, pileo tenui, margine sulcato, lamellis latis subdistantibus æqualibus flavis.

a. pileo purpurascente, rufo. A. purpur. *Schæff. t.* 254. Ag. nitidus, purpureofulig. *Pers. Syn. p.* 444.

b. pileo subolivaceo. Ag. nauseosus. *Pers. Syn. p.* 446.

c. pil. luteo, subincarnato. A. risigallinus. *Batsch. Cont.* 1. *f.* 72. Russul. crocea. *Pers. Obs.* 1. *p.* 101. A. vitellinus. *Pers. Syn. p.* 442.

Antecedentibus minor, fragilis, sapore non quidem acri, sed subnauseoso. Stipes spongioso-farctus, 1 unc. longus, tenuis, albus l. flavescens. Pileus disco, sæpe obscuriori, carnosus; margine membranaceus, subtuberculatus; planiusculus, depressus, 1 — 1 ½ unc. latus, quovis colore gaudens; sæpe difformis. Lamellæ venoso-connexæ, nitidæ. *In silvis, frequens. Aug.-Oct.* (v. v.)

4. *A. decolorans*, pileo lævi rubro, dein aurantiaco, lamellis subfurcatis albidis, dein flavescentibus, stipite elongato, intus dein cinereo. *Mich. p.* 155. *n.* 1.

Peculiaris species, sub A. integro cum A. alutaceo et emetico frequenter confusa. Sapor mitis. Stipes 3 unc. et ultra, albus, valde spongiosus. Pileus planiusculus, siccus, colore non varius, sed mutabilis. Lamellæ confertæ, venoso-connexæ; A. alutacei, ut etiam sporidia, pallidiores. Caro dein cinerascit et subinde fungus adustus evadit. *In pinetis, passim. Jul.-Sept.* (v. v.)

* * *lamellis subæqualibus, sporidiis albis.* Noxii, acres. Stipes albus, variat rubellus.

5. *A. emeticus*, major, pilei compacto margine demum sulcato, lamellis latis subæqualibus candidis.

Fungus major, pediculo longo modice crasso, lamellis albis creberrimis &c. *Raji Hist. III. p.* 18. *Tourn. J. R. H. t.* 327. Aman. *Hall.* 2374. A. integer. *Bolt. t.* 1. (bene) *Sowerb. t.* 202. A. pectin. *Decand. fr.* 2. *p.* 139. *excl. α.* Ag. Linnæi. *Fries Obs.* 1. *p.* 67.

a. pileo roseo, sanguineo, rubro. *J. Bauh. XL. c.* 11. *Læs. Pruss. p.* 8[illegible]. *VII. Sterb. t.* 22. *F. Buxb. Cent. V. t.* 47. *f.* 1. *Batt. t.* 15. *f. E. Bull. l. c. f. O. P. Q. U.* A. emeticus. *Schæff. t.* 15. *Krapf. Schw. t.* 2. 3. *Fl. Dan. t.* 1009. A. sanguin. *Batsch. El. f.* 13. Russ. emet. *Pers. Obs.* 1. *p.* 100. *Syn. p.* 439.

b. pileo livido, purpurasc., cæsio, cæruleo. *Clus l. c. sp.* 2. Ag. cyanoxanthus. *Schæff. t.* 95. *Pers Syn. p.* 445.

c. pileo fusco, olivaceo, viridi. *Clus. l. c. sp.* 1. *Sterb. t.* 5. *C.* A. virescens. *Schæff. t.* 94. Russ. lurida. *Pers. Obs.* 1. *p.* 103.

d. pileo flavo. *Buxb. l. c. t.* 45. *f.* 2. A. Georgii. *Linn. Bull. t.* 509. *f. R.* Russ. ochroleuca. *Pers. Obs. p.* 102. *Ag. Syn. p.* 443.

e. pileo albo. A. horizontal. *Vill. p.* 1016.

Statura A. alutacei, sed sapor acris. Stipes firmus, plenus, nec elongatus, intus constanter albus. Pileus 2-6 unc., junior campanulatus, senescens sæpe exalbicans; omnicolor est. Lamellæ latæ, subdistantes, venoso-connexæ, constanter candidæ; brevioribus perpaucis. *Omnium frequentissimus in silvis. Æstate & primo autumno.* (v. v.)

β. *fallax*, pileo spadiceo, lamellis stipiteque aquose albidis. *Fr. l. c.* — *In paludosis.* (v. v.)

6. *A. felleus*, stramineus, pileo plano, margine demum striato, lamellis confertis subæqualibus pallidis.

Medius, statura A. lutei, a quo vero diversissimus. Sapor valde acris, æstuans. Stipes fragilis, subcavus, 2 unc. fere longus, stramineo-albus. Pileus colore constanti, disco vero sæpe obscurior, fragilis, margine plerumque lævi! Lamellæ obsolete venis connexæ, paucæ dimidiatæ, non candidæ; sed sporidia alba. *In fagetis. Aug. Sept.* (v. v.)

7. *A. fragilis*, minor, pileo tenui, margine sulcato, lamellis latis simplicibus candidis.

a. pileo rubro, purpurascente. A. fragilis. *Pers. Syn. p.* 440. *A. S. p.* 212.

b. pileo flavo, viridi &c. *Hall. n.* 2376. A. ochrol. var. *A. S. l. c.*

c. pileo albo. A. niveus. *Pers. l. c. p.* 438. Ag. chioneus. *Fries Obs. 1. p.* 66.

Differt omnino ab A. emetico, ut ab A. alutaceo A. nitidus, cui statura simillimus. Sapor valde acris. Stipes uncialis l. parum ultra, fragilis, plenus. Pileus subirregularis, sæpe undulato-difformis, margine tuberculatus. Color plerumque e purpureo exalbicat; vel e variis intertextus. Datur varietas odore et colore ad A. foetentem accedens, sed lamellæ æquales. *In silvis minus copiose. Aug.-Oct.* (v. v.)

8. *A. depallens*, pileo difformi opaco expallido, margine demum striato, lamellis distinctis albidis, stipite demum cinerascente. *Pers. Syn.* (ad partem) *p.* 440.

Species revera distincta; sed plurimæ species depallentes sunt et cum hac commixtæ. *A. rosaceus* Nees Syst. f. 184. hujus formam quoque exhibet. Statura media. Sapor; acritudine inerti, modo nauseosus. Stipes brevis, crassus, deorsum sæpe attenuatus. Pileus sordidus, rubello-fuscescens, dein, præcipue disco, expallens; depressus, reflexus, inæqualis; demum etiam lutescens. *In ericetis locisque similibus. Jul.-Sept.* (v. v.)

*** *lamellis furcatis pluribusque dimidiatis.* Sporidia alba. Sapor acris, unius speciei iners. Venenati.

9. *A. ruber*, acerrimus, pileo roseo-sanguineo, margine lævi, lamellis furcatis candidis.

A. sanguin. *Bull. t.* 42. A. silvaticus. *Lam. fr. 2. p.* 106. Am. rubra. *Lam. Enc. l. p.* 105. Ag. *Decand. fr. 2. p.* 140. Ag. rosaceus. *Rec.*

Amarissimus, omnino felleus. Stipes firmus, 2 unc. longus, sæpe roseo-tinctus. Pileus compa-

etus, siccus, lævis, vix fragilis, contextu vesiculoso. Lamellæ confertæ. Secundum Decand. major, lamellæ crassiores et stipes subinde nigro-striatus. *A. rosaceus* l. Russula rosea Pers l. c. ad partem huc spectare videtur. *In silvis, Jul.-Sept.* (v. v.)

10. *A. fœtens*, acris, olidus, pileo flavo, margine tuberculato sulcato, lamellis connexis stipiteque cavo albis.

A. piperat. *Bull. t.* 292. A. fastidiosus. *Pers. in Ust. Ann. 9. p. 9.* Russ. fœtens. *Obs. p.* 102. Ag. *Syn. p.* 443. *Dec. fr. 2. p.* 139. *Fries Obs. 1. p.* 73.

Odor fortis, peculiaris, quasi adustus. Totus admodum rigidus. Pileus convexo-depressus, viscosus, plus minus pallidus, 4 unc. et ultra, margine juniori fornicato. Lam. plures dimidiatæ, aliæ basi furcatæ. *In silvis, frequens. Aug. Sept.* (v. v.)

11. *A. furcatus*, inodorus, pileo subviridi, margine lævi, lamellis furcatis candidis.

Buxb. Cent. V. t. 47. *f.* 2. A. bifidus. *Bull. t.* 26. Am. furcata. *Lam. Enc. l. p.* 106. Russ. *Pers. Obs. 1. p.* 102. Ag. *Syn. p.* 446. *Dec. fr. 2. p.* 140.

Amaricans quidem dicitur; sed equidem inertem, modo subnauseosum reperi. Stipes farctus, sat firmus, albus. Pileus junior planiusculus, margine deflexus, dein subinfundibuliformis, viridis. Sequentem varietatis loco tantum pono. *In silvis, varior. Aug. Sept.* (v. v.)

β. *hetero-phyllus*, mitis, pileo planiusculo, margine lævi, lamellis furcatis dimidiatisque candidis.

a. pileo albido. *Bull. t.* 509. *f. L.* A. lacteus. *Pers. Syn. p.* 439. *A. S. p.* 212. A. galochr. *Fries Obs. 1. p.* 65.

b. pileo sordide virescente. *Bull. l. c. f. M.* Russ. ærug. *Pers. Obs. l. c.* Ag. virescens. *Syn. p.* 447. Ag. ærugin. *Schum. p.* 246.

c. pileo livido. *Bull. l. c. f. N.* Ag. livescens, *Batsch f.* 67. A. lividus, *Pers, Syn, p.* 446.

Sapor constanter mitis. Stipes longiusculus, ½ unc. crassus, plenus, firmus, candidus. Pileus plano-depressus, 2-3 unc., disco sæpe obscurior, passim peculiari modo rimoso-ruguloso. Lam. confertæ, angustæ, venis connexæ. Variat pileo purpurascente, incarnato etc.; sed bene diversus. *In ericetis & silvis frondosis, vulgatissimus. Jul.-Nov.* (v. v.)

12. *A. consobrinus*, felleus, pileo griseo, margine lævi, lamellis confertis distinctis aliis furcatis dimidiatisve candidis. *Fr. Obs. 2. p.* 195.

Species valde diversa, A. adusto quodammodo affinis. Sapor acerrimus. Stipes validus, candidus, demum cinerascens. Pileus viscosus, etiam olivaceo-griseus, 3 unc. Lamellæ multæ dimidiatæ, confertæ nec venis connexæ. *In silvis abiegnis densis. Jul.-Sept.* (v. v.)

---

13. *A. adustus*, pileo depresso olivaceo, dein adust-nigrescente, margine lævi, lamellis inæqualibus distantibus albis, stipite solido obeso.

Fung. gen. XIII. sp. 4. *Clus. p.* 270. *& Compil.* A. nigricans. *Bull. t.* 212.; 370. *f.* 2.; 579. *Dec. fr. 2. p.* 156. (male sub Pratella.) A. adustus, *Pers. Syn. p.* 459. *Fries Obs. 1. p.* 78.

Odor debilis, subdulcis. Totus compactus, demum nigrescens. Pileus junior pallidus, humidus viscosus, 3-6 unc. latus, demum diffractus. Caro alba, fracta aut immutabilis, aut passim rubescit I. nigrescit. Sequentes varietates totidem forte species. *In silvis & ericetis, ubique. Jul.-Oct.* (v. v.)

β. lamellis tenuioribus, confertioribus. *Batt. t.* 13. C. A. nigricans *Otto.*

γ. crassus, lamellis valde distant. *A. S. p.* 220.

δ. elephantinus, pileo fusco-luteo, lamellis flavo-albis, stipite solido albo. *Bolt. t.* 28. *Sow. t.* 36.

Habitus A. foetentis. Stipes basi angustatus, 2-3 unc. longus, 2 unc. crass. Pileus depressus, vi-

scidus. With. l. c. 4. p. 197. excl. syn. *In Anglia.* (v. ic.)

Heteroclita species. "Succus fungi ruber, qui nisi adeo parcus adesset, ad lactifluos referenda foret" *A. S.* l. c. E charactere ad Clitocyb. pertineret; sed vidi individua lamellis omnibus integris et in quovis individuo unum alterumve par æquale reperitur. In utriusque tribus limine, statura enim omnino Russulæ, optime locata.

Specierum analogiæ evidentissimæ et e dispositione optime patent.

Spec. inquirendæ:

1. *A. lepidus*, mitis, major, pilei margine lævi, lamellis æqualibus candidis.

2. A. palomet. *Thore Chl. Land.* Russula *Pers. Ch. com.* Gymnop. *Dec. fr.* 6. *p.* 49. Pileus tenuis, fragilis, margine albus, disco rubens. Odor saporque grat. *Circa Dax.*

3. A. albus acris &c. *Gled. p.* 99. Vid. infr.

A. Kremlinga ad formas vagas pertinet viridescentes. De A. rosaceo & depall. vide supra. Occurrunt insuper apud Oecon. icones mixtæ (*Krapf, Kerner, Ellroth* &c.), mere habituales, quas non citavimus.

Trib. VII. GALORRHEUS.

Lactescentes. *Mich. p.* 141. *Scop. p.* 449. Omphalom. sp. *Batt. l. c.* **Lactiflui.** *Hoffm. Pers. Syn. p.* 429. *Nees Syst. p.* 204.

CHAR. Velum nullum. Stipes nudus, æqualis, teres, firmus, in pileum diffusus. Pileus vere carnosus, firmus, plano-depressus, umbilicatus, margine lævi juniori involuto. Caro firma, succulenta. Lamellæ lactescentes, inæquales, sæpe furcatæ, angustæ, postice attenuatæ, adnato-decurrentes. Asci parvi. *Sporidia alba, unius speciei lutescent.*

Obs. Fungi majores l. mediæ magnitudinis, solitarii, terrestres, firmi, persistentes, aromatici, sapore acri, æstivales l. autumnales. Stipes et pileus itidem plerumque lactescunt; sed dantur etiam variarum specierum individua omnino exsucca.

†. GALORRHEI TRICHOLOMOIDEI l. *Torminosi*, (1-9) Margo pilei involutus, tomentosus. *Acres, venenati.*

* 1. *A. controversus*, albus, pileo villoso sanguineo-variegato, margine tomentoso; stipite solido. *Vaill. par. p.* 6. *n.* 8.

Mich. gen. p. 143! Lactar. controv. *Pers. Obs.* 2. *p.* 39. Ag. *Syn. p.* 430. (A. sanguin. *Batsch. Cont.* 2. *f.* 201. & A. acris. *Bull. t.* 538 *ad p.* variet.)

Gregarius, subcæspitosus, meteoricus. Stipes 2 unc. longus, fragilis, subvillosus. Pileus maculis Zonisque irregularibus variegatus, subviscosus, explanatus, rigidus, ut Russula. Lamellæ tenues, confertæ, pallidæ, incarnatæ. *In fagetis, ilicetis alibique. Sept. Oct.* (v. v.)

2. *A. scrobiculatus*, pileo azono flavo, margine barbato, lacte lutescente, stipite cavo maculato.

Fung. CCV. n. 2. *Læs. Pruss. p.* 82. *Mich. p.* 141. *Gled. p.* 101. *a.* Ag. n. 18. *Reyg. ged. p.* 176. A. scrobicul. *Scop. p.* 450. *Schæff. t.* 227, 228 (A. crinitus.) A delic. Z. *Batsch.* A. torminos. *Vill. p.* 1018. A crassus. *Braun. — Schrank. p.* 594. A. luteus. *A. S. p.* 208. A. thejogal. *Swartz. l. c.* 1809. *p.* 91. A. intermed. *Fries Obs.* 1. *p.* 57. A. foveolar. *Otto Ag. p.* 67.

Magnus Stipes apice scrobiculato-maculatus, flavus. Pileus perlatus, adglutinato-villosus, viscosus, demum evolutus rigidus, A. foetenti admodum similis. Lac album, mox sulphureum. Lam. albidæ. *In silvis abiegnis humidis muscosis, frequens. Aug.-Oct.* (v. v.)

3. *A. aspideus*, pileo glabro azono flavo, margine tomentoso, carne purpurascente, stipite cavo maculato. *Fries Obs. 2. p.* 189.

Huc et *A. sulphureus*, Otto l. c. p. 53. Maxime antecedenti affinis; sed lac non sulphureum. pileus glaber, lamellæ pileusque fracta mox purpurascunt. Pileus 2-4 unc., subinde umbonatus. *In dumetis & silvis, rarior. Aug. Sept.* (v. v.)

** 4. *A. torminosus*, pileo glabro zonato pallido, margine barbato, stipite cavo lævi.

Buxb. Cent. IV. t. 16. *Gled. p.* 102. *b.* A. piperatus. *Linn. Suec.* 1195. A. barbatus. *Retz. V. A. H.* 7 9. *p.* 252. A. torminos. *Schæff. t* 12. *Sow. t.* 103 *Fl. Dan. t.* 1068. *Sv. Bot.* 184. *Pers. Syn. p.* 430. A. pseudonym. *Schrank. p.* 595. A. necator. *Bull. t.* 529. *f.* 1. Am. perniciosa. *Lam. Enc.* 1. *p.* 104.

Medius. Lac album, omnino immutabile. Pileus rubescens l. pallide ochraceus, plerumque siccus, sed variat viscosus. Lam. albidæ "Hic, sale conditus, tempore jejunii, aceto et oleo adjectis, crudus a Ruthenis commeditur" Buxb l. c. *In ericetis, versuris locisque apricis, ubique. Jun.-Oct.* (v. v.)

Duplex forte apud Clusium ejusque compilatores, nempe a) Esculent. *Clus. gen. X sp.* 1. *p.* 268. *J. Bauh. XL. c.* 20. *Sterb. t.* 6. *f. c.* (ic. bona). b.) pernicios. *Clus. gen. XXI. sec. Sterb, t.* 23. *A.*

5. *A. Cilicioides*, pileo tomentoso sordide incarnato, lamellis flavescentibus, stipite subcavo. *Otto l. c.* (Ag. tomentos.)

Stipes 2-3 unc. longus, 1 unc. crassus, pileo concolor. Pileus depressus, pallidus, 2-3 unc. valde tomentosus. Forte Ag. necator var. 2. With. *In Saxoniæ pinetis Sept.*

6. *A. crampylus*, pileo viscoso subzonato rugoso-tomentoso fuligineo-rubro, lamellis flavis, stipite solido cinereo. *Otto l. c.*

Stipes 1 unc. longus, 6 lin. crassus, sæpe excentricus. Pileus flexuosus, 2-3 unc. latus. Lac immutabile. *In Saxoniæ*

*** 7. *A. necator*, pileo glabro zonato olivaceo-umbrino, margine villoso, stipite farcto.

Krapf t. V. f. 1-4. A. nec. *Bull. t.* 14. *Pers. Syn. p.* 435. *Fries Obs.* 1. *p.* 59. Lact. *Pers. Obs.* 2. *p.* 42. Am. venenat. *Lam. l. c.* A. plumbeus. *Schum. p.* 345.

Certe ab A. torminoso distinctus. Stipes brevis, attenuatus, pileo dilutior, intus albus. Pileus regularis, sæpe plano-disciformis, viscosus, firmus, margine demum evoluto Lamellæ albidæ, variant lutescentes et incarnatæ. *In silvis & nemoribus, passim. Aug.-Oct.* (v. v.)

8. *A. pannucius*, pileo azono glabro subumbrino margine tomentoso, lamellis luteis, stipite solido undulato. *Schum. p.* 346. (A. planus.)

Stipes 2 $\frac{1}{2}$ unc. longus, $\frac{3}{4}$ unc. crassus, undulato-flexuosus, carnosus. Pileus 5 unc. fere latus, planus, colore, sec. icon. Auct., peculiari testaceo-cinnamomeo. Caro lamellis concolor. *In pineto Sællandiæ, Oct.* (v. ic.)

9. *A. fascinans*, pileo azono glabro testaceo-fusco, margine pubescente, stipite cavo lævi.

Sequenti affinis. Stipes 2 unc. longus, subfragilis, lævis, immaculatus, pallidus. Pileus depressus, leviter viscosus, junior umbrinus, 2-3 unc. Caro albida. Lac album, immutabile Lamellæ lutescentes, basi dichotomæ. *In pratis muscosis subnemorosis. Aug.-Oct.* (v. v.)

Constanter diversas puto, maxime licet inter se affines statura, pileo subviscoso etc., hujus sectionis species, quarum 1-3 mutabiles, pileo albo l. flavo; 4-6 pileo rufescente; 7-9 pileo umbrino. Omnes noxii; primam speciem, in fallor, ex errore edulem perhibet Persoon. *Ch. Comest.* Taceo A. torminosum, Ruthenis cibarium; alius enim Sclavorum stirpi gustus et natura; fungos, observante jam Buxbaumio Cent. IV. p. 10, 14., vulgo cibaries rejiciunt et venenatos in deliciis habent.

†† GALORRHEI LIMACINI l. *deliciosi* (10-21). Pileus glaber, viscosus, margine nudo. *Acres; Edules.*

* 10. *A. trivialis*, pileo viscoso azono lurido, lamellis lacteque albis, stipite cavo longo. *Fr. l. c.*

A priori margine nudo lamellarumque colore; a subsimili A. flexuoso a. substantia laxa, multo fragiliore, lamellis non rigidis confertis etc. differt. A sequente statura et lacte immutabili. Stipes amplus, pileo fere concolor. Pileus dein expallens, albidus l. incarnato-alutaceus, ad quem statum *A. Listeri* Swartz l. c 1808. p. 210. excl. syn., 3 unc. et ultra latus *In pinetis Sueciæ, locis humidis muscosis, abunde. Jul.-Oct.* (v. v.)

11. *A luridus*, pileo viscoso zonato lurido, lamellis albis, lacte rubescente, stipite cavo.

Fung. fuscus, lacte acri. *Buxb. Cent. IV. t.* 17. *f.* 2. A. fuscus. *Schæff. t.* 235. Ag. zonar. *With. arr.* 4. *p.* 193. *Sowerb. t.* 203. Am. zonar. *Lam. l c.* A. luridus. *Pers. Syn. p.* 436. *Sw. l. c. p.* 212.

Antecedenti minor. Stipes 1 ½ unc. et ultra longus, pallidus. Pileus planiusculus, 2-3 unc. latus, e cinereo-rufescens, zonis fuscis. Lac primo album. *In ericetis, locis graminosis, Sept. Oct.* (v. ic.)

12. *A. acris*, pileo viscoso azono cinereo-fuligineo, lamellis flavis, lacte ex albo rubescente, stipite farcto.

Fung. lividus, lacte acri. *Buxb. l. c. f.* 1. (descr. transpos.) *Batt. t.* 13. *E*! A. pudibund. *Scop. p.* 452. A. delicios. var. *Batsch, Cont.* 1. *f.* 68. *Krapf. t.* 4. *f.* 4. A. acris. *Bolt. t.* 60. *With. l. c. p.* 175. *Pers. Syn. p.* 437.

Similis *A.* pyrogalo, sed pil. viscidus. Stipes deorsum attenuatus, brevis, pallidus. Pileus semper fere excentricus!, emarginatus, inæqualis, fusco-lividus. Lam. subdistantes. Lac acerrimum,

albidum, mox roseum, dein flavescens; raro immutabile. *In fagetis & nemoribus frondosis. Aug.-Nov.* (v. v.)

** 13. *A. uvidus*, pileo viscoso azono incarnato-livido l. fuscescente, lamellis albis, lacte ex albo-lilacino, stipite cavo. *Fries Obs. 2. p. 191.*

Huc *A. livido-rubescens* Batsch Cont. 2. f. 202. et *A. acris*, variet. A. S. p. 210, ut formæ. Cum duobus sequ. reliquis tenuior. Stipes fragilis, æqualis. Pileus depressus, regularis, valde viscosus. Lam. confertæ, fractæ cum carne lacteque lilacino-sanguineæ. *In nemoribus humidis frequens, Aug. Oct.* (v. v.)

14. *A. vietus*, pileo tenui lævi subviscoso azono livido expallente, lamellis lacteque albidis, stipite subcavo fragili. *Gled. p. 103. d.*

Huc potissimum *A. acris* Schum. p. 343. Inodorus, sapore acri-nauseoso. Lac album, dein subgriseum. Stipes glaberrimus, pileo concolor, junior farctus. Pileus leviter carnosus, subinde umbonatus, semper opacus. Variat colore incarnato-livido et albido; latitudine 1-5 unc.; forma regulari et undulato-lobata. Lam. tenues, confertæ. Varietates non paucæ. *In betuletis, populetis dumetisque humidis muscosis, vulgaris. Aug.-Nov.* (v. v.)

β. cyathula, parvus, pileo umbonato, zona obscuriori, incarnato, lamellis candidis. *Cum priori.*

15. *A. jecorinus*, pileo tenui viscoso ruguloso carneo, lamellis luteis, lacte albo, stipite cavo immaculato.

Parva species. Stipes 1-2 unc. longus, 3-4 lin. crassus, æqualis, fragilis, apice obsolete pruinatus. Pileus 2 unc., pallidus; etiam hepaticus, fragilis. Lam. luteæ, subdistantes, 2 lin. latæ. *In ericetis & sabuletis, perraro. Sept. Oct.* (v. v.)

** 16. *A. hysginus*, pileo viscoso lævi azono carneo, lamellis lacteque albis, stipite cavo maculato. *Fries l. c. p.* 192.

Antecedentibus major, stipite, ut in prima sectione, apice scrobiculato; ceterum glabro, incarnato, longitudine varius. Pileus 2-3 unc., firmus, umbilicatus, carneo-rŭber. Lam. demum pallide flavent. *In graminosis, pinetis alibique. Aug.-Oct.* (v. v.)

17. *A. blennius*, pileo viscoso subguttato azono virescente, lamellis lacteque albis. *Fr. 1. p.* 60.

Sterb. t. 5. E.! Krapf Schw. t. 4. f. 11-13. A. viridis. *Schrad. spic. p.* 123. Am. ærugin. *Lam. Enc. 1. p.* 105. A. xyloph. var. viscos. *Pers. Syn. p.* 438. A. Listeri var. 5. *With. l. c. p.* 160. A. curtipes & affinis. *Schum. p.* 344, 345.

Stipes farctus, subinde cavus, brevis, firmus, cinerascenti-viridis. Pileus firmus, depressus, pallide et sordide virens, marg. juniori inflexo omnino glabro. *Lactar. xyloph.* Pers. disp. p. 66. forma. Lac. acerrimum. *In fagetis, jove pluvio, frequens. Jul.-Oct.* (v. v.)

18. *A. pallidus*, pileo viscoso lævi azono stipiteque brevi cavo firmo pallidis, lamellis lacteque albidis. *Pers. Syn. p.* 431.

Gregarius. Stipes 1-2 unc. longus, $\frac{1}{2}$ — 1 unc. crassus, lævis. Pileus 2-3 unc. latus, flavidus, argillaceus l. incarnatus, semper pallidus, margine involuto. Lam 2 lin. latæ. Lac immut., minus acre. *In fagetis, haud raro. Aug.-Oct.* (v. v.)

*** 19. *A. deliciosus*, pileo viscoso obsolete zonato aurantio-expallente, lamellis lacteque aurantiacis, stipite cavo glabro scrobiculato.

Capreolini. *Tabern.* Fung. esc. g. XII. *Clus. p.* 269. *J. Bauh. XL, c.* 26. ubi syn. veter.! *Sterb. t. 4. C. Buxb. Cent. V. t.* 45. *f.* 1. *Batt. t.* 16. *H.* Ag. XI. *Gled. p.* 101. A. delicios. *Linn. Suec.* 1211. *Schæff.*

t. 11. *Sowerb. t.* 202. *Fl. Dan. t.* 1131. Am. *Hall. helv. n.* 2419. Am. sanguin. *Lam. l. c.* A. zonarius. *Bolt, t.* 141. Lactar. laterit. *Pers. disp. p.* 64.

Statura præcedentis. Pileus plano-depressus, primo aurantiacus, mox sordide pallidus, dein virens, leviter viscosus. Vulnera lamellarum eleganter sæpe virent, quod in alia specie non observatur. De usu cf. *Tratt. p.* 82. *f. M.* etc. Lactis colore ab omnibus Agaricis differt; sed sporidia alba nec viridia, ut apud Hall. l. c. *In pinetis, frequentissimus. Jul.-Nov.* (v. v.)

20. *A. insulsus*, pileo viscoso obsolete zonato lutescente, lamellis confertis lacteque pallidis, stipite brevi crasso.

b. Am. pallide lutea &c. *Dill, Giess. p.* 179.

Acris, statura et magnitudine A. deliciosi, sed lac albidum l. aquosum mitius. Stipes junior farctus, dein cavus, deorsum attenuatus l. æqualis, $\frac{1}{2}$ — 1 unc. crassus, pallidus, subinde scrobiculatus. Pileus infundibuliformis, rigidus, testaceo-lutescens, 4 unc. latus, circa margines præcipue zonatus. Caro pilei subzonata! Lam. basi furcatæ, albidæ. *Prope Malmö in dumetis Oct. Nov.* (v. v.)

21. *A. aurantiacus*, pileo subviscoso azono aurantiaco, lamellis confertis lutescentibus, lacte albo, stipite elongato lævi.

Batt. t. 16. *f. A.* — A. hybridus. *Scop. p.* 452. Ag. testac. v. aurant. *Pers. Syn. p.* 432. A. rufus. *Schum. Sæll. p.* 348. A. testaceus. *Swartz l. c.* 1808. *p.* 210.

Simillimus A. mitissimo; sed lacte acri insuper dignoscitur. Stipes 3 unc. longus, farctus, subattenuatus. Pileus planiusculus, azonus, non virescens. Lam. angustæ. *In silvis & pinetis mustosis. Aug.-Oct.* (v. v.)

††† GALORRHEI RUSSULARES l. *subdulces* (22-33). Pileus siccus, margine nudus. Lamel-

læ confertæ juniores albidæ, dein lutescentes l. rufescentes. Substantia laxior. *In cibariis recepti, juniores mites, dein etiam acres.* (Species hujus sectionis A. lactiflui sub nomine apud Auctores commutantur.)

In specierum serie sequuntur primum dulces, pileo lævi (22-25); dein subacres, pileo lævi (26-29); tandemque species subacres, pileo impolito h. e. squamulcso l. pruinoso. (30-33).

* 22. *A. volemus*, magnus, dulcis, pileo obtuso sicco lævi nitido fulvo-expallente, lamellis albo-lutescentibus, stipite solido obeso.

Ag. lactifluus. *vulgo. Ellr. t. VI.* A. testaceus. *A. S. p.* 209.

b. A. rubescens. A. œdematopus. *Scop. p.* 453. A. ruber. *Tratt. Essb. Schw. p.* 89. *t. N.*

Compactus, firmus, non acris Stipes 1 ½ —2 unc. longus, 1 unc. crassus et ultra, durus, lævis. Pileus planus, leviter depressus, 3 unc. et ultra latus, demum rimosus testaceus. Lamellæ latæ, fragiles, non decurrentes, albidæ Vulnera lamellarum sordide fuscescunt. *In fagetis passim, silvis abiegnis varior. Aug. Sept.* (v. v.)

23. *A. mitissimus*, dulcis, pileo papillato sicco lævi aurantiaco, lamellis dilutioribus, lacte albo, stipite cavo longo.

Formæ sunt *A. testac. β.* Pers. Syn. p. 432. et *A. sororius* Otto p. 36. Antecedente, cui colore simillimus, tenuior. Stipes 2-3 unc. longus, 3-4 lin. crassus, fragilis, lævis, glaberrimus. Pileus leviter carnosus, depressus, 1-2 unc. latus, opacus, testaceo-fulvus, uti stipes. Lam. confertissimæ, 1 lin. latæ, pallidiores. *In silvis vulgaris, frondosis & acerosis, Aug.-Nov.* (v. v.)

24. *A. quietus*, dulcis, pileo obtuso lævi sicco opaco, lamellis testaceo-rufescentibus, stipite solido firmo rufescente.

Fung. sextus. *Trag.* — *J. Bauh. XL. c. 17.* cum syn. vet.! A. lactescens. *Spec. Pl. 2. p.* 164. A. testaceus. *Scop. p.* 453. A. rubescens. *Fl. Dan. t.* 1069. *f.* 2. A. serosus. *With. p.* 167.

Stipes 2-3 unc. longus, $\frac{1}{2}$ unc. et ultra crassus, demum mollior spongiosus, sed non cavus. Pileus 3 unc. latus, margine deflexo. Lam. basi subfurcatæ. Odor nullus. Color mutabilis; pileus junior obscure cinnamomeus, lamellis stipiteque pallidioribus; dein pileus expallens, lamellis concolor, stipes vero obscure rufus. *In Quercetis & silvis mixtis nemorosis, autumno.* (v. v.)

25. *A. subdulcis*, innocuus, pileo glabro polito sicco rufescente, lamellis incarnatis, demum ferrugineis, lacte immutabili albo, stipite dein cavo glabro.

A. lactifl. *Bolt. t.* 3. *Sowerb. t.* 204. A. rubescens, *Schæff. t.* 73. (vix ad rufum). A. Bulliardi. *Fl. Dan. t.* 1069. *f.* 1. (stat. exsucc.) *Ellr. t.* 7. *f.* 2. A. subdulcis. *Pers. Syn. p.* 433. *Bull. t.* 224. *A. B.*

Antecedente constanter minor, tenuior, substantia magis compacta præcipue diversus. Pileus depressus, sæpe umbonatus, azonus. Sapor mitis, demum nauseosus. Formæ plurimæ: a) pileo lævi firmo stipiteque subfarcto castaneo-rufis. b) pileo fragili cinnamomeo l. rufogilvo, stipite longiusculo. *Lact. innoc.* Pers. l. c. Pileus 2-3 unc. latus. c) colore carneo-flavo. *A. rufo-flavidus* Otto p. 43. d) pileo carneo, lamellis pallidis, stipite cavo elongato, e) pileo tenui papillato ruguloso, margine striato, stipite fistuloso. *In silvis, ubique, c. in graminosis humidis. d. in pinetis, locis humidis muscosis, & e. siccis. Æstate & autumno.* (v. v.)

β. *camphoratus*, olidus, pileo obsolete zonato, lamellis lutescentibus.

A. camph. *Bull. t.* 567. *f.* 1. A. subdulcis, *Dec. fr. 2. p.* 144.

b. A. cimicarius, *Batsch, Cont. 1. f.* 69.

Videtur propria species, sed habitus idem et cum A. glyciosmo non commutanda. Sapor ingratus. Pileus rufo-spadiceus, umbonatus, 1-2 unc. latus. *In silvis, præcipue pinetis. Autumno.* (v. v.)

** 26. *A. thejogalus,* subacris, pileo sicco glabro subzonato ruf.-fulvo, lacte flavo, stipite solido.

A. thejog. *Bull. t.* 567. *f.* 2. *Dec. fr. 2. p* 142. *Pers. syn. p.* 431. *Schum. Sæll. p.* 347. A. camicar. var. 3. *With. p.* 174. (A. delicios. *Bolt. t.* 9. colore luteo.)

Stipes mediocris, demum pileo obscurior. Pileus junior convexus obsolete umbonatus, dein depressus obtusus, 2 unc. latus. Priori admodum affinis, lactis colore præcipue dignoscendus. Venenatus Pers. Ch. comest.; an e commutatione cum A. scrobiculato? *In silvis nemorosis. Sept. Oct.* (v. v.)

27. *A. flammeolus,* pileo sicco azono flammeolo, lamellis flavis, lacte rubescente, stipite fistuloso croceo. *Pollin. pl. nov. p.* 34.

Stipes 3-pollicaris, cylindricus. Pileus convexus, demum depressus, 3 pollic., margine integro; in helvolum l. rubrum colorem vergens. Lam. non decurrentes. Caro flavescens. Lac leviter acre. *Circa Veronam.*

28. *A. Tithymalinus,* acris, pileo sicco glabro obsolete zonato pallide luteo, lamellis incarnato-pallidis, stipite solido.

A. Tithym. *Scop. p.* 452. A. ichoratus. *Batsch. Cont.* 1. *f.* 60. *Swartz. l. c.* 1809. *p.* 89. A. testaceus, *Pers. Syn. p.* 431. ad part.

Stipes 3 unc. longus, subcompressus, inæqualis, pallidus, albescens. Pileus demum depressus, centro sæpe rubescens, 2-3 unc. latus, rugulosus. Lac copiosum album. SW. *In nemorosis silvarum, rarior. Sept.-Oct.* (v. v.)

29. *A. rufus,* acerrimus, pileo umbonato sicco polito badio-rubro, lamellis rufescentibus, lacte albo, stipite farcto.

Fung. esc. gen. VIII. sp. 3. *Clus. p.* 267. Rotte Pfifferl. *J. Bauh. XL.* c. 13. *Sterb. t.* 8. *f. D.* Fungus lact. piper. rufus. *Vaill. par. p.* 61. A. rufus. *Scop.* 451. A. rubescens. *Rec.* — *Schrad.* — *With.* A. ruber. *Swartz. l. c.* 1808. *p.* 211.

Inodorus, major. Stipes rufescens, 2 unc. longus, haud firmus, basi pubescens. Pileus semper lævis, glaber, umbonatus, plano-depressus, dein totus infundibuliformis, 2-4 unc. latus. Caro albida. Lam. juniores albo-incarnatæ. *In pinetis, vulgatissimus. Jul.-Oct.* (v. v.)

*** 30. *A. helvus*, acris, pileo subobtuso squamuloso sicco ochraceo-rubro, lamellis ochraceis, stipite subfarcto.

Priori utique affinis. Stipes 2-3 unc. longus, $\frac{1}{2}$ unc. crassus, subpruinatus. Pileus testaceus, villoso-squamulosus, fragilis, statura prioris. Lam. sæpe dichotomæ. Odor debilis, sapor acris, lac album immutabile; sed variat mitis, lacte aqueo, non colorato. Synonyma difficile extricantur: *Clusio* videtur *Fung. esc. g. XX. spec. I.;* sed esc. g. X. sp. I. sub torminoso nominata, ex descriptione huc facile referres. Inde pendent dubia Bauhini, Sterbeckii etc. *A. ruber* Pers. syn. p. 433 ex descr ad unguem quadrat, sed *A. lactifluo* Schæff. t. 5 habitu valde dissimilis e. s. p. *In pinetis, locis humidis, vulgaris. Jul.-Nov.* (v. v.)

31. *A. glyciosmus*, olidus, pileo tenui squamuloso sicco opaco sublurido, lamellis lutescentibus confertis, lacte albo, stipite glabro. *Fries Obs.* 2. *p.* 194.

Optima, sed maxime varia species. Odor ejus criterium. Fragilis, antecedente tenuior. Lac album, demum acre. Color variat luridus, fuscotestaceus, incarnatus, rufescens; junior obscurior. Pileus planiusculus, sæpo umbonatus! Lam. opacæ, juniores pallidæ. Sporidia alba. Evidens cum A. vieto analogia. — Formæ duæ præcipue seorsim

notandæ: a) pileo zonato lurido 3 unciali et ultra, stipite cavo 2-3 unc. b) pileo pallido sericeo-l vi acute umbonato, stipite fistuloso unciali. *Ubique in pinetis dumetisque. Jul.-Oct.* (v. v.)

32. *A. plumbeus*, pileo sicco azono nigro-fusco fuliginoso, lamellis flavescentibus, lacte albo.

A. plumbeus. *Bull. t.* 282, 559. *f.* 2. *Pers. Syn. p.* 435. *Dec. fr.* 2. *p.* 144. A. Listeri. *Sowerb. t.* 245.

b. *nigrescens.* Pers. l. c. p. 436. *Krapf. t.* 4. *f.* 1-3.

c. *elongatus*, Ag. pyrogali. var. 3. *Fries l. c.*

Antecedente major, firmior Stipes lutescente-fuligineus, junior farctus, dein pro more cavus. Pileus perlatus, e convexo-depressus; numquam ob fuliginem zonatus l. viscosus. Caro compacta, alba. — In forma c. pileus rugosus, minor, lamellæ albidæ, stipes longus olivaceo-reticulatus. *In silvis, præsertim acerosis; c. locis humidis inter Polytricha. Aug. Sept.* (v. v.)

33. *A. fuliginosus*, pileo azono sicco umbrino, fuligine fusca consperso, lamellis ochraceis, lacte ex albo-crocato.

Krapf t. 4. *f.* 5-7. A. azonit. *Bull. t.* 567. *f.* 3. A. pyrogal. b. *Fries Obs. 1, p.* 64. A. plinthogal. *Otto p.* 75. (ut videtur.)

Cum A. acri commutatus, a quo vero diversissimus Stipes farctus, mollis, demum cavus, 2-3 unc. longus, 3-5 lin. crassus, fragilis, lævis, fuligineus, intus albus. Pileus 1-3 unc. latus, e convexo-planus, demum depressus et subalutaceus. Caro alba, dein crocato-rubra. Lamellæ juniores albæ, minus confertæ. Sporidia lutescunt! *In fagetis umbrosis vulgaris, silvis abiegnis passim. Aug.-Oct.* (v. v.)

†††† GALORRHEI PROPRII l. *piperati* (34-42). Pileus siccus, margine nudus. Lamellæ immutabiles, l. expallentes. Substantia compacta, rigida. *Acerrimi, edules?* (una spec. dulcis dicitur.)

Distinguuntur insuper species 34-36 pileo non albo, lamellis distantibus, lutescentibus, lacte acerrimo immutabili; spec. 37-39 pileo albido, lamellis albis, lacte mutabili; spec. 40-42 colore omnino albo, lacte acerrimo immutabili.

* 34. *A. pyrogalus*, pileo sicco glabro subzonato livido, lamellis distantibus flavis, stipite cavo cinerascente.

a. pileo regulari. Fung. lactesc. prægnantissimus. *Vaill. par. p.* 61. A. rusticanus. *Scop. p.* 452. *Krapf. t.* 4. *f.* 8. A. pyrogalus. *Bull. t.* 509. *f.* 1. *Pers. Syn. p.* 436. *Dec. fr.* 2. *p.* 142. *Fr. l. c. var.* 1.

Stipes primo, ut in omnibus farctus, sed mox cavus, 1 ½ unc. et ultra longus, 3-5 lin. crassus, deorsum sæpe attenuatus, glaber, lævis l. scrobiculatus. Pileus planus, 2-3 unc., firmus, sed sequentis tenuior, absque fuligine; demum sordide lutescens; in umbrosis pallidus subazonus. Lac copiosum, acerrimum. *In nemoribus & pratis inter gramina vulgaris. Aug.-Oct.* (v. v.)

35. *A. flexuosus*, compactus, pileo repando sicco glabro, lamellis distantibus pallidis, stipite solido brevi. *Fries Obs.* 1. *p.* 58.

a. pileo umbrino. A. azonites. *Bull. t.* 559. *f.* 1. A. umbrinus. *Pers. Syn. p.* 435. A. Persoonii. *Otto p.* 44. — *Batt. t.* 13. *D.*

b. pileo incarnato-vitellino. Fung. lignosus &c. *Vaill. par. p.* 61. *t.* 12. *f.* 7. A. zonarius. *Bull. t.* 104. A. flexuos. *Pers. Syn. p.* 430.

c. pileo carneo. *Batt. t.* 16. *B.*

Equidem in plures species, summa intercedente affinitate, divellere nequeo. Totus valde durus, compactus, acris, lactescens. Stipes deorsum attenuatus, 1 unc. longus, crassus, pileo pallidior, subinde excentricus. Pileus infractus, nunc convexus, nunc depressus; variat zonatus et omnino azonus; umbrinus, cinereo-rufescens pallidus etc. Lam. crassæ, ligneæ, venoso-connexæ. Etiam statura va-

riat. *In pinetis locis graminosis & juxta vias, vulgaris. Jul.-Oct.* (v. v.)

36. *A. serifluus*, brunneo-fulvus, pileo flexuoso sicco glabro, lacte sericolori, stipite solido æquali. *Dec. fr.* 6. *p* 45.

Antec. affinem suspicor. Subfirmus, lacte diluto, parco. Stipes 1-2 unc. longus, 2-3 lin. crassus. Pileus planiusculus, infractus, diam. stipitis longitudinem superante. Lam. pallidiores, lutescentes. *Ad terram humidam in ericetis & iletis circa Monspelium.*

** 37. *A. violascens*, dulcis, pileo glabro cinereo, zonis fuligineis picto, lamellis stipiteque solido albis, lacte violascente. *Otto p.* 34.

Nil saltim recedit *A. ermineus* Scop. p. 453. — Affinis dicitur A. pyrogalo. Stipes lævis, 2 unc. longus, 5-6 lin. crassus. Pileus depressus, 2-3 unc. latus. *In pinetis Saxoniæ, Sept.*

38. *A. resinus*, pileo glabro albo flavo-maculato lamellis stipiteque cavo albidis, lacte sulphureo.

Fung. esc. g. VIII. sp. 2. *Clus. l. c. forte.* A. intermedii var. *Fries Obs.* 1. *p.* 58.

Stipes lævis, 1 — 1 ½ unc. longus, 1 unc. fere crassus, sub lente pube tenui, quasi tectus. Pileus infundibuliformis, lævis, 3-5 unc. latus, margine nudus. Lam. latiusculæ, haud admodum confertæ. Affinis A. scrobiculato. *In ericetis & betuletis asperis Smolandiæ, bis tantum. Sept.* (v. v.)

39. *A. argematus*, albus, pileo glabro plano, lacte rubescente, stipite farcto. *Fr.* 2. *p.* 190.

Parva species. Stipes 1 unc. longus, 4-5 lin. crassus, lævis. Pileus planus, 1 ½ unc. latus. Lam. tenues, confertæ. *In silvis abiegnis, raro. Jul. Aug.* (v. v.)

Sunt 37-40 minus compacti.

*** 40. *A. pargamenus*, pileo planiusculo lento glabro albido, lamellis confertis, lacte albo, stipite farcto longiusculo obscuriori.

Clus. l. c. sp. 1. *J. Bauh. XL. c.* 13. *Sterb. p.* 116. Fung. n. 2. *Mich. p.* 141. Ag. a. *Gled. p.* 98. A. piperat. *Batsch. Cont.* 1. *f.* 59. A. urens. *Schum. p.* 343. A. parg. *Swartz l. c.* 1809. *p.* 90. *Fries Obs.* 1. *p.* 55.

Sequenti similis. Stipes longior, 2-3 unc., glaber, demum coerulescens l. fuscescens. Pileus convexus, dein depressus, corii instar elasticus, 2 unc. et ultra. Lam. angustæ. *In silvis frondosis, Aug. Sept.* (v. v.)

41. *A. piperatus*, pileo infundibuli-formi rigido glabro albo, lamellis angustissimis confertis, lacte stipiteque solido obeso albis.

Fung. piperis sapore. *Cord. in Diosc. p.* 68. Fung. tert. *Trag.* — *J. Bauh. XL. c.* 6 ubi veter. syn.! *Sterb. t.* 8. *f. C.* Ag. n. 1194. *Linn. Suec.* A. piperat. *Scop. p.* 449. *Bolt. t.* 21. *Fl. Dan. t.* 1132. *Pers. Syn. p.* 429. A. amarus. *Schæff. t.* 83. A. acris. *Bull. t.* 200. Am. *Hall. n.* 2338. ad part. Am. piperit. *Lam. Enc.* 1. *p.* 104. A. Listeri. 1. *With. p.* 138.

Lacte copiosissimo et acerrimo scatet. Totus durus, firmus, glaber. Stipes 1-2 unc. longus et fere crassus, lævis. Pileus 4-6 unc. latus, siccus, subinde flavescens, margine deflexo, juniori involuto. Lam. confertissimæ, angustissimæ, lineares, substrictæ, repetito-dichotomæ — Edulis est. "Lac ejus cum Syrupo de Althæa sumtum, experimento certo calculum frangit et urinam citat" Loes. Pruss. p. 82. n. 9. *In silvis, passim. Sept. Oct.* (v. v.)

42. *A. vellereus*, albus, pileo umbilicato tomentoso rigido, lamellis angustis distantibus, lacte albo, stipite solido obeso.

A. Listeri. *Sow. t.* 104. A. piperat. *Auct. var.*

Vix nisi status antecedentis mutatus (Cf. *Lact. piper.* Pers. Obs. 2. p. 40.); sed cum venenatus

dicatur nec merus ætatis filius, distinguere necessarium duxi. Gregarius, statura antecedentis, minus lactescens. Stipes pubescens. Pileus totus lanatus, subconvexus. Lac immutabile. Odor sæpe ingratus. *Ag. pubescens.* Schrad. spic. p. 122. Fries l. c. p. 56, varietas minor. *In fagetis, dumetis &c. abunde. Aug.-Nov.* (v. v.)

β. exsuccus, exsuccus, pileo infundibuliformi, tomento depresso, lamellis latis crispis pallescentibus.

Fung. n. 5. *Læs. p.* 89. n. 83. *Wulf. Pruss. p.* 81. — *Buxb. Cent. IV. t.* 1. Ag. b. *Gled. p.* 99. Am. *Hall. helv.* 2339. A. piper. v. *Pers. Syn. p.* 429. A. exsuccus. *Otto.*

Adhuc fere major, minus evidenter villosus, quisquiliis sæpe tectus. Pileus junior umbilicatus, demum totus infundibuliformis. *In pinetis alibique, passim. Autumno.* (v. v.)

Capri, æstu flagrantes, fungos acres tantum et in specie Galorrheos manducant.

Accedunt ad primam et secundam, uti omnia ad principium redeunt, ultima species, non minus ad sequentem tribum transeuntes. Analogiæ e dispositione quodammodo patent; sed hæ dispositionis delicix melius perspiciuntur, quam *paucis* verbis delineantur.

Spec. inquirendæ:

1. Fungus parvus, piperatus, lacteum succum fundens, pileo griseo mammoso &c. *Mich. gen. p.* 142. *t.* 80. *f.* 1.
2. A. dulcis. *Huds. p.* 614. A. lactescens. *Villars.* Totus albus, dulcis, pileo convexo, stipite longo.
3. A. dycmogalus. *Bull. t.* 584 sec. *Dec. fr.* 2. *p.* 141. (in nostro specim. deest). Forte idem ac A. dulcis Huds; sed pileus griseo-zonatus. (auratus?)
4. A. griseus. *Schum. p.* 347. Affin. A. subdulci.
5. A. depressus. *With. p.* 181. Stipite solido unice ab A. hysgino recedit.

Erroneus *A. Georgii.* Wither. — *A. sublactescentem,* Schum. p. 345 ad A. helvum potissimum referrem. De *A. lactifluo* Schæff. t. 5. Conf. Obs. Myc. 2. p. 194.

Trib. VIII. CLITOCYBE.

Tereticaul. sp. *Scop. p.* 429. Gymnop & Omphal. spec. *Pers. Syn. p.* 302, 448.

CHAR. Velum nullum. Stipes æqualis l. sursum attenuatus, nec bulbosus, læviusculus, sat firmus. Pileus plus minus carnosus, junior convexus, aut persistens, aut demum depressus, subinde totus infundibuliformis. Lamellæ inæquales, exsuccæ, immutabiles, tenaces, varie adfixæ l. liberæ. Asci subtenues, sporidiis albis. *Color varius.*

Obs. Tribus, a κλιτος & κυβη dicta, e variis composita, inde character negativus magis, quam definitus. Fungi majores l. medii, persistentes, submites, innocui. Subtribus sequentes, maxime naturales:

A. *Lamellis postice æqualiter attenuatis, acutis.*

1. DASYPHYLLI. Pileus siccus, glaber. Lam. confertæ decurrentes l. acute adnatæ.

2. CAMAROPHYLLI. Pileus subcompactus, siccus. Lam. valde distantes, arcuatæ, decurrentes.

3. HYGROCYBI. Pileus tenuis, humidus viscosus. Lam. variæ. Stipes cavus. *Terrestres.*

B. *Lamellis postice inæqualibus.* (h. e. dente l. arcuat-decurrentes, sinuatæ, emarginatæ etc.)

4. OESYPII. Pileus siccus, minute squamulosus. Lam. plerumque arcuato-decurrentes, raro adnatæ. *Firmi.*

5. CALODONTES. Pileus glaber, subhumidus. Lam. arcuato-adnexæ, reticulato-connexæ, margine appendiculatæ.

6. THRAUSTI. Pileus tenuis, siccus. Lam. emarginatæ. *Subfragiles.*

C. *Lamellis postice æqualibus, obtusis.*

7. RHIZOPODES. Pileus carnosus, viscosus. Lam. subadfixæ. Stipes radicatus. *Epixyli.*

8. CHONDROPODES. Pileus tenax, siccus. Lam. sublibereæ, confertæ, candidæ.

9. SCORTEI. Pileus subcoriaceus, siccus. Lam. liberæ, subdistantes, pallescentes.

Subtribus 1. DASYPHYLLI.

CHAR. Stipes plenus, sub-elasticus, firmus, in pileum diffusus. Pileus vere carnosus, firmus, siccus, glaber, sublævis, margine tenuiori, juniori involuto. Caro alba, molliuscula. Lamellæ confertæ, angustæ, sublineares, integerrimæ; utrinque æqualiter attenuatæ, acutæ; ob pilei formam nunc longe decurrentes, nunc adnatæ; vix arcuatæ. *Color varius, lamellarum albus, raro lutescens.*

Obs. Fungi terrestres, solitarii, æstivales et autumnales, raro vernales, firmi, sapore mucido. Majores et stipite solido gaudentes præcipue edules. Lamellæ in *A. melizeo, clavipede* etc. minus quidem confertæ, non ita tamen ut in Camarophyllis distantes. — Accedunt spec. heteroclitæ cæspitosæ.

†. OMPHALARII (1-12.) Pileus plus minus carnosus, junior convexe-deflexus, dein depressus l. infundibuliformis, Lam. vere decurrentes. *Stipes multis farctus, hi vix cibarii; aliis solidus, qui esculenti. Habitus Galorrhei.*

Obs. In quavis hujus seriei tribu species pileo juniori convexulo, dein depresso, etiam infundibuliformi, occurrunt. Referendæ neutiquam ad Omphalias, quarum longe alia structura, pileo jam ab infantia vere umbilicato, *dein* magis explanato. Quod in specie ad hanc sectionem attinet, a sequente (Cf. A. Cardarellam, clavip. etc.) ægerrime dignoscitur; melius autem in omni ætate ab Omph. Collybariis: 1. lamellis postice acutis, vere decur-

rentibus. 2. pileo vere carnoso nec diaphano. 3. stipite in pileum magis diffuso etc. —

Sequuntur primum species magnæ, rigidæ, demum infundibuliformes, lamellis subcolorati (1,2); mox mediæ, elasticæ, fragiles, infundibuliformes, stipite farcto attenuato, basi villoso (3-6.); dein tenuiores, pileo leviter carnoso umbilicato, stipite farcto l. cavo, æquali (7-9.); tandem firmiores, pileo magis carnoso depresso, stipite solido, quæ ad sq. sectionem transuunt. (10-12.)

* 1. *A. giganteus*, vægrandis, albidus, pileo dein infundibuliformi, lamellis decurrentibus confertis dein rufescentibus, stipite solido cheso.

a. Fungus maximus, pileolo pyxidato, *Raji Hist. III. p.* 18. A. gigant. *Leyss. Hal.* 1213. *Vill. Delph. p.* 1017. A. maximus. *Fl. Wett. III. p.* 329 *A. S p.* 215.

b. *Batt. t.* 7. *f. A.* A. giganteus. *Sowerb. t.* 244. *Swartz l. c.* 1808. *p.* 240. (A. concavus. *Vill. p.* 1015. forte.)

Species plures latere videntur. Synonyma ab ultimo Galorrheo difficillime insuper discernuntur. — a. Alutaceo-pallidus. Stipes 2 ½ unc. latus et altus, firmus, demum fuscescens. Pileus sesquipedalis usque, pro ratione subtenuis, late infundibuliformis, in fundo obsolete umbonatus, lævis, nisi quod passim squamulosus l. rimulosus sit; margine in nonnullis lobato. *A. S. l. c.* — b. minor. Pileus 3-6 unc. latus, subnitens, junior convexus, dein concavus, margine sæpe fissili. Stipes ½ unc. crassus. *Sw. l. c. In dumetis frondosis. b. in pinetis. Sept.* (v. ic.)

2. *A. gilvus*, magnus, pileo convexo obtuso, dein infundibuliformi lævi rigido, lamellis decurrentibus e pallido-gilvis, stipite farcto subradicato, basi villoso

Fungus major, pediculo brevi crasso &c. *Raji Hist. II. p.* 95. A. subinvolut. *Batch. Cont.* 2. *f.* 204. A. inversus *Scop.* A. cinnamomeus. *Bolt. t.* 22. A.

castaneus, sordidoflavus. *With. l. c. p.* 166, 197. A. pileolar. *Sow. t.* 61. *Swartz l. c.* A. cyathif. *Fl. Dan. t.* 1011. A. gilvus. *Pers. Syn. p.* 448. *Fl. Dan.* 1606.

Statura Ag. Gal rrhei, prcipue A. pallidi. Stipes variat longus et perbrevis, ½ unc. crassus, mollis, nunc aqualis nunc sursum i. deorsum attenuatus, basi villosus; dein, ut in stipite farcto solet, cavus. Pileus subcompactus, 3-4 unc. latus, submaculatus, *humidus*, sed non viscosus. Lam. confertissimæ, angustæ, sæpe ramosæ, juniores pallidæ. Pileus variat cinnamomeus, testaceus, alutaceus (A. S. p. 216.) incarnatus etc. *Inter muscos & folia, in pinetis fagetisve, frequens. Aug.-Nov.* (v. v.)

Optimæ revera sunt hujus sectionis species; sed synonyma genuina & characteres acuti, ob staturam coloresque mutabiles, (quare primo obtutu specierum prompuarium potius apparent) difficile eruuntur. Sequentes species apud Cel. Schumacher (*Fl. Sæll.*) medium inter hunc & sequentem occupant locum nec e principio, quod in præsenti opere sequor, distinguendæ: *A. lactifluus, ferrugineus, pallescens, limbatus, subcyathus, pileolarius, infundibuliformis, crucibuliformis — A. circinans, convexus, cornucopioides.*

** 3. *A. flaccidus*, pileo tenui infundibuliformi obtuso lævi flaccido, lamellis decurrentibus albidis, stipite farcto basi incrassato villoso.

A. infundibuliformis. *Schæff. t.* 212. *Bull. t.* 286, (albus). 553. A. flacc. *Sow. t.* 185. *Swartz l. c.* 1808. *p.* 242.

β. A. membran. *Fl. Dan. t.* 1012. *seq. sim.*

Pulchra species, media inter A. gilvum et gibbum, ab illo pileo tenuiori, flaccido, tenaci præcipue distinguendus. Color variat candidus, pallescens, ferrugineus, eleganter incarnatus etc. De syn. Schum. vide supr. *In pinetis, fagetis &c. vulgaris. Sept. Oct.* (v. v.)

4. *A. gibbus*, pileo umbonato glabro, demum infundibuliformi, lamellis decurrentibus candi-

dis, stipite farcto elastico sursum attenuato. *Pers. Syn. p* 449. *Swartz l. c.* 1809. *p.* 93.

Stipes vix bulbosus, 1 ½ — 2 unc. longus, tenax, basi albo-lanatus. Pileus minus flaccidus, pallidus, 1-2 unc. latus, margine subinvoluto. Lam. albæ. Odor gratus. Formæ sunt: pileo alutaceo, stramineo, incarnato, albo!, fuligineo (A. S. p 217) etc. *In campis & silvis muscosis &c. vulgaris. Jun.-Oct.* (v. v.)

β. major, pileo firmo planiusculo late et obtuse umbonato.

A. geotropus. *Bull. t.* 573. *f.* 2.

Formam candidam Bulliardi, a Decand fr. 2. p. 172 descriptam, hactenus non reperimus; sed pileo incarnato et alutaceo-pallescente in silva Alnarpensi Scaniæ. Stipes subæqualis, fibrillosus, 3 unc. longus, 1 unc. crassus, vere solidus. Pileus 3-4 unc. latus. *In nemoribus frondosis graminosis. Oct.* (v. v.)

5. *A. cervinus*, pileo infundibuliformi obliquo obtuso lævi cervino, lamellis decurrentibus albis, stipite farcto basi tuberoso tomentoso.

Hoffm. Nomencl. p. 119. *t.* 2. *f.* 2. *Pers. Syn. p.* 451. *Nees Syst. f.* 174. Aman. *Hall. helv.* 2359.

Stipes 3 unc. fere longus, 4 lin. crassus, basi tuberosa excepta æqualis. Pileus 1 unc. latus, oblique reflexus, cum stipite evidenter contiguus. Lam. 1 ½ lin. latæ, apice pileo subconcolores. *In silvaticis montosis, sero autumno.* (v. ic.)

6. *A. squamulosus*, pileo furfuraceo-squamuloso obtuso sordide alutaceo, dein infundibuliformi, lamellis decurrentibus albis, stipite farcto subbulboso. *Pers. Syn. p.* 449. *Fries Obs.* 2. *p.* 199. *c. varr.*

Antecedentibus cognatus. Stipes tenax, elasticus, 1 ½ unc. longus. Pileus obtusus, subflaccidus,

1 — 1 ½ unc. latus. Species æstivalis, post primas pluvias redux. Var. *rufo-cinnamomea* A. S. p. 217 sequenti affinior. *In pinetis montosis, frequens. Jun.-Aug.* (v. v.)

*** 7. *A. sinopicus*, pileo tenui umbilicato lævi subcinnabarrino, lamellis decurrentibus candidis, stipite farcto æquali. *Fr. l. c. p.* 197.

b. multo major, pileo rimoso-squamuloso.

Stipes 1 unc. longus, 1-2 lin. crassus, pileo concolor. Pileus leviter carnosus, expallens, 1 — 1 ½ unc. b. vero 3 unc. latus. — Huic affinis, sed adhuc tenuior, pileo flexuoso pallido *A. turfosus* Sow t. 210. *In humidis. b. silvaticis deustis. Majo, Jun.* (v. v.)

8. *A. diatretus*, pileo planiusculo subumbilicato lævi subincarnato, sicco albido, lamellis decurrentibus stipiteque farcto æquali candidis. *Fr. l. c. p.* 200.

Ambigit inter hanc sequentem sectionem, pileus enim sæpe convexo-planus et lamellæ insuper minus decurrentes. Stipes 1-2 unc. longus, 1-2 lin. crassus, tenax. Pileus non l. profunde umbilicatus, 1 unc. fere latus. *In silvis muscosis, passim. Sept.-Nov.* (v. v.)

9. *A. phyllophilus*, gregarius, albus, pileo lævi umbilicato demum infundibuliformi, lamellis subdecurrentibus, stipite cavo, basi incurvo villoso. *Pers. Syn. p.* 457. *Fries Obs. 1. p.* 78.

Plerumque odorus, subcæspitosus. Stipes lævis, 2-3 unc. longus, basi oblique radicatus. Pileus leviter carnosus, 2-3 unc. latus, junior planiusculus; etiam repandus. Lam. plus minus confertæ. Huc *A. subulatus* et *A. hydrogrammus* Schum. p. 266, 300 *Inter folia decidua, præcipue faginea, frequens; item in pinetis. Aug.-Oct.* (v. v.)

**** 10. *A. melizeus*, pileo subdepresso lævi albo, lamellis decurrentibus distantibus luteis, stipite solido crassiusculo albo.

Am. *Hall. n.* 2416. — *Fries Obs. 2. p.* 201.

Lamellis magis distantibus a reliquis speciebus recedit. Pileus vere carnosus, 2 unc. fere latus. Stipes 1 unc. longus — Ag. Bulliardi (*molem*) inter Omphalias retineo. *In silva abiegna muscosa, mihi semel. Sept.* (v. v.)

11. *A. splendens*, pileo plano-depresso glabro crustallino splendente, lamellis decurrentibus albis, stipite solido deorsum villoso. *Pers. Syn. p.* 452.

Stipes sublongus, flexuosus, elasticus, ex albicante pileo subconcolor. Pileus carnosus, 2-3 unc., splendore cerineo opaco. Lam. tenues, congestæ. Sapor non ingratus. *In fagetis, varius.*

12. *A. Cardarella*, pileo convexo subdepresso lævi atro-rufo, lamellis decurrentibus stipiteque solido obeso candidis. *Batt. p.* 38. *t.* 16. *G.*

Esculentus, Arimini "Cardarella nostrana" dicitur. Stipes uncialis, 5 lin. crassus, lævis. Pileus leviter depressus, 2 unc. et ultra, sublucidus. Lam. confertæ, latiusculæ. *In pascuis ad litus maris Adriatici. Autumno.* (v. ic.)

†† GENUINI (13-24.) Pileus compacte carnosus, convexus, dein explanatus. Lamellæ vere decurrentes. Stipes validus. *Esculenti.*

* 13. *A. Marzuolus*, compactus, obesus, pileo planiusculo lævi cinereo, margine repando, lamellis decurrentibus stipiteque crassissimo albis. *Mich. N. Gen. p.* 154. *t.* 74. *f.* 9.

Habitus admodum singularis. Stipes ultra unciam crassus et longus. Pileus vix nisi stipes apice dilatatus, disco, ut videtur, depressus, 2 unc. latus. Esculentus. *In alpibus Italiæ, sub nive latens & vigens, Martio.* (v. ic.)

14. *A. Eryngii*, pileo subirregulari convexo-plano e griseo-rufescente, lamellis decurrentibus stipiteque solido obeso albis.

Fung. - - ex Acarna. *Column. Part. I.* 29? Fungi Eryngii. *Magn. Bot.* 103. *Gar. Aix.* 196. *Mapp. Als. p.* 118. — *Mich. t.* 73. *f.* 2. A. Eryngii. *Dec. fr.* 6. *p.* 47. (Oreille de chardon. *Paullet Ch.* 2. *p.* 135).

Species non minus memorabilis; esculenta. *Pers. Ch. comest.* Stipes sæpe etiam excentricus, æqualis (ex ic. Mich. deorsum attenuatus, 1 ½ unc. fere longus) Pileus subirregularis, margine involutus. 3 unc. usque, etiam depressus. *In radicibus emortuis Eryngii. Oct.* (v. ic.)

15. *A. auricula*, pileo convexo lævi griseo, margine subinvoluto, lamellis decurrentibus candidis stipite solido brevi æquali.

Am. auric. *Dub. Fl. Orl. p.* 168. Ag. *Dec. fr.* 6. *p.* 48.

Antecedentibus, ut videtur, cognatus. Esculentus, boni saporis; nomine "Oreilette" notus. Stipes albidus. Pileus raro exacte rotundatus, colore plus minus intenso. *Frequens in graminosis circa Orleans, autumno.*

** 16. *A. piniarius*, pileo hemisphærico lævi brunneo, margine violaceo, lamellis decurrentibus pallidis, stipite solido æquali. *Bosc. in Mag. Naturf. Berl.* 1811. *p.* 84. *t.* 4 *f.* 3.

Solitarius, diu persistens. Stipes validus, 1 ½ unc. longus, 4 lin. crassus, glaber. Pileus vix uncialis. Lamellæ utrinque valde acutæ, subæquales. *In pinetis Carolinæ.* (v. ic.)

17. *A. coffeatus*, pileo planiusculo lævi fusco-cervino, lamellis decurrentibus confertis stipiteque farcto elongato albidis.

Specimina 2-3 subinde juncta. Stipes 3 unc. longus, 4 lin. crassus, lævis, glaber, sordide albidus. Pileus 2 unc. latus, politus, margine juniori inveluto. Lam. arcuatæ, medio 1 lin. latæ. Sapor non distinctus. *Locis subhumidis in pinetis Sueciæ, raro. Sept.* (v. v.)

18. *A. comitialis*, pileo convexo-plano lævi stipiteque farcto conico fuligineis, lamellis decurrentibus confertis niveis. *Pers. Syn. p.* 352.

Solitarius l. circinnatus. Stipes 2-3 unc. longus, elasticus, glaber. Pileus 2 unc. latus, glaber, nigrescens l. lividus. Lam planæ, angustæ. *In montosis subuliginosis, raro. Oct.* (v. v.)

*** 19. *A. clavipes*, pileo planiusculo lævi fuligineo-livido, margine subalbicante, lamellis decurrentibus subdistantibus albis, stipite solido molli conico. *Pers. Syn. p.* 353. *A. S. p.* 177.

Cum sequente specie, rariori, sæpius commutatur. Substantia mollis. Odor sat gratus. Stipes 1 ½ — 2 unc. longus, 3 lin. apice, basi ½ unc. et ultra crassus, subfibrillosus, fuligineo-lividus. Pileus obconicus, rarius infundibuliformis, 1 ½ unc. latus. Lam. longe decurrentes, non distantes ut in A. pratensi; variant flavæ. In pinetis fagetis albique *inter gramina & muscos Germaniæ, Suecia vulgaris. Aug.-Oct.* (v. v.)

20. *A. nebularis*, pileo compacto lævi cinerascente, lamellis leviter decurrentibus confertis albidis, stipite farcto sursum attenuato.

a. pileolarius. *Bull. t.* 400. *Dec. fr.* 2. *p.* 173. A. mollis. *Bolt. t.* 40. A caseus. *With.* 4. *p.* 158. A. nebul. *Batsch. Cont.* 2. *f.* 193. (justo minor) *Pers. Syn. p.* 349.

b. lam. crispis. *Hall. helv. n.* 2358.

Gregarius, leviter odorus. Stipes obclavatus, fibrillosus, 3 unc. et ultra longus, superne ½, basi villosa 1 unc. crassus, demum etiam cavus. (*A. cellulosus* Schum. p. 290.) Pileus pulvinatus, 2-3 unc. latus, junior obtusus fuligineo-cinereus, dein expansus umbonatus livido-cinereus. Lam. tenues, pallescenti-albæ. Nostrates pro A. gilvi varietate habent. Infausta ave ad Pratellas Martius. Edulis Pers. Ch. Com. *In pinetis, ericetis muscosis alibique, passim. Sept. Oct.* (v. v.)

21. *A. Schumacheri*, pileo convexo-explanato obtuso subfusco, margine albicante, lamellis decurrentibus confertis albis, stipite farcto striato, basi incrassato.

A. pullus. *Pers. Syn. l. c.* (nomen incongruum). *A. S. p.* 176. A. fagin. *Schum. Sæll. p.* 330. Ag. Schum. *Fries Obs.* 2. *p.* 109.

Nimis antecedenti affinis, forte e loco differentia. In cibariis præstat. Stipes 3-4 unc. longus, subinde squamulosus, albo-cinerascens. Pileus 3-6 unc. latus, dein plano-disciformis; senescens byssos alit; margine etiam undulatus *In silvis frondosis, apprime fagetis, non rarus. Oct. Nov.* (v. v.)

**** 22. *A. luscinus*, minor, pileo convexo lævi livido, lamellis leviter decurrentibus pallidis, stipite solido farinoso albo.

A. nimbatus. *Batsch. Cont.* 1. *f.* 65. A. luscin. *Fries l. c. p.* 108.

Stipes 2 unc. longus, 3 lin. crassus, subincurvus, basi non incrassatus. Pileus obtusus, 1-2 unc. latus *In pascuis montosis. Legi in Hallandia. Oct.* (v. v.)

23. *A. rivulosus*, compactus, pileo convexo-plano ex albido subrufescente, demum rimoso-rivuloso, lamellis leviter decurrentibus confertis stipiteque subtomentoso albidis. *Pers. Syn. p.* 369.

Sapor et odor non ingratus. Stipes strictus, 1 unc. longus, 3 lin. crassus, basi villosus. Pileus glaber, 1 unc. latus et ultra. Lam. 1 ½ lin latæ, pallescentes. *In pinetis hercynicis prope Clausthal.*

24. *A. amarus*, compactus, candidus, pileo planiusculo rimoso-rivuloso, disco rufo, lamellis leviter decurrentibus, stipite solido subtomentoso.

Est *A. rivulosus* β. A. S. p. 185. Sapor valde amarus, æstuans, quod in hac tribu rarissimum. Stipes æqualis, 1-2 unc. longus, 3-4 lin. crassus,

strictus. Pileus junior convexus, obtusus, 2-3 unc. fere latus, squamulosus. Lam. plano-decurrentes, valde confertæ et angustæ. *In dumetis mixtis Lusatiæ. Sept. Oct.; in Smolandia semel, exeunte vere.* (v. v.)

Ultimæ tres species rèliquis minores, stipite subvestito distinctæ, pileo tenuiori et lamellis levius decurrentibus ad seq. sectionem transeunt.

††† COLLYBARII. (25-42). Pileus vere, sed non compacte carnosus, planiusculus, l. leviter depressus, non expallens Lamellæ adnatæ, nec proprie decurrentes. Stipes tenuior, in pileum minus diffusus. *In cibariis vix recepti.*

Præter aliis notis dignoscuntur 25-28 pileo cinereo l. fusco; 29-32 flavo l. virescente; 33-38 colore albo. Magis differunt reliquisque majores 39-42, colore mutabili.

* 25. *A. bufonius*, pileo obsolete umbonato rugoso stipiteque longo subtomentoso umbrinis subnigrescentibus, lamellis alutaceo-pallidis. *Pers. Syn. p.* 359.

Stipes 3 unc. longus, 2 lin. crassus, basi albidus. Pileus 1 unc. latus Lam subdecurrentes, nitente-pallidæ. *Inter Andreasberg & Oderbrück in Hercynia.* Pers.

26. *A. curtipes*, pileo obtuso lævi griseo, lamellis adnatis confertis albis, stipite solido brevi extus intusque fusco.

Primo obtutu A. brevipedem. Bull. (*vid. p.* 53) revocat, sed tenuior et lamellæ, quæ latiusculæ, ob formam pilei planam l subdepressam subdecurrentes. Stipes vix uncialis, 2-3 lin. crassus, rigidus, fragilis, testaceo-fuscescens, subinde fibrillosus Pileus 2-3 unc latus. *In Scania campestri, locis graminosis. Oct. Nov.* (v. v.)

27. *A. fumosus*, pileo glabro fuligineo-livido, lamellis adnatis confertis, stipiteque farcto læ-

vi sordide albis. *Pers. Syn. p.* 348. *Fries Obs. 2. p.* 102.

Plerumque gregarius; substantia subcartilaginea, rigida. Stipes 2-3 unc. longus, 2-3 lin. et ultra crassus, glaber, apice plerumque albo-pruinatus. Pileus planiusculus, etiam difformis, 1-3 unc; junior fuligineo-nigricans, dein cinereo-lividus. Lam. varie adnatæ. Occurrit pileo rimoso-squamuloso — irregulari excentrico, stipite brevi, lamellis obscurioribus. *In pinetis, betuletis similibusque, locis asperis, Aug.-Oct.* (v. v.)

β. *A. polius*, densissime cæspitosus, pileo griseo, lamellis stipitibusque inæqualibus albidis. *Fries Obs.* 1, *p.* 19.

Stipites (40-50) in corpus carnosum basi connati, flexuosi, glabri. Pilei $\frac{1}{4}$ — 2 unc., convexo-plani. Mirabilis antec. monstrositas. *In pinetis & fagetis, passim. Aug.-Oct.* (v. v.)

28. *A. obolus*, pileo lævi livido, lamellis adnatis confertis stipiteque fistuloso æquali striato dilutioribus.

Subgregarius. Stipes 2—2 $\frac{1}{2}$ unc. longus, 2 lin. crassus, glaber, lividus. Pileus regularis; convexo-planus, non depressus, obtusus, 1 $\frac{1}{2}$ unc. latus. Lam. planæ, albo-lividæ, distinctæ. *In pinetis ericetosis, raro. Sept. Oct.* (v. v.)

** 29. *A. cerinus*, flavo-cerinus, pileo lævi opaco, lamellis adnatis confertis stipiteque farcto brevi substriato flavidioribus. *Pers. Syn. p.* 321.

Gregarius. Stipes uncialis, 2 lin. et ultra crassus; nunc æqualis, unicolor; nunc deorsum attenuatus nigrescens, firmus. Pileus plano-convexus, obtusus, sæpe depressus, non politus, 1 - 1 $\frac{1}{2}$ unc. latus; variat fuscescens. Caro et sporidia alba. Lam. 1 lin. latæ, planæ. *In pinetis montosis, rarior. Aug.-Oct.* (v. v.)

β. *vernicosus*, pileo plano-depresso splendente, lam. subdistantibus stipiteque farcto aquali dilute flavis. *A. S. p.* 169. (splendens). *In abiegnis muscosis Lusatiæ. Sept. — Dist. species?*

30. *A. subalutaceus*, pileo lævi pallescente, lamellis adnatis subdistantibus albidis, stipite farcto elastico pallido. *Batsch. f.* 194. *Fries Obs.* 2. *p.* 138.

Stipes uncialis et ultra, 2-3 lin. crassus, lævis, glaber. Pileus planiusculus, variat depressus et umbonatus, 1-2 unc. latus Variat odore aniseo. *In nemorosis, rarior. Aug. Sept.* (v. v.)

31. *A. viridis*, pileo glabro viridi, lamellis adnatis angustis stipiteque solido glabro albis.

Sterb. t. 5 *D.* A. virens. *Scop. Carn. p.* 437 (bene quadrat; Decand. sub A. palomet.) A. cœruleus. *Bolt. t.* 12! A. viridis. *With. arr.* 4. *p.* 198. *Pers. Syn. p.* 324.

Species minus nota; saltim cum Russulis viridibus et A. æruginoso (Huds. Curt. etc.) frequenter confusa. Stipes 2-3 unc. longus, 2-3 lin. crassus, albus. Pileus carnosus, obtusus, convexus, rugosus, 2-3 lin. latus. *In silvis Angliæ &c. rarior. Aug. sq.* (v. ic.)

32. *A. odorus*, fragrans, ex albo sordide virens, pileo lævi, lamellis decurrenti-adnatis subconfertis, stipite farcto inæquali glabro.

a. pileo viridi, lamellis albidis. *Bull. t.* 176, 556. *f.* 3. *Humb. Frib. p.* 86. *Sowerb. t.* 42. *Pers. Syn. p.* 323. *Dec. fr.* 2. *p.* 175. *Flor. Dan. t.* 1611. A. ærugineus. *Schum. Sæll. p.* 298.

b. totus glauco-ærugineus. A. anisatus. *Pers. Obs.* 1. *p.* 44. *Schum. l. c. p.* 335. *A. S. p.* 170.

c. pileo albo, lamellis viridibus. A. fragrans. var. *Fries Obs.* 1. *p.* 76.

Odor aniseus speciei criterium, qui cum A. svaveolente et fragrante summam indicat affinitatem,

Color variat, subinde totus cinereus. Statura admodum mutabilis, stipes nunc longus tenuis flexuosus, nunc brevis tuberosus difformis; pileus (planiusculus) depressus l. umbonatus, regularis l. repandus, 1-3 unc. latus, plus minus carnosus. Lamellæ strictæ, proprio habitu distinctæ. Edulis. *Pers. Ch. com.* Swartzius l. c 1808. p. 84 in hoc describendo specimen A. aruginosi ante oculos habuit; inde "pileus coerulescens viscosus, lamellæ violaceo-fuscescentes" etc. *In silvis frondosis densis, frequens. Aug.-Nov.* (v. v.)

*** 33. *A. suaveolens* Schum., fragrans, albus, pileo convexo lævi, lamellis leviter decurrentibus confertis, stipite subfarcto, basi incrassato villoso.

Descriptio Schumacheri (*Sæll. p.* 337.) ad nostrum fungum non omnino adæquata. A priori, nisi A. fragrantem, cui affinior, etiam conjunxissem, distinguere coactus fui. Odore et sapore gratus. Color, etiam humidi fungi, albus. Pileus carnosus, raro depressus, nec vere umbilicatus, neque flaccidus. Stipes dein cavus, 1 — 1 ½ unc. longus. 3 lin. et ultra crassus. *Inter muscos, passim. Aug.-Oct.* (v. v.)

34. *A. tornatus*, inodorus, albus, pileo regulari lævi, lamellis decurrenti-adnatis minus confertis, stipite farcto æquali glabro.

Proximus et lamellarum habitu A. odoro simillimus, regularite et odoris defectu notus. Ab A. albo (p. 53) differt statura minori, lamellarum forma pileique margine. Pileus planus, uncialis et ultra. *In silvis, solo humoso. Sept.-Nov.* (v. v.)

35. *A. candicans*, minor, albo-nitens, pileo lævi convexo, dein umbilicato, lamellis adnatis, dein decurrentibus, stipite fistuloso lævi.

A. umbilicatus. *Bull. t.* 411. *f.* 2. *Dec. fr.* 2. *p.* 167. A cyathif. *Lumn. Pos. p.* 509. A. candic. *Pers. Syn. p.* 456. *A. S. p.* 219, *Fries Obs.* 1, *p.* 77. *Bolt. t.* 17.

Stipes subæqualis, basi incurvus radicatus villosus, de cetero glaber, 1-2 unc. longus, 1-2 lin. crassus. Pileus leviter carnosus, tenax, vix uncialis, margine regulariter deflexus, raro subdifformis. Lamellæ subconfertæ. Formæ aberrantes non paucæ. *Inter folia decidua Quercus, Betulæ, Fagi &c. ubique. Aug.-Nov.* (v. v.)

36. *A. olorinus*, candidus, pileo convexo lævi, lamellis decurrenti-adnatis, stipite cavo squamuloso, basi tomentoso. *Fries Obs. 2. p. 143.*

Priori affinis. Stipes 2-3 unc. longus, 2 lin. crassus, albo-pulverulentus, basi tomento gyssopino. Pileus uncialis, siccus, sat carnosus, hinc lamellæ arcuatæ. *Inter folia decidua. Sept. Oct.* (v. v.)

37. *A. dealbatus*, inodorus, albidus, pileo subinæquali tenui lævi, lamellis adnatis confertis, stipite farcto æquali glabro.

Subgregarius, vulgatissimus, polymorphus. Stipes tenuis, lævis, tenax, brevis. Pileus leviter carnosus planiusculus, sæpe depressus, 1-2 unc. latus. Lam. angustæ. Variat colore fuscescente, incarnato etc *In pratis, versuris, arvis, juxta vias ubique. Aug.-Nov.* (v. v.)

β. *aggeralis*, pileo subexcentrico!, stipite elongato tenui pallido. *In aggeribus humosis circa Lundam, vulgaris.* (v. v.)

γ. pileo repando lobatoque, stipite brevi. A. dealbatus. *Sow. t. 123. Swartz. l. c. 1808. p. 247.*

Plures ut reticeam formas; forte huc *A. agrestis* With. 4. p. 162. *A. michelianus.* Fries Obs. 2. p. 146. Mich. t. 74. f. 3.

38. *A. cerussatus*, inodorus, albus, pileo carnoso lævi, lamellis adnatis confertis, stipite solido lævi basi tomentoso.

Sæpe gregarius. Stipes basi subincrassatus, sæpe radiculis fibrillosis, ut in *A. polyrrhizo* (dubio)

Otto, 2-3 unc. longus. Pileus convexulus, mox planus, obtusus, 2-3 unc. latus, subnitens. Lamellæ parum decurrunt. *In silvis umbrosis, præsertim acerosis, inter muscos. Sept.-Nov.* (v. v.)

β. *difformis*, pileo repando lobatove etc. A. difform. *Schum. Sæll. p.* 335. Ex habitu huc retuli.

**** 39. *A. grammopodius*, major, pileo obsolete umbonato lævi, lamellis adnatis confertis albis, stipite solido sulcato glabro. *Dec. fr.* 2. *p.* 178.

a. albus. *Bull. t.* 548. *f. A.*, 585. *f.* 1. (A. graveolens. *With. Sow. t.* 281 ex syn. - non vidi icon.)

b. pileo rufescente. *Bull. t.* 548. *f. B. C.*

c. pileo livido, pallido.

Major, sed lamellæ non decurrentes, insuper angustæ, subinde divisæ. Pileus carnosus, margine tenuis, 3-5 unc. latus, subfragilis, e campanulato-convexus, dein planiusculus, etiam depressus et repandus. Stipes 3 unc. circiter longus, $\frac{1}{2}$ unc. crassus, firmus, colore pilei, basi incrassatus villosus *In nemoribus graminosis. a. b. Galliæ.* (v. ic.) *c. Scaniæ. Oct.* (v. v.)

40. *A. millus*, pileo subumbonato lævi fuscescente, lamellis adfixis, apice postico soluto recurvato, stipite solido æquali strigoso. *Sow. t.* 184.

Species paradoxa. Stipes 2-3 unc. longus, digiti crassit., fuscus, radice reticulata. Pileus carnosus, junior convexus, dein planiusculus, demum depressus et repandus, 2 unc. latus, glaber, pallide lurido-fuscus. Nomen ob lamellas recurvatas, collarium spinulosum referentes, optimum. *In Anglia. Jan.* (v. ic.)

41. *A. inornatus*, pileo obtuso lævi subrepando virente-livido, lamellis adnatis, stipite solido lævi glabro. *Sow. t.* 342.

Pulcher. Stipes 2 unc. longus, $\frac{1}{2}$ unc. crassus et ultra, basi incrassatus, pallescens. Pileus car-

nosus, planiusculus, dein depressus, 3 unc. latus. Lamellæ subconcolores, juniores planæ adnat., dein decurrentes. *Ad terram in Anglia.* (v. ic.)

42. *A. fimbriatus*, sordide albidus, pileo demum infundibuliformi lævi, margine sinuato lobatoque, lamellis adnatis tenerrimis, stipite farcto brevi.

Auricula leporis alba. *Sterb. t.* 15. *B. B.* Am. *Hall. helv.* 2340. A. fimbriat. *Bolt. t.* 61. *Pers. Syn. p.* 466. *Fries Obs. 2. p.* 204. A. infundibulif. *Liljebl. Sv. Fl. 2. p.* 447. A. lobat. *Swartz l. c.* 1808. *p.* 241. *c. sq. var.*

Gregarius, immo cæspitosus, difformis; nulla tamen monstrosa progenies. Stipes vix uncialis, glaber. Pileus leviter carnosus, junior plano-convexus, sæpe excentricus, 3 unc. latus; expallens ut Omph. Collybariæ. Lamellæ confertissimæ, perangustæ, sæpe furcatæ. *Ad terram; in ligno e carie madido, rarior. Aug. Sept.* (v. v.)

In individuis infundibuliformibus lamellæ neque decurrentes (ut etiam sapor mitis), hinc non *Ag. c. Gled. p.* 99; neque secedenti-liberæ, ut in *Buxb. Cent. IV. t.* 32.

β. *A. lobatus*, pileo tenui spadiceo, lamellis fuscescentibus, stipite farcto sursum incrassato. *Sow. t.* 106. *Pers. Syn. p.* 450.

Simillimus priori; in fallor, mera varietas. Colore præcipue distat. Stipes 2 unc. longus, 3-4 lin. crassus, glaber. Lam. "decurrentes." Swartz. *Circa radices arborum Angliæ; prope Stockholm, raro. Initio autumni.* (v. ic.)

†††† HETEROCLITI. Cæspitosi, varii. *Alii lignatiles; alii terrestres.* (A. fumosus β.; etiam A. phyllophilus etc.)

* *lamellis adnatis.*

43. *A. lignatilis*, cæspitosus, pileo irregulari subexcentrico villosulo albido, lamellis adnatis confertis candidis, stipite farcto flexuoso basi villoso.

Irregularis. Stipes varie tortus, 2 unc. longus, 1 $\frac{1}{2}$ — 3 lin. crassus; variat glabriusculus et sursum pruinatus, etiam striatulus. Pileus planiusculus, etiam convexus et umbilicatus, 1-2 unc. latus. Caro alba tenax, haud crassa. Lam. angustæ. Odor farinæ recentis. Huc certe *A. cretaceus*, β. Fries. Obs. 1. p. 13; etiam *A. lignatilis* Pers. Syn. p. 368, sed descr. erronea. In cryptis fla elliformis, pileo obliterato, villosus evadit. *In ligno putrido Fagi &c. frequens. Aug.-Dec.* (v. v.)

β. *A. lachnopus*, irregularis, pileo repando subnudo cinereo, lamellis subvenosis confertis candidis, stipite farcto villoso. *Fries Obs.* 1. *p.* 18.

Priori et A. fimbriato affinis. Substantia tenax. Stipes brevis subcavus. Lam. sæpe furcatæ. *Locis similibus, sed valde umbrosis. Oct.* (v. v.)

44. *A. cretaceus*, cæspitosus, albus. pileo convexo plano, lamellis adnatis subconfertis, stipite solido inæquali subtomentoso. *Pers. Syn. p.* 369.

Stipes 2-3 unc. longus, subcompressus, præsertim basi curvatus et 5-8 specimina connata. Pileus carnosus, 1 $\frac{1}{2}$ unc. latus. Lam. tenues, angustæ, aquosæ. *In pinetis montosis varius. Sept.*

45. *A. ramosus*, cæspitosus, albus, pileo convexo æquali glabro, lamellis adnatis angustis, stipitibus solidis glabris.

A. ram. *Bull. t.* 102. *Dec. fr.* 2. *p.* 178. Am. ram. *Lam. Enc.* 1. *p.* 108.

E tuberculo radicali connato stipites numerosi, æquales l. sursum leviter attenuati, longi, in carnem pilei diffusi protrudunt. Pileus junior hemisphæricus, 2 unc. latus, siccus. Caro tenax, nec crassa. *Ad truncos vetustos, autumno.* (v. ic.)

46. *A. amplus*, cæspitosus, pileo convexo glabro nigrescente-fuligineo, lamellis adnatis confertis aquoso-cinereis, stipite amplo glabro albo. *Pers. Syn. p.* 360.

Stipes 6 unc. longus, 1 unc. crassus, basi subtomentosus. Pileus subcarnosus, 4-6 unc. latus. Lam. subdecurrentes, serrulatæ, 3 lin. latæ. Ab A. fumoso amplitudine tantum recedit. *In pinetis, rarius.*

** *lamellis decurrentibus.*

47. *A. adhærens*, cæspitosus, adglutinans, pileo inæquali lacunuloso sordide pallente, lamellis tenuissimis lineatim longe decurrentibus albis, stipite cavo subradicato. *A. S. p.* 187.

Analogus A. lignatili; sed non affinis. Totus fungus paene siccus, et glutine tamen quodam parco tenace persistente obductus, nonnumquam veluti pulverulentus. Substantia mollis, lenta; gustata insipida, sed paulo post vehementer adstringit; inodora. Stipes firmus, mediocris, pileo concolor. Pileus $\frac{3}{4}$ — 1 $\frac{1}{2}$ unc. latus, primo convexus subumbonatus, dein subdepressus, interdum subinfundibuliformis. *Ad truncos putridos abiegnos. Lusatiæ, Sept. in Apr. usque superstes.*

β. A. adhæsivus, pileo plano discoideo viscoso, lamellis decurrentibus stipiteque solido attenuato albis. *With. arr.* 4. *p.* 160.

Pileus 1 $\frac{1}{2}$ — 2 $\frac{1}{2}$ unc., fuscescenti-albidus. Stipes 3 unc. longus, $\frac{1}{2}$ unc. crassus. *In Angliæ plantariis. Sept.*

48. *A. œdematopus*, subcæspitosus, pileo conico pulverulento rufo, lamellis decurrentibus stipiteque solido ventricoso pulverulento rufescentibus.

A. œdem. *Schæff.* t. 259. *Sibth. ox.* 350. Am. œdematosa. *Lam. l. c. p.* 108. A. fusiform. *Bull.* t. 76. *Dec. fr.* 2. *p.* 177. (lam. adnat.)

Ab A. fusipede longe differre videtur. Stipes 2 unc. longus, $\frac{1}{2}$ unc. crassus. Pileus ultra uncialis. Forsan typus novæ tribus, cui etiam accedunt *A. elasticus* W. et Batt. t. IX. C.; XX. B. *In silvis, vere & autumno.* (v. ic.)

β. pileis exiguis rufis convexis, lamellis angustis stipiteque albis.

Batt. t. IX. f. F. **A. coralloid.** *Scop. Subt.* 35. *Dicks. Crypt. Brit.* 1. 16.

Status prioris, e loco, ut solet, mutatus. Stipes fere prioris, pluribus emarcidis cinctus. Pileus $\frac{1}{4}$ unc. latus. *In arboribus cavis.* (v. ic.)

49. *A. hebrepodius*, cæspitosus pileo umbilicato inæquali lævi griseo, lamellis longe decurrentibus stipiteque lanuginoso albis. *Mich. t. 79. f. 1.*

Magnus, 4 unc. altus. Stipites vage et irregulariter ramosi, $\frac{1}{2}$ unc. crassi, basi connati Pileus 1 $\frac{1}{2}$ unc. latus. Lam. longissime decurrentes. *In silvis Italiæ. Oct.* (v. ic.)

50. *A. connatus*, cæspitosus, albus, pileo umbonato inæquali subviscoso, lamellis decurrentibus, stipitibus cavis amplis tuberoso-conjunctis. *Schum. Sæll. p.* 300.

Magnus. Stipites sæpe flexuosi, sursum attenuati; 3-5 unc. longi, $\frac{3}{4}$ — 1 unc. et ultra crassi; tubere radicali magno crasso carnoso radicoso. Pileus primo conicus, 2 $\frac{1}{2}$ — 3 $\frac{1}{2}$ unc. latus, tuberculosus, margine repandus. *Ad fossam silvæ Sællandiæ, rarissime. Aug.* (v. ic.)

Exoptanda foret maxime specierum hujus subtribus reductio NB. justa; vereor tamen potius, ne et ipse in speciebus affinibus conjungendis justo rigidius progressus sim. Sectionum trium priorum affinitates et analogiæ clare patent. Ad Omphalias Collybarias, facile subjungendas, undique transeunt. Differentia suo loco indicabitur. Heterogenea magis sectio quarta, e qua primam modo reperi speciem; reliquis vero, mihi nondum obviis, locum adsignare non potui aptiorem.

Species inquirendæ:

1. **Fungus pratensis albus rugatus perniciosus,** *Sterb. t.* 16. *A.* (20. *A.*)

2. A. obesus. *With. arr.* 4. *p.* 137. Stipitis solidi obconici apice vix latior pileus albo-fuscescens. Lamellæ decurr., ramosæ, albæ.

3. A. opacus. *With.-Sow. t.* 142. A. cerussatus?

4. A. pistillaris. *With. l. c. p.* 157. Albidus. Pileus 1 $\frac{1}{4}$ unc. convexus. Lam. decurr. Stipes solidus, subconicus.

5. Omphalom. margine coccineo. *Batt. t.* 12. *F.*

6. Omph. nanus, albidus. *l. c. t.* 16. *f. F.* Habitus trivialis. (t. 12. E.; t. 19. M. forte Galorrhei, Russulæ &c.)

7. A. adscendens. *Schum. p.* 323. Subumbrinus.

8. A. neptuneus. Pallidus, ochraceo-rufescens. Pileus tripartitus. (v. v.) *Batsch. C.* 1. *f.* 1 8.

9. A. pulverulentus. *Scop. p.* 324. Ag. lignatili affinis, lam. decurrentibus.

10. *A. glandifer*, pileo campanulato umbonato cinereo-livido, lam. distantibus plano-decurrentibus candidis, stipite solido longo. *Pers. Syn. p.* 352.

Stipes 3 unc. longus, 3 lin. crassus, varie attenuatus. Lam. lineatim decurrunt, crassiusculæ. Pileus 1 $\frac{1}{2}$ unc. — *In pinetis Hercynicis.* Forte potius Camaroph. species.

Subtrib. 2. CAMAROPHYLLI.

CHAR. Stipes firmus, farctus, demum subcavus, deorsum subattenuatus. Pileus carnosus, rigidus, convexus, expansus, non viscosus l. expallens, margine juniori inflexo; variat umbonatus et depressus. Caro non succulenta. Lamellæ utrinque attenuatæ, longe decurrentes, fornicatæ, valde distantes, latæ, crassæ, integerrimæ, sæpe venoso-connexæ, *plerumque albæ.*

Obs. Fungi terrestres, solitarii, autumnales, mites, esculenti, majores l. mediæ magnitudinis. An cum Oesypiis conjungendi? Saltim *A. ovinus* potius huc pertineret, sed ex charactere ad illos referendus.

1. *A. camarophyllus*, pileo subcompacto virgato fulvo-glauco, lamellis decurrentibus albis glaucescentibus, stipite longo valido fibrilloso.

A. eam. *A. S. p.* 177. *Fries Obs.* 2. 107. **b.** A. elixus. *Sowerb. t.* 172. *Pers. Syn. p.* 460.

Esca Limacum. Stipes 3-4 unc. longus, subæqualis, ½ unc. crassus, cinerascens, intus albus. Pileus convexus, explanatus, fibrilloso-striatus, 3-6 unc. latus, demum fragilis, variat niger et coerulescens. *In pinetis montosis subudis, frequens. Aug.-Oct.* (v. v.)

1. b. *A. ovini* var. lamellis vere decurrentibus, pileo glabro — h. l.

2. *A. nemoreus*, pileo compacto glabro fulvo-rubescente, lamellis decurrentibus albis, stipite solido longo basi lanato. *Pers Syn p.* 305.

Sequenti affinis. Stipes 3-4 unc. longus, ½ unc. crassus, pallescens. Pileus 3 unc. fere latus, late umbonatus. Lam. 2-3 lin. latæ, minus distant. *In silvis umbrosis, raro.*

3. *A. pratensis*, firmus; pileo subcompacto convexo-expanso glabro, lamellis decurrentibus crassis, stipite farcto brevi, deorsum attenuato. *Fries Obs.* 2. *p.* 116.

a. totus fulvus, flavescens &c. *Sterb. t.* 20. *L. A. miniatus. Schæff. t.* 313. A. ficoid. *Bull. t.* 587. *f.* 1. A. fulvosus *Bolt. t.* 56. A. fulvus. *With. l. c. p.* 179. A. prat. *Pers. Syn. p.* 304.

b. pileo rufescente, lamellis albis. A. vitulinus. *Pers. p.* 305.

d. totus cinereus. A. cinereus. *l. c.*

e. totus albus, A. clavæformis. *Schæff. t.* 307. *With. p.* 176.

Stipes sursum demum cavus, 1 ½ unc. longus, pallescens. Pileus uncialis et ultra, compactus, sed margine tenuis, omnino siccus. Lamellæ alternantes, basi venis connexæ. *In versuris, pratis alibique, communis. Aug.-Nov.* (v. v.)

β. ericosus, pileo tenuiori, margine striato.

a. flavescens &c. A. turbinat. *Schum. p.* 317.

b. cœrulescens. A. Lacmus. *Schum. p.* 333.

c. cinereus. A. meisneriens. *Pers. Syn. p.* 304.

d. — albus. — ? A. ericetosus. *Bull. t.* 467. A. ericeus. *With. l. c. p.* 173. A. transformis. *Holmsk. II. t.* 35. A. subradiat. *Schum. p.* 267.

A priori differt ut Russula fragilis ab A. emetico. Cum A. sciophano non commutandus. Synonyma inter hunc album et sequ. vix certe distribui possunt. *In ericetis, passim. Sept. — Nov.* (v. v.)

4. *A. virgineus*, candidus, pileo tenui humido convexo, dein umbilicato, lamellis decurrentibus venoso-connexis distantibus, stipite fistuloso tenui, deorsum attenuato.

a. *Gled. p.* 119. *c.* A. niveus. *Scop. 2. p.* 430. *Schæff. t* 232. *With. l. c. p.* 235. A. ericeus. *Bull. t.* 188. *Schum l. c. p.* 266. A. virgineus. *Pers. Syn. p.* 456. *Dec. fr. 2. p.* 168.

b. A. virg. *Wulf. in. Jacq. Coll. 2. t.* 15. *f.* 1. (Stipes solidus æqualis, pileus siccus) *Sow. t.* 32. *Sw. l. c.* 1808. *p.* 246. — A. conoceph. *Schum. p.* 267. (stip. cavus).

Edulis, ut antecedens. *Pers. Ch. Comest.* Stipes 2 unc. circiter longus, 1-2 lin. crassus, glaber. Pileus fere membranaceus, disco interdum rimosus, uncialis fere, senescens Mucedinem umbrinam alit. E charactere pilei subviscosi ad Hygrocybos accedit, sed substantia rigidior firmior, nec succulenta etc. *In ericetis & pratis muscosis, ubique. Sept.-Nov.* (v. v.)

Latent, in fallor, plures species intermediæ (v. c. *Monomyces platyceph.* Batt. t. 19. H. *A. præaltus Fl. Dan. t.* 850?; ipse vero ob copiam, quasi arbores in silva densa, distinguere non valeo. Quibus determinatis specierum numero aucta erit subtribus naturalissima, sequ. licet contigua.

Subtr. 3. HYGROCYBI.

Hydroph. spec. *Batt. p.* 51. Ag. spec. XVII. *Gled. meth. p.* 109. A. dentatus. *Linn. Suec.* 1206. Decolores. *Scop. p.* 442. Am. viscida. *Lam. Enc. I. p.* 108. Nitentes. *Pers. Syn. p.* 334.

CHAR. Succulenti, subfragiles. Stipes cavus, glaber, a pileo sat discretus, raro æqualis. Pileus leviter carnosus, glaber, e campanulato l. convexo-expansus, sæpe etiam depressus, humidus viscosus diaphanus; siccus nitens, decolorans. Caro tenuis, aquosa. Lam. latæ, postice attenuatæ, dente terminatæ. *Color plerumque luteus, coccineus, livido-nitens &c.*

Obs. Fungi elegantes, medii, terrestres, solitarii, in pratis muscosis post pluvias intensiores præcipue (et hinc serotini plures) vigentes. Mites, sed in cibariis non recepti. Lam. nunc decurrentes, nunc liberæ, (quo in eadem tribu nil rarius), quod vero e pilei forma unice pendet. *(A. virgineus.)*

* 1. *A. irrigatus*, pileo campanulato lævi stipiteque æquali viscoso lividis, lamellis fornicatis distinctis albidis. *Pers. Syn. p.* 361.

A. virgineo proximus Stipes subtenax, teres, lævis, 2 unc. longus, 2-3 lin. crassus, "albidus" Pers. Pileus uncialis et ultra, expansus late umbonatus, glutine adhærens. Caro tenuissima. Lamellæ distantes, 1-2 lin. latæ, adnatæ, dente decurrentes. *In pinetis Germaniæ; Smolandiæ pratis. Sept.* (v. v.)

2. *A. unguinosus*, pileo campanulato-convexo obtuso lævi stipiteque inæquali glutinosis lividis, lamellis adnatis venoso-connexis albis.

Stipes cavus, basi apiceque subattenuatus, subinde flexuosus, 2 unc. longus, 3 lin. crassus. Pileus uncialis et ultra, glutine tenaci collinitus. Lam. distantes, latæ, ventricosæ. *In Scaniæ nemoribus graminosis humidis. Oct. Nov.* (v. v.)

3. *A. psittacinus*, e viridi lutescens, viscidus, pileo campanulato expanso, humido striato, lamellis adnatis subdistantibus, stipite æquali lævi.

Mich. p. 150. Hydroph. psittacoides. *Batt. t.* 21. *f. E.* A. chamæleo. *Bull. t.* 545. *f.* 1. *Dec. fr.* 2. *p.* 180. Am. *Hall. n.* 2453. A. psittacin. *Schæff. t.* 301. *Sowerb. t.* 82. *Pers. Syn. p.* 335.

b. compressus nigrescens. *Sw. l. c.* 1808. *p.* 85.

Colore virescente eminus dignoscitur, dein magis lutescit. Pileus subcarnosus, uncialis, subumbonatus, coloris intensitate varius. Lamellæ crassæ, medio latissimæ. *In pratis, versuris Sept.; frequentior Oct. Nov.* (v. v.)

** 4. *A. sciophanus*, subtestaceus, pileo convexo obtuso humido, margine striato, lamellis decurrentibus distantibus, stipite æquali lævi.

Affinis A. pratenti, medius inter psittacinum et lætum. Color non lætus, sordide fulvescens. Stipes cavus, 1 ½ unc. longus, 1-2 lin. crassus. Pileus leviter carnosus et viscosus, uncialis. *In graminosis. Oct. Nov.* (v. v.)

5. *A. lætus*, pileo convexo-plano lævi viscoso fulvo, lamellis decurrentibus distantibus incarnatis, stipite longo tenaci fulvo

Pers. Obs. 2. *p.* 48. *Syn. p.* 334. *Fries Obs.* 2. *p.* 140.

Stipes 3 unc. fere longus, tenuis, apice sæpe obscurior. Pileus leviter carnosus, ½ — 1 unc. latus, margine demum striato. Lamellæ subtenues, plerumque venoso-connexæ. *In pratis muscosis. Sept.-Nov.* (v. v.)

6. *A. ceraceus*, pileo convexo-plano viscoso substriato luteo, lamellis adnato-decurrentibus distantibus stipiteque subinæquali flavis.

J. Bauh. XL. c. 69. *Buxb. Cent. IV. t.* 28. *f.* 3. Am. *Hall. helv.* 2420. A. cerac. *Sowerb t.* 20. *Pers. Syn. p.* 337. formæ variæ. A. hypoxanth. *Otto p.* 87.

b. A. cer. *Wulf, in Jacq. Coll.* 2. t. 15. *f.* 2. *Swartz. l. c. p.* 87.

Gregarius, minus tenax. Stipes tenuis, varius, sæpe compressus. Pileus obtusus, nitens, ½ — 1 unc. et ultra. Lam. latæ, triquetræ, distinctæ plus minus decurrentes. b. colore sequentis, pileo sicco etc. recedit. *In pratis & pascuis, vulgaris. Aug.-Nov.* (v. v.)

*** 7. *A. chlorophanus,* pileo submembranaceo convexo striato viscoso stipiteque æquali lævi flavis, lamellis adnexis albidioribus.

Numquam viret l. nigrescit. Fragilis. Stipes 2-3 unc. longus, 2 lin. crassus, glaber, nitidus Pileus uncialis, demum planus subrimosus, variat lobatus. Lamellæ ventricosæ, distinctæ, subdistantes, flavidæ. *Inter muscos passim. Aug.-Oct.* (v. v.)

8. *A. conicus,* pileo conico acuto sublobato, lamellis adscendentibus confertis ventricosis attenuato-liberis, stipite cylindrico striato.

Tourn. J. R. H. t. 327. *f. A B. Vaill. p.* 67. *n.* 48, 49. Am. *Hall. helv. n.* 2421. A. dent. *Spec. Plant.* 2. *p.* 1641. *Lumn. Pos. p.* 516. A. conicus. *Schæff. t.* 2. *Pers. Syn. p.* 335. A. croceus. *Bull. t.* 50, 524. *f.* 3. *Dec. fr.* 2 *p.* 191. A. aurant. *Sow. t.* 381. *With. l. c. p.* 261.

a. citrinus, flavus, virescenti-flavus. *Fl. Dan. t.* 599. (mala). A. hyacinthus. *Batsch. f.* 28.

b. demum nigrescens. A. tristis. *Pers. Obs.* 2. *p.* 49.

c. pileo fuligineo. A. inamœnus. *Pers. Syn. l. c.*

d. pileo aurantio, coccineo. *Scop. p.* 443. A aurantius. *Lightf. Scot. p.* 1025. *Curt. Lond.* 2 *t.* 208. *Bolt. t.* 67. *f.* 2. (nitide, sed non accurate). A. aurantio-crocat. minor. *Schum. p.* 291. bene. *Fl. Dan. t.* 1009. *f.* 2. *dextr.*

Substantia aquosa. Stipes 2-4 unc. longus, 2 4 lin. crassus, sæpe tortilis. Pileus leviter carnosus, demum expansus acute umbonatus, difformis et sæpe lateraliter elongatus; humidus viscosus, margine

striatus. Lam. subconnexæ. Color variat; sed *fractus nigrescit!*, quod nulla in affini specie vidimus. Lam. albidæ, flavæ, fuligineæ; in d., qui a sequentibus certe distinctus, basi purpurascentes. Aliud singulare phænomenon, lamellas nempe lac sulphureum A. scrobiculati instar copiose fundentes, aliquoties observavimus. *In pratis elatioribus muscosis alibique, frequentissime. Mejo-Oct.* (v. v.)

9. *A. obrusseus*, aureo-luteus, pileo expanso lævi, sicco lucido flavo, lamellis adnatis ventricosis distantibus, stipite crasso compresso.

Hydrophorus lucide luteus. *Batt. p. 51. t. XIX. D.* Am. *Hall. helv.* 2423.

Elegans. Stipes inæqualis 2 unc. circiter longus, ½ unc. crassus, cavus, lævis, glaber. Pileus junior convexus, obtusus, fragilis, 2-4 unc. latus, sæpe inæqualis, lævis, humidus obsolete viscosus. Lam. crassæ, 3 lin. latæ, transversim venosæ. *In nemoribus graminosis. In Scania reperi. Oct. Nov.* (v. v.)

**** 10. *A. puniceus*, pileo campanulato obtuso lobato aurantio-coccineo, lamellis adfixis adscendentibus flavis, stipite crasso ventricoso, basi albo.

Sterb. t. 22. D. E. (non descr.) A. aurantius. *Auct. Vahl. N. H. S. Skr. 3. p 166.* Ag. *Fl. Dan. t. 833. f. 1.* (erronea.) A. rigidus. *Bolt. t. 43.* (male.) A. aurantio-crocatus. v. major. *Schum. Sæll. p. 291.* bene.

b. multo minor. A. coccineus. *Bull. t. 202. ad part. Dec. fr. 2. p. 186. aliorumque.*

Certe ab A. conico d. et A. coccineo diversus. Stipes junior farctus, dein cavus, 3 unc. longus, ½ — 1 unc. crassus, utrinque attenuatus, siccus, striatus, apice sæpe squamulosus, flavescens l. pileo concolor. Pileus primo campanulatus, dein explanato-convexus, late et obtuse umbonatus, 2-4 unc. latus, lævis, undulatus et lobatus, irregularis, humidus subviscosus sanguineus, dein siccus et præci-

pue disco expallens. Lam. ventricosæ, 2-4 lin. latæ, demum venoso-connexæ, totæ adnatæ, sed ob pilei formam liberæ apparent; variant albo-flavæ et basi purpurascentes. *Cum prioribus, vulgaris. Aug.-Oct.* (v. v.)

11. *A. coccineus*, pileo convexo expanso viscoso, demum depresso, lamellis adnatis dente decurrente connexis versicoloribus, stipite compresso coccineo.

Mich. gen. p. 150. Hydrophor. multicolor. *Batt. t. XIX. f. B.* A. miniatus. *Scop. p.* 442. Am. *Hall. helv.* 2421. *b.* A. kermesinus. *Fl. Dan. t.* 715. *Vahl. l. c.* 2. *p.* 186. A. scarlatinus. *Bull. t.* 570. *f.* 2. A. aurant. fig. cocc. *Sowerb. t.* 381. A. coccineus. *Pers Obs. myc.* 2. *p.* 49. *Syn.* 334. *Wulf. in Jacq. Coll.* 2. *p.* 106. *Schum. Sæll.* 2. *p.* 290. *Swartz l. c. p.* 85.

b. A. fulvus. *Pers. Obs.* 2. *p.* 50.

Magnitudine etiam maxime hic variat; plerumque Stipes 2 unc. circiter longus, 3-4 lin. crassus, cavus, striatus, sæpe undulatus, sursum dein coccineus, inferne semper flavescens. Pileus leviter carnosus, subinde umbonatus, primo viscosus læte coccineus, dein expallens siccus, uncialis et ultra. Lamellæ planæ, postice latæ, adultæ basi purpurascentes, medio flavæ, margine glaucescentes. *In pratis, collibus & silvis, frequens. Aug.-Oct.* (v. v.)

12. *A. miniatus*, pileo convexo sicco, demum umbilicato stipiteque subfarcto æquali tereti miniatis, lamellis adnatis distinctis lutescentibus.

Fungus parvus coccineus. *Vaill. p.* 66. A. flammeus. *Scop. Carn. p.* 443. A. glutinosus. Fl. Dan. *t.* 1009. *f.* 2. *sinistra.* (bene.) A. coccin. var. *Auct.*

Longe a priori, ceterum simillimo, distat. Stipes 2 unc. circiter longus, 1 lin. crassus, fragilis, lævis nitidus, apice demum cavus. Pileus obtusus, lævis, ½ — 1 unc., vix ultra, humidus quidem, sed non vere viscosus, expallens. Lamellæ non de-

currentes, neque venis connexæ, distantes, latæ, planæ, flavo-miniatæ, etiam luteæ. Sæpe odor adest ingratus. Medius inter A. coccin. et laccat., quorum affinitatem perspexit Bulliard. *In silvis locis graminosis; frequentior in paludosis apprime Oct. Nov.* (v. v.)

Species inquirendæ:

1. A. fastigiatus. *Schæff. t.* 26. Vix nisi A. conicus.
2. A. laceratus. *Bolt. t.* 68. *Pers. Syn. p.* 336. A. flavus. *With.* A. conici monstrositas stipite torto.
3. A. spadiceus. *Scop. p.* 443. Pil. convexus spadiceus l. pallide rufus. Lam. liberæ stipesqve citrinæ.

Subtrib. 4. OESYPII.

CHAR. Rigidi, exsucci. Stipes farctus l. cavus, pileo contiguus. Pileus plus minus carnosus, e campanulato l. convexo explanatus, demum depressus, opacus, siccus, epidermide *squamosa l. sericea.* Lamellæ latæ, integerrimæ, crassiusculæ, subdistantes, planæ, e sporidiis copiosis demum sæpe farinaceæ, in plurimis postice arcuato-decurrentes, aliis adnatæ dente decurrente etc. *Color sæpe lutescens &c. (A. atrovirens* forte.)

* 1. *A. turundus,* pileo subcarnoso depresso, mox luteo cinereo-squamuloso, lamellis decurrentibus distinctis flavo-albis, stipite fistuloso æquali fulvo. *Fries* 2. *p.* 199.

A. miniato proximus; differt stipite longiore, cavo, pileo vere squamuloso, lamellis decurrentibus omniumque partium colore. *In silvaticis inter frutices & gramina, jam prima æstate, item Sept. Oct.* (v. v.)

2. *A. laccatus,* gregarius, pileo subcarnoso tenaci squamuloso expallente, dein disco depresso, lamellis subdecurrentibus distinctis distantibus, stipite tenaci elongato.

Ag. laccat. *Scop.-Schæff. t.* 13. A. amethyst. *Bull, t.* 570. f. 1. Aman. carnea. *Lam. Enc. I. p.* 108.

a. pileo rufo l. carneo, sicco subochraceo. *Vaill. par. n.* 36. *p.* 66. *Batt. t.* 18. *G.* Am. *Hall. helv.* 2436, 2439. A. carneus, A. rubellus. *Schæff. t.* 303, 304. A. farinac. *Huds. Bolt. t.* 64. *Sowerb. t.* 208. *Pers. Syn. p.* 453. *Sw. l. c. p.* 245. *Fl. Dan. t.* 1249. — minor: A. rosellus, A. subcarneus. *Batsch. Cont. 1. f.* 99, 100.

b. pileo amethystino, sicco canescente. *Vaill. par. n.* 43. *p.* 67. Am. *Hall.* 2457. A. amethyst. *Huds. Bull, t.* 198. *Dec. fr. 2. p.* 172. *Bolt. t.* 63. *Sow. t.* 187. *Fl. Dan.* 1250. *Pers. Syn. p.* 465. *Sw. l. c.* 1809. *p.* 94. A. ioides. *Vill.*

Species distinctissima. Humidus totus unicolor est; lamellæ vero et stipes non expallent, sed colorem carneo-roseum l. obscure violaceum servant. Lam. latæ, sæpe furcatæ, demum albo-farinaceæ. Pileus rimulosus, non politus, valde varius; in paludosis sæpe mycenoideus, campanulatus, humidus striatus; raro ultra uncialis. Stipes subfibrillosus. *Ad terram, præsertim humosam; b. locis umbrosis, longe vulgatissimus. Jun.-Nov.* (v. v.)

Singularem nisum in formas monstrosas abeundi habet; inde *A. monstrosus* Schum. aliorumque, *A. impolitus* Schum., *A. fasciatus* Schæff. t. 223, *A. ferruginatus* Batsch, *A. roseus*, With.

3. *A. ionides*, pileo carnoso e campanulato plano demum subdepresso expallente, lamellis arcuato-adnatis albidis, stipite solido sursum attenuato glabro roseo.

Bull. t. 535. *f.* 3. *Pers. syn. p.* 338. *Dec. fr. 2. p.* 182.

Speciem huc locandam esse multa suadent; statura nempe, lamellæ et color humidus ruber (subinde violascens), siccus alutaceus; sed pileus lævis pingitur. Stipes 2-3 unc. longus, 2-3 lin. crassus. Pileus 2 unc. fere latus, demum concavus subsinuatus. Lam. albidæ l. lutescentes, 3 lin. latæ. *In Gallia.* (v. ic.)

** 4. *A. bellus*, pileo subcarnoso depresso squamuloso aureo, lamellis distantibus dentato-con-

nexis stipiteque tenaci dilutioribus. *Pers. Syn. p* 452. *A. S. p.* 218.

A. laccato valde affinis. Solitarius l. cæspitosus. Stipes uncialis et ultra, 2 lin. crassus, rivulosus. Pileus carnoso-membranaceus, in minoribus convexus umbilicatus uncialis, in perfectioribus 2-3 unc. latus, explanatus, obsolete depressus, squamulis obscurioribus innatis. Lam. adfixæ, dein albo-farinaceæ. *In truncis pineis cariosis in pinetis montosis, rarior. Aug.-Oct.* (v. v.)

5. *A. trichœus*, pileo carnoso umbilicato piloso-squamoso alutaceo, lamellis dentato-decurrentibus stipiteque cavo luteis. *Pers. Syn. p.* 451.

Stipes incurvus, glaber. Pileus sordide ochraceus subviscosus quasi, 1-2 unc. latus. Lam. latiusculæ — Conf. A. chrysophyllum. *Ad ligna putrida Pini in Hercynia.*

6. *A. decorus*, luteus, pileo carnoso explanato subdepresso, squamulis nigricantibus scabro, lamellis confertis distinctis, stipite farcto æquali.

Est *A. flavo-virens* Fr. Obs. 1. p. 25; elegantia nemini cedens. Stipes demum cavus, 1-2 unc. et ultra longus, 2 lin. et ultra crassus, incurvus, nunc fibrillosus, nunc squamulosus, apice etiam albo-farinaceus. Pileus vere, non vero compacte carnosus, junior convexus, subfragilis, 2-5 unc. latus, subinde irregularis, squamis disco confertis, margine raris. Lam non decurrentes. *In truncis cariosis Pini in Smolandiæ silvis, copiose. Aug.-Oct.* (v. v.)

β *inundatus*, major, pileo fuligineo-flavido, lamellis albidis, stipite pallido demum compresso. *In trabibus inundatis.* (v. v.)

*** 7. *A. ectypus*, pileo carnoso convexo-plano sordide flavo, disco minute squamuloso, lamellis adnatis distantibus pallidis, stipite cavo fibrilloso deorsum olivaceo-fusco.

Species maxime memorabilis; singulari naturæ lusu A. melleum exacte refert, modo differens squamis obsoletis, annuli vestigio nullo et odore svavi aniseo, dein vero nauseoso. Gregarius, subinde cæspitosus. Stipes 2-5 unc. longus, 3-5 lin. crassus subbulbosus, elasticus, sordide flavescens, mox olivaceus, basi nigrescens. Pileus non compactus, junior convexus, dein planiusculus depressus, margine striatulus, squamulis l. filis tenerrimis e centro radiatis fuliginis instar conspersus; 1 $\frac{1}{2}$ — 4 unc. latus; dein rufescens, in putrescentibus fere brunneus. Lamellæ dente tenello etiam decurrentes, venoso-connexæ, albæ mox pallescentes, dein rufo-maculatæ; e sporidiis copiosis subfarinaceæ. *In pratis uliginosis circa Femsjö, nec alibi visus, vulgaris. Jun. Oct.* (v. v.)

8. *A. arcuatus*, pileo carnoso expanso testaceo subrufescente, disco squamuloso, lamellis arcuato-decurrentibus subconfertis pallidis, stipite farcto striato basi incrassato. *Bull. t.* 443, 589. *f.* 1. *Dec. fr.* 2. *p.* 181.

Parum abfuit, ne cum priori conjunxissem, præcipue cum magnitudine, colore et forma maxime variabilis dicatur. Stipes 1 $\frac{1}{2}$ — 3 unc. longus, albidus, sæpe rufo-virgatus. Pileus junior campanulatus (?), demum pro more depressus, 2-4 unc., colore varius. *Ad terram Galliæ, vulgaris. Autumno.* (v. ic.)

9. *A. ovinus*, pileo carnoso e convexo plano subsquamuloso fuscescente, lamellis arcuato-adfixis connexis albidis, stipite farcto brevi firmo.

A. ovin. *Bull. t.* 580. (fig. a. b. excl.) *Dec. fr.* 2. *p.* 177. *Pers. Syn, p.* 303. A. metapodius. *Fries Obs.* 2. *p.* 110.

Odor farinæ recentis; sapor mitis, hinc edulem facile crederem. Stipes deorsum attenuatus, 1-2 unc longus, $\frac{1}{2}$ unc. et ultra crassus, glaber, cinerascens. Pileus obtusus, 1 $\frac{1}{2}$ — 2 $\frac{1}{2}$ unc. latus, sub-

fragilis, sæpius irregularis, margine inciso. Color variat umbrinus, rufescens, griseus etc. Substantia compacta, alba, fracta rubescens. Lam. attenuato-adnatæ, subdecurrentes, crassæ, transversim venosæ, albido-griseæ l. rufescentes. Huc ex charactere, cone A. pratensem ex habitu locandus. *In pratis muscosis, tam apricis, quam nemorosis, haud infrequens. Aug.-Oct.* (v. v.)

**** 10. *A. sulphureus*, pileo carnoso subumbonato leviter sericeo testaceo-luteo, lamellis arcuato-adnatis subdistantibus stipiteque farcto æquali sulphureis.

Am. *Hall. helv.* 2422. A. sulphur. *Bull. t.* 168, 545. *f.* 2. *Sowerb. t.* 44. *Dec. fr.* 2. *p.* 183. *A. S. p.* 170. A. luteus. *Schum. p.* 318. — b. *Pers. Syn. p.* 322. *Sw. l. c.* 1808. *p.* 83.

Odor foetidus, peculiaris, quodammodo Philadelphi coronari. Sæpe gregarius. Stipes 2-4 unc. longus, 3-4 lin. et ultra crassus, firmus. Pileus e globoso-explanatus, obtusus l. umbonatus, demum depressus, levis apparens, sed sub lente evidenter sericeus subsquamulosus, sordide l. rufescenti sulphureus. Lam. postice attenuatæ l. horizontaliter emarginatæ, crassiusculæ, distinctæ. Varietates plures; forma tenuiori, stipite subfistuloso flexuoso b. rarior. *In fagetis, Quercetis ad terram, etiam ad truncos, frequens. Sept. Oct.* (v. v.)

11. *A. lascivus*, pileo carnoso obtuso leviter sericeo alutaceo-pallido, lamellis arcuato-adfixis confertis stipiteque solido æquali basi radicato tomentoso albis.

An A. sulph. β. *Pers. l. c.* Quamvis odore pileique superficie cum priori conveniat, distinguendus. Stipes rigidus, apice subpruinatus, basi radice auctus. Pileus 1 ½ — 2 unc. latus, planus, demum depressus, pallescens. Caro alba, prioris sulphurea. Lam. fragiles, 3 lin. latæ, candidæ; subinde fere liberæ. *In Quercetis &c. Sept. Oct.* (v. v.)

12. *A. inamœnus*, pileo carnoso subumbonato glabro albido, lamellis varie adfixis distantibus stipiteque solido æquali radicato albis. *Fries Obs.* 1. *p.* 10.

Transit ad A. radicatum. Stipes teres, 3-6 lin. crassus. Pileus compactus, 1-2 unc. latus, siccus; hinc *A. graveolens* Schrad. spic. p. 120 diversus videtur. Lamellæ latæ, planæ, distinctæ, nunc vere decurrentes, nunc emarginata!! Odor priorum l. Geran. Robertiani. *In pinetis Smolandiæ, vulgaris. Jul.-Oct.* (v. v.)

Series specierum, habitu priorum et ultimarum licet deflectente, omnino contigua: 1-3 terrestres, subgraciles, pileo subcarnoso rimoso-squamoso decolorante, ob affinitatem cum Hygrocyb.; 4-6 truncicolæ, firmi, lutei, pileo haud compacto, vere squamoso etc.; 7-9 iterum terrestres, validi, subsvaveolentes, pileo subsquamuloso carnoso, stipite inæquali etc.; 10-12 præ ceteris inter se affines, terrestres, foetidæ, pileo carnoso sericeo-adpresso, lamellis, stipite subradicato etc. Differentiæ analogæ e stipite farcto, lamellis plus minus distantibus etc.

Species inquirendæ:

1. A. pachyphyllus. *Fries Obs.* 1. *p.* 76.
2. A. tortilis. *Bolt. t.* 41. *A.* Persoon, ut videtur recte; sub laccato. Lignatilis, pusillus.
3. A. ovalis. *With. arr.* 4. A. ectypus forte.

Subtr. 5. CALODONTES.

CHAR. Rigidi, sat firmi. Stipes gracilis, æqualis l. basi incrassatus, subfistulosus. Pileus leviter carnosus, convexo l. campanulato-explanatus, glaber, humidus, non vero viscosus, siccus expallens, margine tenui. Lamellæ arcuato l. attenuato-adnexæ, latæ, subdistantes, in visis venoso-connexæ!, margine denticulis l. floccis obscurioribus appendiculatæ. *Color purpurascens, umbrinus &c.*

Obs. Elegans tribus, colore et lamellis distincta; sed omnes species a me ipso non examinatas admodum doleo.

* 1. *A. denticulatus*, pileo convexo-explanato umbrino-badio, lamellis sinuato-adnexis umbrinis, stipite farcto æquali. *Schum. p.* 347.

Stipes 4 unc. fere longus, 2 lin. crassus, fuscus, fibrosus. Pileus leviter carnosus, lævis, 1 ¾ unc. latus, demum depressus, humidus. Lam. latæ, laxæ, dentibus obscurioribus. Caro fusca. *In muscosis Pineti. Sept.* (v. ic.)

2. *A. pelianthinus*, pileo convexo livido-purpurascente, margine striato, lamellis arcuato-adnexis purpureis, dentibus nigris, stipite fistuloso æquali.

A. denticul. *Bolt. t.* 4. *f.* 1. (icon mala; descr. erronea.) *Pers. Syn. p.* 423. certe.

Eximium Agaricorum decus. Stipes 2-3 unc. longus, 1 ½ — 2 lin. crassus, glaber, pallens. Pileus disco carnosus et lævis, subobtusus, 1-2 unc. latus, humidus diaphanus, siccus purpurascenti — albidus. Caro alba. Lamellæ elegantissime reticulato-connexæ, distantes, purpureæ, in siccis fere umbrinæ. Sporidia alba. Velum nullum. *Circa radices Quercus, locis umbrosis, quotannis reducem habui. Aug. Sept.* (v. v.)

3. *A. crenulatus*, pileo hemisphærico-campanulato badio-purpurascente, margine striato, lamellis adnexis crenulatis dilutioribus, stipite fistuloso glabro. *Schum. l. c. p.* 293.

Priori utique videtur affinis, sed Auctor de lam. reticulo nullam fecit mentionem. Stipes 3-4 unc. longus, 3-4 lin. crassus, basi attenuatus, subflexuosus. Pileus humidus, umbonatus, 1-2 unc. latus, 1 — 1 ½ unc. altus. Caro dilute purpurascens. Lam. latæ, triquetræ. *In muscosis Pineti. Oct.* (v. ic.)

** 4. *A. marginellus*, pileo campanulato albido-umbrino discoideo, lamellis arcuato-adnexis albis, margine fimbriato umbrino, stipite basi subtuberoso piloso. *Pers. Syn. p.* 309.

De loco nullum restare videtur dubium. Stipes 1 ½ unc. longus, 1 lin. fere crassus, nitidus. Pileus 3-4 lin. altus et latus, carnoso-membranaceus, disco glabro umbrino. Lamellæ subdistantes, reticulato-connexæ, alternis majoribus. *Ad truncos abietinos, Sept.*

5. *A. pristoides*, pileo campanulato obtuso livido-incarnato, lamellis attenuato-decurrentibus pallidis, margine denticulato purpureo, stipite fistuloso basi incrassato strigoso.

Simillimus A. rubro-marginato, sed pileus leviter carnosus lævis, stipes brevior et firmior, lamellæ denticulatæ venoso-connexæ; omnino Calodontium. Ita et sequens ab A. elegante differt; aut mere varietates, aut in diversa tribu locandæ. *In truncis abiegnis, rarissime. Oct.* (v. v.)

6. *A. aurantio-marginatus*, pileo campanulato lævi olivaceo-fusco, lamellis attenuato-adnexis viridi-pallidis, margine flocculoso aurantio, stipite fistuloso basi ventricoso strigoso.

A. marg. *Schum. Sæll. p.* 298. *Fl. Dan. t.* 1292.

Stipes 1 — 1 ½ unc. longus, basi 2-4 lin. crassus, vix radicatus, pallidus. Pileus carnosus, dein explanatus obtuse umbonatus, uncialis, expallens. Lam. ventricosæ, dein fere liberæ. *In pinetis borealibus, raro. Sept. Oct. pluviosis.* (v. v.)

Abit ultima subdivisio (characteres harum facile patent!) in Mycenas margine discolori. Analogi sunt A. serrulatus, Linkii sub Hyporhodio. In sequ. subtribubus etiam occurrunt species lamellis serratis, sed candidis non appendiculatis etc.

Subtrib. 6. THRAUSTI.

CHAR. Fragiles. Stipes farctus, sæpius cavus, carnosus, basi non incrassatus. Pileus leviter carnosus mollis aut carnoso-membranaceus, siccus, subglaber; junior campanulatus l. convexus, dein planiusculus, umbonatus sæpe, sed numquam depressus. Lamellæ adnexæ, emarginatæ, sæpe ventricosæ, margine concolori, haud appendiculato. *Color pilei cinerascens, lamell. albus l. griseus.*

Obs. Fungi vix edules, subtenues, solitarii, magnitudine varii. Leucospori firmiores lamellis emarginatis ad Tricholomata pertinent.

* *pileo carnoso lævi stipiteque regularibus.* Terrestres.

1. *A. exscissus*, pileo carnoso lævi cinereo, lamellis linearibus confertis stipiteque solido æquali glabro candidis.

Parva, sed admodum diversa species; reliquis minus fragilis, stipite solido lamellisque angustis insuper recedens. Stipes 1-2 unc. longus, 2 lin. crassus, teres. Pileus junior subcampanulatus, mox planus, umbone demum prominente, siccus, uncialis. Caro haud crassa, alba. Lam. emarginatæ. *In graminosis pinguibus ad pagos, aliquoties repertus. Aug. Sept.* (v. v.)

2. *A. melaleucus*, pileo carnoso molli planiusculo lævi, lamellis confertis subventricosis candidis, stipite subcavo longo tenui.

Am. *Hall. helv.* 2387. Ag. mel. *Pers. Syn. p.* 355. *& S. p.* 179. *Fries Obs. 2. p.* 114.

Admodum distincta, elegans et fragilis species. Stipes 2-3 unc. longus, 1-2 lin. crassus, striatus, lividus, basi subincrassatus, intus primum fibrilloso-farctus. Pileus 1 ½ — 3 unc. latus, convexus, dein exacte planus, rarius obtuse umbonatus, humidus nigrescente-fuligineus, fuscus l. lividus, siccus expallens griseus. Lam. late emarginatæ, distinctæ,

2 lin. latæ; variant serratæ. *In pinetis montosis, locis subhumidis & deustis, vulgaris; alibi varior. Aug.-Nov.* (v. v.)

β. porphyroleucus, pileo campanulato-expanso fuligineo purpurascente, lamellis albidis, stipite farcto fibrilloso.

Firmior. Stipes 4 lin. crassus, albidus. Lam. varie emarginatæ. *Inter gramina, locis montosis.* (v. v.)

γ. polioleucus, pileo griseo-livido, lamellis sordide albis, stipite subfarcto brevi, apice albo-pruinato.

Constanter utique ab *α.* diversus nec elegans; sed e solo locoque diverso ortum puto; plurima enim utrique specei communia. Stipes 2 unc. longus, 2-3 lin. crassus, æqualis, sat firmus. Pileus obtuse umbonatus. Lam. latæ. Accedit ad A. oreinum, ut A. melaleuc. ad A. humilem. *In regionibus depressis, compestribus, locis graminosis.* (Lund, Alnarp etc.) *Oct. Nov.* (v. v.)

3. *A. murinus*, pileo leviter carnoso obtuso lævi brunneo-fusco, lamellis latissimis albis, stipite cavo longo æquali. *Batsch. f.* 19. *Fr. l. c. p.* 115.

Priori affinis, lamellis crassiusculis, minus confertis, pileo convexo angustiore etc. diversus. *In graminosis, mihi semel. Aug.* (v. v.)

** *pileo subcarnoso stipiteque arrhizo subirregularibus.* Terrestres. *Cf. Trichol.*

4. *A. compressus*, pileo subcarnoso irregulari glabro fusco, lamellis distantibus stipiteque cavo compresso albis.

A. compr. *With. arr. p.* 354. *Sowerb. t.* 66. *Pers. syn. p.* 363. *Swartz l. c.* 1808. *p.* 89.

Stipes 2-3 unc. longus, subtortuosus compresso-sulcatus, fissilis, junior farctus, 3-4 lin. crassus. Pileus junior campanulatus, dein planiusculus, discoideus, pellucidus, 2-3 unc. latus. Lam. fere liberæ

latiusculæ. An conici var., quærit Withering. *In graminosis Angliæ, Sueciæ. Jun.* (With.) *Nov.* (Sw.) (v. ic.)

5. *A. murinaceus*, pileo subcarnoso difformi rimoso-squamuloso cinereo, lamellis collinitis distantibus stipiteque cavo difformi cinerascentibus.

A. murin. *Bull. t.* 520. *Dec. fr. 2. p.* 188. *Sowerb.* 106. A. nitrat. *Pers. syn. p.* 356. *Fries Obs. 2. p.* 99.!

b. *aglidius*, pileo glabro, regulari. *l. c. p.* 101.

Hujus varietates numerosæ; sed certi non dantur limites et *odore nitroso* facillime dignoscuntur. Rigidus, fragilis; major et minor. Stipes junior raro farctus, ventricosus, lacunoso-compressus, ejusdem indolis ac A coccinei! Pileus primo campanulatus, dein planus, 1-4 unc. Lam. emarginatæ, latæ, crassæ, albidæ, dein cinereæ. *In pratis & pascuis montosis inter gramina & muscos, haud infrequens. Aug.-Oct.* (v. v.)

6. *A. nitens*, pileo subcarnoso ruguloso subtomentoso nigrescente-umbrino, margine inæquali, lamellis ventricosis glauco-cinereis, stipite brevi albicante. *Batsch. C. 2. f.* 192. *Pers. Syn. p.* 359.

Pileus irregularis, planiusculus, undulatus, substriatus, lente illustratus e papillis numerosis constat, et tamen nitens dicitur, quod admodum singulare. Lam. contortæ quasi, ob pileum flexuosum, mox a stipite decedunt. Fragilis. *In montosis siccis, sero autumno.* (v. ic.)

7. *A. cuneifolius*, pileo subcarnoso glabro fuligineolivido, demum rimoso, lamellis ventricosis albis, stipite cavo deorsum attenuato, apice pruinato. *Fries l. c. p.* 99.

A. ovinus. *Bull. t.* 580. *a. b.!* A. cinereo-rimos. *Batsch Cont. 2. f.* 206. A. pratens. var. *Pers. syn. p. XXIX.*

Species distinctissima, admodum parva, fragilis, odore farinæ recentis. Stipes 1 — 1 ½ unc. longus, 1-2 lin. crassus, raro æqualis, pallidus. Pileus convexo-planus, ½ — 1 unc. latus, colore fusco, livido etc. varius. Lam. latissimæ, simplices, fragiles, truncatæ, subdecurrentes. *Ad terram, locis graminosis sterilibus, v. gr. Smolandiæ, vulgaris. Aug.-Oct.* (v. v.)

β. spurcus, pileo subumbonato fusco (1 ½ unc.), lamellis arcuato-adfixis, stipite æquali glabro.

Stipes 3 unc. fere longus, albidus, non pruinatus. Singulare quanta differentia e loco in montosis et campestribus. *In nemoribus graminosis Scaniæ campestris. Oct.-Nov.* (v. v.)

8. *A. semitalis*, pileo subcarnoso tenui glabro livido-griseo, lamellis postice latissimis stipiteque deorsum attenuato albis.

Stipes uncialis, apice 2 lin. crassus, glaber, sat firmus. Pileus fere membranaceus, planus, obtusus, lævis, uncialis, fragilis. Lam. triquetræ, emarginatæ, subdistantes. Forte sequ. varietas nana! *Juxta semitam in pineto, bis legi. Sept. Oct.* (v. v.)

**** pileo subcarnoso stipiteque radicato regularibus.* Lignatilis.

9. *A. platyphyllus*, pileo subcarnoso plano subvirgato cinereo-albido, lamellis latissimis distantibus stipiteque fareto æquali striato radicato albis.

Buxb. Cent. IV. t. 18. Am. *Hall. helv.* 2386. A. grammocephalus. *Bull. t.* 594. *Dec. fr. 2. p.* 186. A. platyph. *Pers. Obs. 1. p.* 47. *Syn. p.* 362. *Fries Obs. 2. p.* 104. *A. S. p.* 180.

Magnus, tamen fragilis; stipes evidenter striatus, non tamen Tricholoma spurium. Radix præmorsa, brevis. Stipes 3-4 unc. longus, ½ unc. crassus, firmior. Pileus 3-4 unc., margine membranaceus. Lamellæ leviter adnexæ, truncatæ, ½ unc. et

ultra latæ. *A. repens* Fr. l. c. 1. p. 14 aliæque subspecies ulterius inquirendæ. *Ad truncos, apprime Fagi, ubique. Jul.-Oct.* (v. v.)

Species inquirendæ:

1. A. pullus. *Schæff. t.* 250!
2. A. atro-cinereus. *Pers. Syn. p.* 348. A. cuneifolii var.? Obs. Stipes 1 lin. (non "unc.") crassus, quia pileus tantum uncialis.

Subtrib. 7. RHIZOPODES.

CHAR. Stipes junior spongioso-farctus, demum cavus, tenax, firmus, siccus, extus subcartilagineus, basi radicatus. Pileus vere, sed leviter carnosus, e convexo-planus, sæpe inæqualis, glaber, glutinosus, tenuis, plerumque rugosus l. striatulus. Caro mollis, tenax, subacidula. Lamellæ postice obtusæ, nunc adnatæ nunc fere liberæ in eadem specie!, latæ, planiusculæ, integerrimæ. *Lignatiles, radice perenni.*

Obs. Attuli tantum duas species, in America boreali etiam obvias *(Mühlenb.)*, quas tamen pro sectionibus facile sumeres. E stipite pleno l. cavo in duas species diviserunt, illam Otto *(A. radicatus* et *A. rhizophilus* Ag. p. 86); hanc Withering *(A. velut.* et *sulcatus* Arr. 4. p. 232.) In nostris speciminibus hoc ab ætate modo pependit. Utriusque tamen varietatem observavi quadruplicem, facile constantem et separandam.

1. *A. radicatus*, pileo rugoso glutinoso, lamellis adfixis candidis, stipite procero rigido, radice longa fusiformi.

   A. macrourus. *α. Scop. p.* 423. A. longipes. *Bull. t.* 515 A. umbracul. *Batsch, f.* 4. A. rad. *Relh. Cant.* 1040. *Sowerb. t.* 48. *Pers. syn. p.* 313. *Swartz l. c.* 1808. *p.* 80. A. macrorrhizus. *Pers. Obs.* 1. *p.* 47.

   Stipes spitham., sursum æqualiter attenuatus, glaber, rectus, sed tortilis; ex indole Chondropodum. Pileus 3-4 unc. latus, convexus, mox planus,

obtuse umbonatus. Lam. non decurrentes, subinde liberæ l. margine fuscescentes. Magnit. tam varia, ut subinde Mycenam refert. Color candidus l. pileo cinereo, fusco, fuligineo, vaccino, olivaceo, virescente, "flavo" (Schum.), stipite dilutiore. *In silvis circa truncorum radices, quibus radix infixus, utì Monotropa, vulgaris. Sum.-Sept.* (v. v.)

β. gracilior, lam. sinuatis, dente decurrente, stipite prælongo. — Accedit A. gracilis. *With. p.* 189.

γ. humilis, firmus, pileo læviori. Monomyces jububinus. *Batt. p.* 42 *t.* 17. *C.*

δ. pudens, pileo læviori, margine stipiteque villosis. *Pers. syn. l. c.* — *Bull. t.* 232. Colore variat.

2. *A. velutipes*, pileo inæquali fulvo glutinoso, lamellis ventricosis albo-lutescentibus, stipite incurvo velutino nigrescente-badio.

Raji Syn. p. 9. *n.* 51. *Vaill. par. t.* 12. *f.* 8, 9. A. mutabilis. *Huds.* 615. A. nigripes. *Bull. t.* 344, 519. *f.* 2. *Dec. fr.* 2. *p.* 159. A. velutipes. *Curt. Lond* 4. *t.* 70. *Bolt. t.* 135. *Sowerb. t.* 384 *f.* 3. *Pers. p.* 314. *Sw. l. c. p.* 81. Id. & A. æsculi. *Schum. p.* 306.

Cæspitosus, magnitudine varius. Stipes brevis, inæqualis, mollis, laxus, tenax, apice pallidus et sæpe compressus. Pileus tenuis, mollis, planiusculus, lævis, saltim non rugosus; sed margine subinde pellucente striatus, etiam pallidior, repandus et sinuatus varians, junior involutus. Lamellæ juniores albæ, dein luteæ, distinctæ; breviores postice truncatæ, longiores rotundatæ, plus minus adnexæ. In arboribus cavis laxus, pallidior, stipitibus elongatis flexuosis, qualis *Sowerb. t.* 263.; ad truncorum bases subepigeus firmior, radice verticali longa. *A. S. p.* 165 etc. *Copiose in Fago, Salice fragili, alba, caprea; rarior in Æsculo, Alno &c. Oct.-Mart.* (v. v.)

β. Sphinx, pallidior, pileo discoideo, stipite glabriusculo squamuloso, radice longissima. *Batsch. Cont.* 1. *f.* 112, *Swartz l. c.* 1809. *p.* 86. (A. Sphinx.)

γ. *atropes*, solitarius, robustior, pileo umbrino ferrugineo, stipite brevi subbulboso. A. atropes. *Schum. l. c. p.* 285.

δ. *fuscipes*, gregarius, parvus, pileo luteo striatulo, stipite glabriusculo, basi attenuato. *Fl. Dan. t.* 1194. *f.* 2. (ut videtur.) *In radice Pini reperi.*

Uti antecedens ad Chondropodes, hæc species ad Scorteos accedit. — Dubii loci est *A. longissimus*, pileo submembranaceo plano lamellisque ventricosis lacteis, stipite rigido rufo-velutino. *Batt. t.* 9. *J.*

Subtr. 8. CHONDROPODES.

CHAR. Stipes farctus l. fistulosus, rigidus, tenax, extus cartilagineus, striatus l. villosus, sursum plerumque attenuatus, basi radicatus. Pileus leviter carnosus, convexus, dein expansus, siccus, glaber, lævis. Substantia laxa. Lamellæ liberæ, postice obtusæ, (raro ob formam pilei spurie adnexæ), angustæ, tenues, sublineares, albæ; aliis serrulatæ, aliis integerrimæ.

Obs. Fungi gregarii, sæpe cæspitosi, tenaces, epiphyti *h. e.* e truncis l. inter folia decidua putrescentia enati. Sapor mitis; sed in cibariis non recepti. Tribus admodum naturalis; differunt quidem primo obtutu v. g. A. butyraceus et A. dryophilus; sed specimina reperimus intermedia, ut ad neutrum tute referre potuerim.

* 1. *A. prolixus*, pileo carnoso laxo testaceo-ferrugineo, lamellis liberis integerrimis, stipite solido scrobiculato testaceo. *Fl. Dan. t.* 1608.

Magnus, spithamæus, sequ. justo forsan affinis. Stipes deorsum attenuatus, interrupte sulcatus, radiculas exserens, ½ unc. et ultra crassus. Pileus 4 unc. et ultra, subrepandus. *In silvis Daniæ.* (v. ic.)

2. *A. fusipes*, gregarius, pileo carnoso laxo, lamellis subliberis serratis, stipite cavo ventricoso sulcato albido radicato.

a. pileo rufescenti-brunneo. A. crassipes. *Schæff.* t. 87, 88. *Sowerb.* t. 129. A. fusipes *Bull.* t. 506. f. 2. *Pers. syn.* p. 312. *Swartz l. c.* 1808. p. 80. Am. attenuata. *Lam. Enc* 1. p. 106.

b. pallido, albo; etiam rubiginoso-maculato. A. rubiginosus. *Schum. Sæll* p. 276.

c. pileo flavo. (Sat similes, de caetero non definiendi, A. mollis & Rudolphi. *Batsch f.* 14. 23.)

Sapor acidus; magnitudo varia. Stipes firmus fissilis, basi subattenuatus, nec tomentosus; rectus l tortus. Pileus 1-5 unc. latus, convexus, margine inflexo, subobtusus, nunquam pulverulentus. Lam. ut in tribus sequ., proprie et saepius liberae nobis visae sunt, nec nisi spurie adfixae. Quales *Pers.* t. 106 nunquam observavimus. Edulis. *In silvis inter folia vis circa truncos, inter lignea ramenta, frequens. Ens. Nov.* (v. v.)

3. *A. butyraceus*, pileo carnoso, dein umbonato, lamellis subliberis crenulatis, stipite farcto cartilagineo-corticato striato rufescente, basi incrassato tomentoso.

Batt. t. 16. *f. C.* — *Buxb. Cent. IV. t.* 5. *f* 1. A. butyr. *Dec. fr.* 2. *p.* 181. *Fries Obs.* 2. *p.* 123. 125. cum varr ! — A. leucophylius & trichopus. *Pers. syn. p.* 308, 309. A. lepidi var *A S. p.* 181. A. spongios. *Schum. p.* 311. — *Bull. t.* 572.

Antecedenti subinde simillimus; certe tamen distinctus. Stipes subconicus l. totus attenuatus, 2-3 unc. longus, cortice cartilagineo a medulla spongiosa soluta admodum notabili; variat totus villosus. Pileus 2-3 unc. latus, siccus, margine patente, plerumque badius l rufus, sed variat albus, fuscus etc. Caro alba. *In silvis inter folia decidua, apprime pinea, ubique. Jun.-Oct.* (v. v.)

4. *A. asemus*, pileo subcarnoso umbonato stipiteque cavo attenuato striato basi villoso lividis expallentibus, lamellis liberis. *Fries l. c.* γ.

Nunc a priori distinguo; huc quoque pertinet *A. lejopus*, Pers. Syn. p 362. Ic. pict t. II. f. 1-3; sed nomen stipitem lævem, nec striatum, indicat. Color junior fuligineo-lividus, dein humidus lividus, siccus expallens albidus; carne vero prope lamellas obscuriore. In fagetis præcipue antec. tenuior, pileo margine striato, stipite elongato et fere æquali. Lam. integerrimæ. *Inter folia decidua, frequens. Jan.-Nov.* (v. v.)

5. *A. phajopodius*, pileo carnoso obtuso stipiteque farcto utrinque incrassato glabro atrofuscis. lamellis subliberis. *Bull. t.* 532. *f.* 2. *Dec. fr.* 2. *p.* 184.

Robustus apparet. Stipes 2-3 unc. longus, sursum attenuatus, sed apice dilatatus. Pileus junior convexus, dein planus et depressus, subrepandus; diametro stipitis longitudinem fere superante. Lam. spurie, ut in antecedentibus, quibus affinis, adnexæ. *Ad terram Galliæ.* (v. ic.)

** 6. *A. contortus*, cæspitosus, pileo carnoso obtuse umbonato stipiteque farcto contorto rufo-brunneis, lamellis liberis. *Bull. t.* 36. *Dec. fr.* 2. *p.* 185.

Stipes 4 unc. longus, æqualis, glaber, demum cavus. Pileus 1 ½ unc. latus, convexus. Lam. angustæ. *Ad arborum truncos in Gallia.* (v. ic.)

7. *A. acervatus*, fasciculatus, pileo subcarnoso incarnato, lamellis liberis, stipite fistuloso rubro, sursum attenuato glabro, basi tomentoso.

Est *A. erytropus* γ. A. S. p. 184. Stipatus. Stipites 2-4 unc. longi, læves; raro compressi. Pileus convexus, dein explanatus, humidus, margine inflexo. Lam. latiusculæ. *Circa truncorum radices, in pinetis abunde. Aug. Sept.* (v. v.)

8. *A. erythropus*, subcæspitosus, pileo subcarnoso albido, lamellis liberis connexis, stipite fistuloso elongato glabro atro-rubente. — *Pers. Syn. p.* 367.

Ob lamellas latiores laxas et pallidas ad Scorteos accedit. Stipes 2-unc. et ultra longus, tenax, substriatus, basi strigosus, intus ad latera villosus. Pileus obtusus, rugulosus, uncialis circiter, pallescens. Lam. secedenti-liberæ. *Inter folia decidua arborum frondosarum. Sept. Oct.* (v. v)

β. repens, pileo subdepresso, stipitibus flexuosis flaccidis. *A. S. l. c.*

A. repens, *Bull. t.* 90. *Dec. fr.* 2. *p.* 185. Am. rep. *Lam. Enc.* 1. *p.* 109.

Fascicularis. Pileus disco rubedine afflatus, primo convexus. *Ad truncos Fagi, Betulæ; etiam inter folia decidua. Sept. Oct.*

Huic speciei insuper proxime accedit *A. dispar* Batsch. Cont. 2. f. 210; ut & sequenti *A. tremulus* Batsch. Cont. 3. f. 104.

9. *A. confluens*, confluenti-cæspitosus, pileo subcarnoso albido, lamellis liberis confertis, stipite fistuloso subcompresso rubro villoso-pulverulento.

A. confluens. *Pers. Obs. Myc.* 1. *p.* 8. *Ic. & descr. t.* 5. *f.* 1. *Syn. p.* 368. *Fries Obs.* 1. *p.* 11.

Stipes 3-5 unc. longus, totus villosus, complanatus, apice subdilatatus. Pileus etiam umbonatus, humidus, striatulus, flaccidus, uncialis et ultra; tempestate pluviosa rufescens. Lam. lineares, demum remotæ. *In silvis umbrosis variis, communis. Aug.-Oct.* (v. v.)

β rufo-cinnamomeus, pileo rufo-cinnamomeo, lamellis subadnexis, stipite farcto tereti. *A. S. p.* 184.

Stipes substrigosus. Lam. incarnatæ. Etiam variet. solitariam etc. reperi. *In pinetis.* (v. v.)

10. *A. ingratus*, cæspitosus, pileo subcarnoso umbonato stipiteque fistuloso compressiusculo tortili fusco-alutaceis, lamellis liberis. *Schum. p.* 304.

Inter numerosas antecedentium formas haud aptum sibi vindicat locum. Stipites 3—6 ½ unc.

longi. 4-6 lin. crassi, subflexuosi, superne pulvere albo conspersi, dein inferne umbrini. Pileus 1 ½ unc. latus. Lam. confertissimæ, lineares, postice truncatæ. Odor subingratus. *In pinetis. Aug.* (v. ic.)

*** 11 *A. collinus*, pileo subcarnoso campanulato expanso umbonato pallescente, lamellis liberis, stipite fistuloso lævi glabro.

A pratensis. *Batsch. f.* 5 A. arundinac. *Bull. t.* 403. *f.* A. Dec. *fr.* 2. *p.* 159. A. collinus. *Scop. p.* 432. *Schæff t.* 220. *Lamm. Pos. p.* 502. *Fries Obs.* 2. *p.* 133. **b.** *Fl. Dan. t.* 1609.

Mycenis affinis. Stipes 3-4 unc. longus, rigidus, teres, basi leviter pubescens. Pileus dein planiusculus, lævis, uncialis et ultra. Nunc solitarius, nunc cæspitosus. *Ad terram graminosam, Sept. Oct.* (v. v.)

12. *A. xanthopus*, pileo subcarnoso subumbonato lævi flavo-pallescente, lamellis liberis latiusculis, stipite fistuloso æquali luteo. *Fries Obs.* 1. *p.* 12.

Bene hunc sistit *A. tremulans* Batsch. f. 209., nec male cum A. confluenti comparatus; sed a sequente difficilius charactere separatur. Stipes 3 unc. longus, rigidus, basi strigosus. Pileus tenax, subconvexus, expallens. *In pinetis, raro. Aug.-Oct.* (v. v.)

13. *A. dryophilus*, variabilis, pileo subcarnoso explanato lævi, interdum depresso, lamellis subliberis, stipite fistuloso glabro lutescenti, basi incrassato.

A ochrac. *Schæff. t.* 255 A. dryophilus. *Bull. t.* 434. optime! *Sowerb. t.* 127. *Pers syn. p.* 452. *Dec. fr.* 2. *p.* 66. *Swartz l. c.* 1808. *p.* 244. *Schum. Sæll. p.* 387.

b. stipite basi tuberoso, inflato. A. tuberosus, *Schum. l. c. p.* 276.

Variat solitarius et cæspitosus; major et minor; pileus albidus, alutaceus, flavescens, testaceus,

ruf scens, lividus; lamellæ integerrimæ et serratæ; stipes rarius rufescit l. basi pubescit. Lamellæ proprie liberæ, sed in d pressis individuis adnexæ apparent. Odor l. sapor nullus. Lam. albæ, confertæ, di. inct., carne pilei latiores. Plur bus speciebus plus minus accedit. *Ubique in silvis. Majo.-Oct.* (v. v.)

β. funicularis, major, cæspitosus, pileo stipiteque to uoso inæqualibus, lamellis liberis sulphureis. *In fŏliorum acervis. Oct. Nov.* v. v.)

14. *A. aquosus*, pileo subcarnoso planiusculo albolutescente, margine striato, lamellis liberis, stipite fistuloso fulvo.

A. melleus. *Schæff. t.* 45. A. aquosus. *Bull. t.* 17. (12. Decand.) *Dec. fr. 2. p.* 154. (Pratella.)

Stipes æqualis, fibrillas emittens radiculosas. Pileus junior convexus, dein planus, subinde depressus aut centro papillatus, leviter sinuatus. Caro aquosa, mollis. Lam. fragiles, leviter serratæ. Equidem a priori acute distinguere non valeo. *In silvis umbrosis inter muscos, æstatis fine.* (v. ic.)

15. *A. hariolorum*, cæspitosus, pileo subcarnoso planiusculo lævi alutaceo-pallido, lamellis liberis, stipite subfistuloso toto hirsuto deorsum incrassato.

Ag. har. *Bull. t.* (56?) 585. *f. 2. Dec. fr. 2. p.* 182. Am. numularia. *Lam.* Enc. 1. *p.* 107. A. sagarum. *Pers. syn. p.* 182.

Statura præcedentis. Stipes 2-3 unc. longus, junior farctus. Pileus junior convexus, dein planus, ultra uncialis, siccus. Lam. confertæ, angustæ, pallescunt (in icone) Sapor gratus. *In Gallia inter folia putrida.* (v. ic)

Subdivisiones, valde naturales, representant A. *butyraceus, erythropus* et *dryophilus*. Abeunt in Scorteos et Collybiam.

Species inquirendæ:

1. Fung. esc. gen. VI. *Clus.* — Fungi plures simul albi &c. *J. Bauh. XL. c.* 32. A. umbilicatus. *Scop. p.* 431.

8. Fung. multiplex, albus, coriaceus. *Buxb. Cent. IV. t. 20 p. 13.* Vix ab *A confluente* diversus. — *Conf. quoque obs. post A. erythrop.*

Subtrib. 9. SCORTEI.

CHAR. Valde tenaces, subelastici. Stipes plenus l. fistulosus, aequalis; sed deorsum strigoso-tomentosus, subradicatus. Pileus carnoso-coriaceus, æqualis, convexus, explanatus, lævis, glaber, siccus, expallens. Lamellæ postice truncatæ, secedentiliberæ crassæ, lineares, (non ventricosæ), distantes, distinctæ, integerrimæ, pallescentes.

Obs. Maxime inter se affines, tamen certe distincti. Fungi aridi, flexiles, mites, epiphyti h. e. foliis l. radicibus gramineis innascentes; plerumque gregarii, non vero caespitosi *(A. erythropus.)*

* *pileo carnoso, stipite solido.*

1. *A. chrysenterus*, pileo carnoso hemisphærico subumbonato lamellisque liberis flavis, stipite solido, basi albo-strigoso.

A. chr. *Bull. t. 556. f. 1. Pers. syn. p. 321. Dec. fr. 2. p. 183. Spreng. Mant. Hal. 1. p. 17.*

A cryophilum p. l. sequentis statum juniorem potissimum refert. Stipes 2 unc. et ultra longus, 2-3 lin. crassus, glaber, lævis, flavus, pilis radicalibus albis. Pileus demum planus, obsolete umbonatus, 1 $\frac{1}{2}$ — 2 unc. latus. Lamellæ juniores stipiti approximatæ *Inter folia decidua; inque ramis aridis. Sept. Oct.* (v. v.)

2. *A. peronatus*, pileo carnoso convexo, dein subcoriaceo explanato, lamellis distantibus flavis pallescentibus, stipite solido, deorsum radicato flavo-strigoso.

A. peronat. *Bolt. t. 58. Sow. t. 37. Pers. syn. p. 331. Dec. fr. 6 p. 48. Fries Obs. 1. p. 23. A. lanatus, Schum. Sæll. p. 327.*

Status junior ab adulto habitu non parum recedit. Accedunt insuper varietates non paucæ. Sti-

pes 2-3 unc. longus, teres, albo-flavescens; basi incurvus, tomento strigoso, dein expalliente albido. Pileus 1-2 unc., demum tenuior rugulosus. Lam. plus minus remotæ. Color, qui in junioribus flavus, dein expallens, ligneus; etiam testaceus et umbrino-pallidus. *Inter folia decidua silvarum frondosarum & acerosarum, vulgaris.* *Jul.-Nov.* (v. v.)

β. tomentellus, stipite basi tomento tenui obducto. Ag. tom. *Schum. p.* 314. — *Schrad. spic. p.* 24.

Habitus a priori quodammodo recedit; non tamen distinguo. *In fagetis.* (v. v.)

3. *A. oreades*, pileo carnoso tenaci subumbonato e rufo pallescente, lamellis distantibus, stipiteque solido tereti villoso-corticato pallidis.

Raji Syn. p. 6. *n.* 27. A. coriaceus. *Lightf. aliorumque.* A. pratensis. *Huds. - Sowerb. t.* 247. A. caryophyllæus. *Schæff. t.* 77. A pseudo-mouceron. *Bull. t.* 144, 5 8. *f.* 2. A. oreades. *Bolt. t.* 151. *With. arr.* 4. *p.* 221. *Swartz l. c.* 1809. *p.* 87. A. peronat. var. 2. *With. p.* 213. A. tortilis. *Dec. fr. 2. p.* 194. A. collinus. *Pers. syn. p.* 330. *excl. syn.* A. corticatus. *Fries Obs. 1. p.* 22.

Gregarius, elasticus, expallens, odore debili, sed grato; edulis. *Pers. Ch. Comest.* Pileus convexo-planus, subinde umbonatus, $\frac{1}{2}$ — 2 unc. latus, dein fere albidus; humidus margine pellucente-striatus. Stipes 2-3 unc. longus, peculiari modo corticatus; epigæus quidem, sed radicatus radicibusque gramineis emortuis plerumque innatus. Mycologis crux fuit species longe vulgatissima. *In graminosis, versuris, pascuis ubique.* *Majo-Nov.* (v. v.)

4. *A. plancus*, pileo carnoso obtuso pallescente, lamellis distantibus obscurioribus, stipite subcavo compresso albido-villoso.

Analogus A. confluenti; antecedentibus proxime affinis. Stipes 2 unc. longus, 1 lin. crassus, tenacissimus, pallidus; tota superficie albovillosa; basi non strigosus. Pileus planus, lævis, uncialis.

Caro alba. Lam. ligneæ, subbrunneæ. *In silvis frondosis inter folia, non ubique. Sept.-Nov.* (v. v.)

* * *pileo subcarnoso, stipite fistuloso.*

5. *A. porreus*, graveolens, pileo subcarnoso lævi lamellisque subliberis albis, stipite fistuloso longo tomentoso rufescente.

Fungus minor, Allii odore. *Juss. Act. Par* 1728. *p.* 539. A. peronat. var. 3. *With. l. c. p* 213. A. alliaceus. *Bull. t.* 158. 524 *f.* 1. *Sow. t.* 81. *Dec. fr.* 2. *p.* 160. A. alliicinus. *Schum p.* 270. A. porreus. *Fries Obs.* 2 *p.* 152! (*Pers. syn. p.* 376. mixtus. *Swartz l. c.* 1808. *p.* 92.)

Optima hujus subtribus species, cum A alliaceo, scorodonio, prasiosmo non comparanda. Odor fortis, alliaceus. Stipes 3 unc. longus, 1-2 lin. crassus, basi (sæpe dilatata) inter folia radicatus, obsolete pubescens, basi tomentosus; junior pallidus, adultus rufus, senescens rufo-fuscus, apice pallidus. Pileus disco carnosus, obtusus, $\frac{1}{2}$ — 1 unc. et ultra latus. Lam secedenti-liberæ. *In fagetis, Quercetis diversarum regionum, frequens. Oct.-Nov.* (v. v.)

6. *A. terginus*, inodorus, pileo subcarnoso incarnato expallente, lamellis liberis pallidis, stipite fistuloso elongato deorsum rubente albo-villoso.

Priori similis. Stipes 2-3 unc. longus, 1-2 lin. crassus, subattenuatus, longitudinaliter fissilis, lævis; apice glaber, pallidus; inferius atrorufus albo-villosus. Pileus convexus, mox planus, obtusus, $\frac{1}{2}$ — 1 $\frac{1}{4}$ unc. latus, siccus albus, demum margine striatus. Lam. confertiusculæ, angustæ; inde ab A. erythropod. diversus. *In folia inter muscos humidos. Sept.-Nov.* (v. v.)

7. *A. fusco-purpureus*, pileo subcarnoso ruguloso atro-purpureo expallente, lamellis liberis rufescentibus, stipite fistuloso rubiginoso, basi caudato strigoso. *Pers. Syn. p.* 451. *Ic. & Descr. t.* 4. *f.* 1.

Duplex forma; altera a Persoonio l. c. depicta minor, sed cæspitosa; altera major, solitaria, stipite decumbente. Stipes 1-3 unc. longus, 2 lin. fere crassus, rufus; villis rubiginosis. Pileus hemisphæricus, obsolete umbilicatus, dein planus albidus, $\frac{1}{2}$ — 1 unc. latus. Lam. distantes. *In folia faginea, passim. Jul.-Sept.* (v. v.)

8. *A. putillus*, pileo subcarnoso humido rufo, margine striato, lamellis liberis stipiteque fistuloso rufescentibus, basi albo-villoso. *Fries Obs.* 2. *p.* 130.

Minor, elegans, gregarius. A præced. differt stipite stricto, attenuato, basi albo-tomentoso, nec caudato; pileo non depresso, sicco lævi; lamellis minus distantibus; præcipue vero loco et tempore. *In Sueciæ pinetis, passim copiose. Oct. Nov.* (v. v.)

Cum Chondropod. facile jungenda subtribus, quam tamen ut analogam retinere malui. Transit utraque ad Collybias.

Species inquirendæ:

1. A. coriaceus. *Batsch. f.* 109. Videtur A. oreades, sed stipes glaber pictus.

2. A. cepaceus. *Fries Obs.* 1. *p.* 29 *Mich. t.* 98. *f.* 5. Certe ab A. porreo differt stipite luteo (solido, an cavo?) loco que in fimo.

Trib. IX. COLLYBIA.

Gymnopi, Myceneæ & Omphaliæ sp. *Pers. syn. p.* 302, 375, 466.

CHAR. Stipes fistulosus, sæpius vero tam leviter, ut in centro linea dilutior modo appareat, tenuis, æqualis, teres, firmus, sæpe radicatus. Pileus carnoso-membranaceus, tenax, convexus, dein planus, subinde centro depressus, glaber, siccus.

Lamellæ postice obtusæ, liberæ l. adfixæ, numquam decurrentes, inæquales, exsuccæ, planæ, integerrimæ. *Color lamell. albus, raro griseus l. lutescens.*

Obs. Nomen a κολλυβος. Fungi parvi, aridi, persistentes, sæpe gregarii, terrestres l. plerumque epiphyti. Nonnullæ species tamen cibariæ. Pileus vix unquam unciam attingens.

†. GENUINÆ. Pileus leviter carnosus, lævis, vix umbilicatus. Lamellæ genuinæ. Stipes cavo - l. obsolete fistulosus.

* 1. *A. scorodonius*, graveolens, pileo subcarnoso lamellisque adnatis crispis albidis, stipite fistuloso brevi glabro rufo.

Mich. t. 77. f. 2. Meuseron. *Reyg. Danz. p. 376* A. Apicii. *Retz.* A. alliatus. *Schæff t. 99. Pers. syn. p. 373. Sw. Bot. t. 173.* A. Schæfferi. *Pers. Obs. 2. p. 55.* A. scorod. *Fries Obs. 1. p. 29.*

Odor Allii fortis. Stipes 1 unc. et ultra longus, vix lin. crassus, vix radicatus. Pileus planus, rugulosus, ½ unc. et ultra. Lam. venoso-connexæ, secedentes. Edulis. *Ubique in ericetis, collibus apricis versurisque, sæpe stipulis insertus. Aug.-Oct.* (v. v.)

2. *A. calopus*, inodorus, pileo subcarnoso lævi lamellisque adnexis albidis, stipite fistuloso glabro badio-rubro. *Pers. Syn.* 373. *Fries Obs. 2. p.* 151.

Priori simillimus. Lam. emarginatæ. Duplicem affinem legi speciem; *alteram* lamellis adnatis, stipite apice pruinato; *alteram* pileo toto plicato-striato albo-rufescente, lamellis subliberis. *In graminosis, fagetis alibique. Aug. Sept.* (v. v.)

3. *A. carneus*, pileo subcarnoso lævi carneo rubro, lamellis adnexis candidis, stipite subfarcto brevi squamuloso.

A. carneus. *Bull. t. 533. f. 1. Pers. syn. p. 340. Dec. fr. 2. p. 133. Schum. Sæll. p. 342.* (A. humilis *Vill. p. 1031* & A. puniceus *With. l. e. p. 196 ex descr. incompl.*)

Parum heteroclita species. Stipes basi farctus, firmus, 1 unc. longus, 1 lin. et ultra crassus; sursum subincrassatus, villoso-squamulosus, dein cavus. Pileus e convexo planus, reliquis magis carnosus, ½ unc. et parum ultra, interdum flexuosus. Lam. confertæ postice latiusculæ rotundatæ, denticulo subdecurrente. *In pinetis locisque graminosis, Aug. Sept.* (v. v.)

4. *A. macilentus*, pileo subcarnoso lævi luteo, lamellis subliberis linearibus stipiteque subfistuloso nudo flavis.

Elegans species; statura prioris; colore A. cerini, cui revera quodammodo affinis. Stipes 1 ½ unc. longus, 1 lin. crassus, æqualis glaber, tenax, basi fistulosus leviter radicatus, apice farctus; variat flexuosus. Pileus planus, obtusus, ¾ unc. latus. Lamellæ confertissimæ, elegantes. *In pinetis densis montosis. Sept. Oct.* (v v.)

** 5. *A. esculentus*, pileo subcarnoso obtuso argillaceo, lamellis adnexis laxis albis, stipite fistuloso radicato glabro flavescente.

Vaill. par. t. 11. f. 16-18. A. clavus. Linn. ad part. Schæff. t. 59. A. perpendicularis. Bull. t. 422. f. 2. Dec fr. 2. p. 163. A. esculentus. Wulf. in Jacq. Collect. 2. t. 14. f. 4. Pers. syn. p. 389. A. S. p. 196. Tratt. Essb. Schw. p. 65. t. F. Fries Obs. 2. p. 134.

In Austria præcipue frequens commeditur. Stipes, ut in sequentibus obsolete, fistulosus. Radix plerumque glabra. Pileus ½ unc. et ultra latus, subinde striatus; variat fuscescens. Lam. subconfertæ, latæ. Sapor amaricans. *In ericetis pascuis, versuris &c. frequens. Aprili, Majo.* (v. v.)

6. *A. tenacellus*, pileo subcarnoso fusco-expallente livido, lamellis adnexis laxis niveis, stipite fistuloso longissimo fulvente, basi villoso radicato.

A. tenac. Pers. Obs. 1. p. 50. Syn. p. 387. Ic. pict. t. 1. n. 2. Fries l. c. p. 135. A. longicaudus, Schum. p. 275.

Priori valde affinis. Stipes 2-3 unc. longus, flexilis, non pulverulentus. Pileus lævis, 3- lin. latus, sæpius umbonatus; etiam candidum reperi. Lamellæ latæ, subdistantes. *In pinetis, frequens. Sept.-Nov.* (v. v.)

7. *A. myosurus*, pileo subcarnoso obtuso lævi rufo, lamellis liberis albis, stipite fistuloso rufo, apice pulverulento, radice glabra. *Fries l. c. p.* 129.

Sequenti proximus. Stipes subtiliter fistulosus, 1 unc. longus, radice elongata. Pileus regularis, ½ unc. latus, colore varius. Lam. angustæ. *In pinetis.* (v. v.)

8. *A. conigenus*, pileo subcarnoso inæquali, lamellis liberis linearibus albidis, stipite fistuloso pulverulento, basi radicato strigoso.

a. pileo fuligineo-livido. *Buxb. Cent.* 1. *t.* 67. *f.* 2, A. conig. *Pers. syn. p.* 388. *Fries l. c.* 1. *p.* 36.

b. pallens. *A. S. p.* 195.

Plerumque gregarius, sat variabilis. Stipes tenax, pileo concolor, filiformis, longitudine varius. Pileus subumbonatus, lævis, 1 ½ — 8 lin. latus, sæpe angulatus, et demum depressus; livido-cinereus, pallidus. Lam. perangustæ, confertæ *In conis Pinuum, ut etiam inter folia decidua, frequens. Sept.-Dec.* (v. v.)

β. *porcinus*, pileo umbonato striatulo luteo-fuscescente, stipite subnudo.

Color admodum peculiaris; lamellæ stipesque dilutiores nec albæ. Stipes 2-3 unc. basi fibrillosus. Inter plures varietates hanc solam notavimus. In cryptis stipites, Clavariae filiformes, absque pileis occurrunt. *In pinetis muscosis. Sept. Oct.* (v. v.)

*** 9. *A. tylicolor*, pileo subcarnoso cinereo, lamellis liberis distantibus, stipiteque fistuloso æquali pulverulento griseis. *Fries l. c. 2. p.* 128.

Stipes vix radicatus, uncialis. Pileus subumbonatus, ½ unc. latus. Lam. distinctæ. *In silvis frondosis, raro. Oct.* (v. v.)

10. *A. reductus*, pileo subcarnoso angulato lævi virescente, lamellis adfixis subgriseis, stipite farcto flavescente, superne pulverulento. *Fries l. c. p.* 137.

Elegans. Stipes 2 unc. fere longus, fragilis, æqualis, basi pubescens. Pileus ½ — 1 unc. fere latus. siccatus flave cens. Lamellæ latiusculæ distantes. *In foliis Syringæ repertus. Aug.* (v. v.)

11. *A. tuberosus*, albus, pileo subcarnoso dein umbonato, lamellis adnatis confertis, stipite fistuloso subnudo, Sclerotiis innato.

A tuberos. *Bull. t.* 256, 522. *f.* 4. *Pers. syn. p.* 374. *Fries Obs.* 1. *p.* 38. *Fl. Dan. t.* 1613. Ag. Amanitæ. *Batsch. Cont.* 1. *f.* 93. *Pers. Obs.* 2. *p.* 52. A. alumnus. *Bolt. t.* 155. A. bulbosus. *Schum. p.* 307.

Gregarius, parvus. Stipes obsolete fistulosus, glaber; sed passim leviter pulverulentus, brevis; variat flexuosus et rubescens, basi cum Sclerotiis omnino contiguus. Pileus lævis, 1-2 lin. latus, convexulus. *In Sclerotio cornuto, fungorum, muscorum &c. supra fungos pileatos putridos; item inter muscos vulgatissime. Aug.-Nov.* (v. v.)

Hujus! semel reperi individuum monstrosum (in Sclerotio cornuto) stipite prolifero-racemoso, 3-4 unc. longo, albo-pulverulento; capitulis lateralibus ½ lin. latis subvillosis; sed pileus omnino glaber, albidus, 3 lin. latus erat *).

---

*) Agaric. racemosum *Pers.*, quem ego (cf. A. rotulam) quoque monstrosam progeniem suspicatus sum, mox in memoriam revocat, sed notis aliquot differt. Addita vero nova specie, peculiarem e speciebus stipite racemoso condere tribum (Cladopus dictam) Cl. Sadler apud *Nees ab Esenb. in Act. Nat. Cur. IX. p.* 251. proposuit. Loco vero adhuc dubio, duas istas species huc subjungam;

12. *A. ocellatus*, pileo subcarnoso plano albo, dein umbilico obscuriore, lamellis adnatis albis stipite fistuloso subpulverulento rufescente, basi fibrilloso-radicato.

a. A. clou. (clavus.) *Bull. t.* 569. *f.* 1. A. tuberos. cirrhat. *Pers. l. l. c. c.* A. ocellatus. *Fr. l. c.* 1. *p.* 83.

b. A. pallor. *Batsch. Cont.* 1. *f.* 95.

Tam ab A. clavo, quam A. tuberoso diversissimus. Stipes obsolete fistulosus, 1-3 unc. longus, subfiliformis, apice dilutior. Pileus lævis, glaber, subinde repandus; discus variat flavus, fuscus et rufus. Lam. confertæ, angustæ. *Ad terram, inter folia &c. frequens. Aug.-Nov.* (v. v.)

**** 13. *A. clavus*, pileo subcarnoso planiusculo aurantio-rubescente, lamellis adfixis latiusculis stipiteque farcto brevi glabro albidis.

Vaill. Bot. t. 11. *f.* 19, 20. A. clavus. *Bull. t.* 148. *Bolt. t.* 39. *B. Pers. syn. p.* 392. *Dec. fr.* 2. *p.* 165. (ad part.)

Gregarius, parvus; sed elegans. Stipes vix uncialis, filiformis, intus linea modo dilutiori subnotatus; de cetero solidus. Pileus 1-2 lin. latus, disco subpapillato et sæpe obscuriori. *Ad ramulos & stipulas deciduas, rarior. Aug.-Oct.* (v. v.)

---

1. *A. racemosus*, pileo membranaceo papillato griseo, lamellis albis, stipite racemoso. *Pers. disp. meth. t.* 3. *f.* 8. *Syn. p.* 389. *Sowerb. t.* 287. *Nees Syst. f.* 190.

Racemum Ribis baccis orbatum exacte æmulatur. Rami laterales simplices, capitulis exiguis hyalinis. Pileus terminalis, subtomentosus, 2 lin. latus. *In Sclerotio lacunoso.* (v. ic.)

2. *A. Aueri*, pileo membranaceo umbonato subtomentoso sordide flavo, lamellis flavis, stipite tenui ramoso-racemoso. *Nees Act. l. c. t.* 6. *f.* 19.

Stipes 3-4 unc., sulcatus, supra basin parce ramosus, pallide flavus; ramulis inæqualibus, capitulo trigono-orbiculari opaco terminatis. Pileus terminalis 2-3 lin. *In foliis quercinis Pannoniæ, autumno.* (v. ic.)

14. *A. ramealis*, gregarius, pileo subcarnoso planiusculo albido subrufescente, lamellis adnatis albis, stipite farcto brevi pulverulento.

Mich. gen. t. 74. f. 7. A. candidus. *Bolt. t. 39. f. D. Schrad. spic. p. 126.* A. ramealis. *Bull. t. 336. Sibth. Oxon. p. 360. Pers. Obs. 1. p. 45. Syn. p. 375. Dec. fr 2. p. 193.*

Stipes in centro linea alba, quæ proprie fistulosum indicat, 3-5 lin. longus, vix lineam crassus, tenax, albidus l. rufescens, furfuraceo- (sub lente piloso-) squamulosus. Pileus opacus, lævis; sed vetustus rugulosus et depressus, 3-4 lin. latus. Lam. distinctæ, subdistantes, angustæ nec basi latiores. Situs admodum gregarius et elegans. *In ramis aridis Coryli, Quercus, Fagi, Pini, Juniperi &c. copiose. Perennis.* (v. v.)

15. *A. amadelphus*, gregarius, pileo subcarnoso dein depresso fulvo pallido, lamellis adnatis rufescentibus, stipite farcto. *Bull. t. 550. f. 3. Dec. fr. 2. p. 169.*

Statura prioris; inde in hac serie quamvis lam. rufescentes depingantur, ad interim locavi. Stipes brevis, incurvus, albidus, basi leviter pubescens. Pileus e convexo-planus, lævis, 3 lin. circiter latus, sæpe excentricus. Lam. postice latiores, subdecurrentes. *In arborum truncis, Galliæ.* (v. ic.)

16. *A. parasiticus*, pileo subcarnoso convexo, mox plano pruinoso griseo-pallescente, lamellis adnatis crassis distantibus obscurioribus, stipite fistuloso villoso.

A. parasit. *Bull. t. 574. f. 2. Sowerb. t. 343! Pers. syn. p. 371. A. S. p. 187. Fries Obs. 2. p. 150.*

b. minor, albus. *Schum. p. 308.*

Gregarius, ut plurimum caespitosus Stipes subtiliter fistulosus, longitudine eximie varius, sursum leviter attenuatus l. omnino æqualis, 1-2 lin. crassus. Pileus irregularis, unc. haud attingens. La-

mellæ tumidæ, etiam ramosæ; subinde gyroso-intricatæ. *Ad A. adustum, blennium, vellereum exsuccum &c. passim. Metoricus. Aug.-Oct.* (v. v.)

†† OMPHALARIÆ. Pileus lento-membranaceus, planus, demum depressus; plicato-rugosus. Lamellæ subvenosæ, cum pileo homogeneæ. Stipes gracilis, non lævis, subcorneus, nigricans. *(A. alliaceus.)*

Gled p. 108. sp. XV. Crispati. *Scop. p.* 456. Merul. sp. *With. arr. 4. p. 126. sq.*

* 17 *A. Vaillantii*, pileo plano plicato lamellisque postice latissimis adnatis distantibus candidis, stipite solido glabro spadiceo, sursum incrassato pallidiori.

Vaill. Bot. par. t. 11. f. 21-24. A. nitidus. *Gunn. Norv. II. p. 126.* Merul. androsac. *With. arr. 4. p. 148.* (*Pers. syn. p. 472* sub A. ericetor.)

Species distinctissima, A. rameali etiam affinis. Stipes 1 unc. longus, tenacissimus, junior flavescens; basi glaber, lævis, splendens, niger; medio badius, apice albidus subtiliter pruinatus. Pileus planus, passim depressus, patentissimus, striato-rugosus, ½ unc. latus. Lamellas distinctas, simplices, ob formam triquetram facile decurrentes diceres. *Ad ramulos. folia decidua in fagetis. Aug.-Sept.* (v. v.)

18. *A. Rotula*, pileo convexulo umbilicato plicato lamellisque collario stipitem libere cingente adnatis albis, stipite fistuloso striato glabro nigrescente.

Mich. Gen. t. 74. f. 5. Raji Syn. p. 9. n. 49. A. Rotula. *Scop. p. 456. excl. syn. Michel. Sowerb. t. 95. Pers. syn. p. 467. Swartz l. c. 1808. p. 249. Dec. fr. 2. p. 158.* A. androsac. *Bull. t. 64, 569. f. 3.* A. nigripes. *Schrad. spic. p. 129. Fl. Dan. t. 1134. f. 1.* Merul. collariat. *With. l. c.*

Species admodum notabilis, gregaria, sarmentis ramosis (Rhizomorpha) sæpe cæspitosa. Variat colore albo et flavo-pallescente, umbilico concolori l.

fuscescente; lamellis æqualibus l. aliquot brevioribus. Pileus margine crenulatus. Lam distantes, simplices. Collarium, ob quod ex hoc et A. torquato peculiarem constituit tribum *Decand. fr. l. c.*, in A. foetente et collariato minus distinctum, e lamellis postice connatis et dein a stipite solutis oritur In A. galericulato aliisque idem observamus et hæ species inter se de cetero haud affines. — Hujus specimina stipite prolifero-racemoso misit Ehrenberg (cf. Sylv. Myc. Ber. p 31. *In silvis, præsertim frondosis, ad folia, stipites & truncos, ubique. Perennis.* (v. v.)

19. *A. androsaceus*, pileo convexo plicato fuscescente-albo, lamellis stipiti adnatis simplicibus distinctis, stipite fistuloso sulcato glaberrimo nigro.

Eocc. Mus. t. 104. *Batt. t.* 27. *Q.!* A. androsac. *Linn. Succ.* 1195. *It. Wgoth. p.* 215. *Scop.* 451. *Bolt. t.* 32. *Fl. Dan. t.* 1551. *f.* 1. *Willd. Ber. p.* 589. A. epiphyllus. *Bull. t.* 569. *f.* 3. *Dec. fr.* 2. *p.* 164.

A. androsaceum Mycologi varie vexarunt, nec hactenus tamen rite cognoverunt. Stipes 1 ½ unc. et ultra longus, filiformis, tenacissimus, exs ccatus tortus. Pileus vix depressus reperitur, 2-3 lin. latus. Lam pileo concolores, distantes. *Rhizomorpha setiformis* Pers. Syn. p. 705. Ach syn. Lich. p. 289. hujus radices; differt tamen *Hypoxylon loculif.* Bull. t. 405 aliorumque. *In foliis deciduis Pini silvestris* (in Abiete numquam!), *frequentissime; etiam in Betulæ, Quercus, Fagi, Juniperi earumque cortice. Perennans.* (v. v.)

20. *A. Splachnoides*, pileo submembranaceo leviter convexo striatulo lamellisque adnatis simplicibus albis, stipite glaberrimo roseo-rubro. *Hornem. in Fl. Dan. t.* 1678 *f.* 1.

Sub hujus plagulæ impressione Flor. Dan. fasc. 28 accepi, ex quo insero speciem antecedenti proximam, sed colore et stipite lævi farcto? satis distinctam. Statura eadem. *In foliis Pini Abietis.* (v. ic.)

** 21. a. *A. stipitarius*, pileo planiusculo umbilicato albido, lamellis leviter adnexis, stipite subfistuloso fibrilloso spadiceo.

Maxime memorabilis species, gregaria, subcæspitosa, sat variabilis. Stipes 1-2 unc. longus, haud lin. crassus, æqualis, tenax, fuscus, totus extus fibrillosus. Pileus 4-5 lin. latus, disco obscuriori, non l. margine plicatus, glabriusculus; sub lente squamuloso-velutinus. Lamellæ secedenti-liberæ, distantes, distinctæ, numerosæ, albæ. *In Scania campestri circa radices Salicum, ad stipulas putrescentes in aggeribus &c. Oct. Nov.* (v. v.)

β. *A. caulicinalis*, pileo glabro albido-rufescente, stipite fucto sursum glabro, inferne velutino. *Bull. t.* 522. *f.* 2. *Dec. fr.* 2. *p.* 192.

Stipes 2 unc. et ultra longus, apice attenuatus pallens. Pileus $\frac{1}{2}$ unc. latus, lævis, junior obtuse umbonatus. In iuvenibus cum priori congruit. *Ad folia & stipites, Galliæ.* (v. ic.)

21. b. *A. fœtidus*, pileo convexo-plano umbilicato plicato badio-fulvo, lamellis annulato-adnatis pallidioribus, stipite fistuloso spadiceo velutino.

Merul. fœtidus. *Sowerb. t.* 21.

b. A. venosus. *Pers. syn. p.* 467.

Hujus collarium a stipite non secedit, ut in A. rotula. Gregarius, odore ingrato, uti sequens cui proximus; sed etiam ad A. campanellam accedit. Stipes uncialis, basi membranulæ radiatæ (exacte A. picti!) sæpe innatus. Pileus submembranaceus, glaber, in b. "quasi pulverulentus" $\frac{1}{2}$ unc. circiter latus. *Ad ramos dejectos &c., raro. Aug. Sept.* (v. v.)

22. *A. perforans*, pileo planiusculo ruguloso pallescente, lamellis adnatis simplicibus pluribus dimidiatis, stipite fistuloso lævi velutino nigro-badio.

Batt. t. 27. *f. R.* Am. *Hall. helv. n.* 2351. A. androsac. *Schæff. t.* 239. *Pers. syn. p.* 468. *Sowerb. t.* 94. A. Abietis. *Batsch. El. f.* 10. (junior.) A. perforans. *Hoffm. Nomencl. fung. t.* 4. *f.* 2.

S i es uncialis, vix ultra, tenax, pulescens, apice dilutior. Pileus glaber, vix plicatus, (subcarnosus enim est), raro depressus, 4 lin. latus, rufescenti-albus. Lam. crassiuscula, alternæ, numerosæ. Odor ingratus. A. scorodonio affinis. *In foliis Abietis dejectis, ubique. Perennans.* (v. v.)

23. *A. epiphyllus*, pileo planiusculo rugoso lamellisque adnatis paucis venosis albis, stipite fistuloso subtiliter velutino, deorsum spadiceo.

Batt. t. 18. *f. D.* A lacteus. *Bull. t.* 601. *f.* 2. (*ex Pers.*) A. squamula. *Batsch. Sowerb. t.* 93. Merul. squam. *With. l. c. p* 151. A. umbellifer. *Bolt. t.* 59. *A* A. rugatus. *Fl. Dan. t.* 1194. *f.* 1. A. epiphyll *Pers. syn. p.* 468. *ad part. Swartz l. c.* 1808. *p.* 249. *Schum. p.* 307.

b. Helotium melanopus. *Pers. Ic. & descr. t.* 9. *f.* 7. 8.

Cum Mycenis tenerrimis communicavit Persoon. Inodorus, gregarius, tenax. Stipes $\frac{1}{2}$ — 1 unc. longus, tenuis, apice albidus, nudo oculo fere glaber apparet. Pileus e convexo-planus, dein umbilicatus, 2-5 lin. latus, candidus. Lam. raræ, ramosæ, 6-10, totæ basi lata adnatæ. *In foliis deciduis frequens; etiam jove pluvio locis graminosis. Sept.-Dec.* (v. v.)

24. *A. Hudsoni*, pileo convexo-explanato albido stipiteque rufo pilis strictis rubris obsessis, lamellis albidis.

A. pilosus. *Huds.* 11. *p.* 622. *Sowerb. t.* 164. A. Hudsoni. *Pers. syn. p.* 390. *Dec. fr.* 2. *p.* 164.

A. androsaceo affatim affinis. "Stipes fere uncialis, filiformis albidus aut rubescens, ad basin pilosus." *Huds.* Sowerby stipitem 1-2 unc. obscure rufum pingit, pileum 3 lin. latum. — Decand. expresse cum A. rotula comparat, stipite nigricante splendente, pileo pilis nigricantibus obsesso. *In foliis Ilicis, autumno.* (v. ic.)

Species inquirendæ:

1. *A. arecarius*, cæspitosus, albus, pileo orbiculato plano glabro, lamellis alternis crassioribus, stipite brevi. *Lour Coch. p.* 692. — *In caudice Arecæ.*
2. *Michel t.* 74. *f.* 4. A. anguiatus. *Batsch.* A. stellatus, *Retz. Vet. Ac. Handl.* 1709. *p.* 252.
3. Bulla &c. *Batt. t.* 28. *f.* J.
4. A cestatus. *Fries Obs.* 2. *p.* 219. Pileus stipesque solidus sulcatus nigricant. Lam. albæ.

Trib. X. MYCENA.

Bullæ spec. *Batt. p.* 55. Mammosi. *Scop. p.* 454. Clypeati ad part. *Batsch. p.* 68. — *Schrad. spic. p.* 126. Mycenæ spec. *Pers. syn. p.* 375. *Nees Syst. p.* 200.

CHAR. Stipes eximie fistulosus, gracilis, subcartilagineus, a pileo discretus, basi villosus plerumque radicatus; numquam bulbosus. Pileus membranaceus, conicus (in tenellis subglobosus), dein campanulatus, raro magis expansus, substriatus, glaber (duab. spec. exceptis) absque squamis, plus minus diaphanus. Lam. inæquales, subexsuccæ, adscendentes, postice acutæ. Asci distincti. Sporidia alba. *Color varius.*

Obs. Fungi minores, saltim tenues, graciles, sat persistentes, plerumque gregarii l. cæspitosi, in cibariis non recepti. Odor multis fortis et ad species optime, numquam vero subdivisiones distinguendas valet.

†. MYC. GENUINÆ. Siccæ. Pileus sæpe umbonatus, non depressus. Lamellæ liberæ l. adnatæ, nec decurrentes.

* *Stipes radicatus, lævis, exsuccus. Lam. liberæ, margine concolori.* Color fuscescens.

1. *A. alliaceus*, olidus, pileo lento albo-fuscescente, lamellis liberis albidis, stipite procero pruinato-velutino nigrescente.

Mich. t. 78. f. 4. A. all. Jacq. Obs. p. 100. Austr. t. 82. Pers. Obs. 2. p. 54. Syn. p. 375. Fl. Dan. t. 1251.

Odor alliaceus, fortis, persistens. Stipes spithameus, sursum attenuatus, rigidus, subcorneus ut in Leptoniis, basi incurvus radicatus. Pileus dein planiusculus, subumbonatus, lævis l. obsolete striatus, expallens, uncialis et ultra. *Inter folia, varius ad ligna; copiose in fagetis, parce in pinetis. Jul.-Nov.* (v. v.)

2. *A. rancidus*, olidus, firmus, cinereus, pileo umbonato lævi, lamellis liberis confertis, stipite lævi radicato.

Odor farinæ recentis, subrancidus. Stipes 2-6 unc. longus, 2 lin. crass., rigidus, lividus, glaber; radice fusiformi villosa. Pileus disco carnosus, dein convexus, late et obtuse umbonatus, fuligineus, micore peculiari albescente. Lam ventricosæ, cinereæ. Rara et insignis species. *In Scania ad truncos; Smolandia in pinetis l. pratis muscosis declivibus ad terram. Sept.-Nov.* (v. v.)

3. *A. atro-albus*, inodorus, pileo lævi nigricante, margine lamellisque liberis albicantibus, stipite basi tumido strigoso. *Bolt. t. 137.*

Solitarius l. gregarius, sat firmus. Stipes 2-3 unc. longus, subinde apice pruinatus. Pileus obtusus, e nigro circa margines albicat. Boltonii icon quadrat; alienus tamen *A. S. p. 191.* (cæspitos., radicatus, in truncis abiegnis serotinus etc.) Alia forma, adhuc minor, stipite pruinato etc. quodammodo refert *A. pusillum.* Batsch. t 66. (stipes erron depictus.) *Ad terram & stipites locis umbrosis sæpe udis. Aug.-Nov.* (v. v.)

4. *A. amictus*, pileo obtuso striato livido-virente, lamellis liberis linearibus. stipite filiformi villoso-pulverulento, basi glabro.

Am. *Hall. helv. n. 2394.* — Cf. *A. S. n. 552.*

Pulcher, gregarius, Stipes longissimus, flexilis, lividus; radice prælonga, tortuosa, fere glabra. Pileus elegans, etiam cæsius et pruinatus, 3-6 lin. latus. Lam. confertæ, distinctæ, cinereæ, margine pallidiores. *In fagetis umbrosis passim; pinetis raro. Sept. Oct.* (v. v.)

5. *A. filopes*, pileo obtuso striato livido-fusco, lamellis liberis ventricosis albis, stipite longo lævi, radice pilosa.

Am. *Hall. helv. n.* 2391. (ad part.) A. filop. *Bull. t.* 320. *Schum. p.* 269. *Dec. fr.* 2. *p.* 161. A. membran. *Hoffm. l. c. t.* 6. *f.* 1. A. pilosus. *Batsch. El. f.* 1. *A. S. p.* 193.

Cum A. galericulato γ. non commutandus. Stipes 3 unc. longus et ultra, tenuis, subfragilis, albolividus l. fuscus. Pileus campanulatus, junior conicus, colore varius, $\frac{1}{2}$ unc. circiter latus. Stipes passim succo aqueo repertus. *Locis humidis silvarum, frequens. Aug.-Oct.* (v. v.)

6. *A. supinus*, parvus, pileo obtuso striato griseo, lamellis subliberis ventricosis stipiteque brevi incurvo glabro albis.

A. pusill. *Hoffm. l. c. t.* 6. *f.* 3. A. griseus. *Fl. Dan. t.* 1551. *f.* 2.

Longe ab A. corticola distat. Gregarius, persistens, nec exsiccatus corrugato-flaccescens. Stipes uncialis, lævis, subtenax. Pileus campanulatus, 2 lin. latus, disco subobscurior. Lamellæ adscendentes, latæ. *Ad truncos vetustos Fagi &c. Sept.-Nov.* (v. v.)

* * *Stipes lævis, exsuccus, subradicatus. Lam. adnatæ, margine concolori.* Color fuscescens.

7. *A. alcalinus*, olidus, pileo obtuso striato cinereo, lamellis adnatis ex albo glaucis, stipite lævi firmo, basi villoso. *Fries Obs.* 2 *p.* 153.

Vaill. par. t. 12. *f.* 3, 2. A. sulphur. *Scop. p.* 454.

Odore forti nitroso et sapore ingrato facile distinguitur. Statura de cetero, modo tenuior et minus firma, A. galericulati, nec varietates pauciores. Occurrit solitarius, gregarius, cæspitosus; rigidus et tenuis; colore pilei nigricante, rufo — et flavolivido, pallido; stipitis luteo!, cinereo; b.) etiam tenuis, totus albidus. *Ad terram & truncos, ubique;* b. *locis humidis silvarum. Majo-Oct.* (v. v.)

β. A. leptocephalus, cinereus, pileo umbonato tenui, lamellis crassis, stipite glabro brevi.

Pers. ic. & descr. t. 14. f. 4. Syn. p. 381. Fr. l. c. 1. p. 31.

Forte distinctus, sed odore convenit. Lam. subsinuatæ. *Ad truncos, rarissime.* (v. v.)

8. *A. galericulatus*, inodorus, pileo non lævi fuscescente, lamellis albidis adnatis, dente decurrente, stipite lævi tenaci, basi radicato strigoso.

Vaill. par. t. 12. f. 3, 4. Mich. gen. t. 79. f. 5. t. 75. f. 9. A. campanul. *Linn. Suec. 1. n. 1054. Vill. &c.* A galer. Sc. p *Schæff. t. 52. Sowerb. t. 165. Pers. Obs. 2. p. 57. Syn. p. 376. Fries Obs. 2. p. 159.* A. fistulosus. *Bull. t. 518. ad part. Dec. fr. 2. p. 160.* A. conicus. *Willd.* A. varius. *With a. p.* A. pseudoclyp. *Bolt. t. 154.* A. mamillar. *Hoffm. t. 4. f. 1.*

b. amœne albus. A. cucullat. *Fr. l. c. p. 147.*

Maxime variabilis, inodorus, insipidus, exsuccus, tenax. Stipes rigidus, vix splendens, basi excepta glaber. Pileus plus minus membranaceus, subrugosus, plus minus striatus. Lam. subdistantes, demum cinerascunt l. incarnatæ, sed sporidia alba. Color varius, plerumque cinereus, spadiceus etc. Stipitis e ligno sæpe pendet ex. gr. in ligno carioso Quercus spadiceo-fulvus etc. *In truncis vel juxta eosdem, ad terram &c. longe vulgatissimus* (v. v.)

β. solitarius, major, terrestris, pileo carnoso-membranaceo rugoso, stipite rigido. *Schæff. l. c. f. 7—9.*

Am. *Hall. helv. n.* 2388. Am. sulcata. *Lam. l. c. p.* 108. A. æstivus. *Pers. syn. p.* 378. *Obs. 1. p.* 9. A. galeric. præmorsus. *Syn. p.* 377.

γ. solitarius, gracilis, terrestris, pileo subhemispharico papillato, stipite filiformi prælongo flaccido.

Mich. t. 73. *f.* 4. *Bull. l. c. t.* 518. *f. P.* A. pilosus. *Pers syn. p.* 380. A. tenuis. *Auct.* fistul. gracilis *Dec. l. c.* — proxime accedit A. cucullat. *Schum. p.* 269. *Fl. Dan. t.* 1670. *f.* 1.

Occurrunt utique longe plures varietates, sed hæ præcipuæ. *Ultima crescit ad terram inter muscos subhumidos, ubique.* (v. v.)

Monstrositatum insuper vix limites. In cellis abire vidi in *Buxb. Cent. IV. t.* 13. *f.* 1.; in fodinis evadit *A. Myurus* Hoffm. Veg. Subt. t. 3. In arboribus cavis stipites implexi, tomentosi. In cavo stipitis tubulus tortus, medullam pennæ referens, sæpe reconditur, ut in *A. lævi* Schum. p. 271. Locis valde umbrosis humidis basi dilatata foliis innascitur e. s. p. His adde *A. proliferum* Sow. t. 169., *A. fissum, quercinum, muscorum, incarnatum,* & *tenellum.* Schum. Sæll. l. c. Variæ quoque apud antiquiores hujus occurrunt icones, valde paradoxæ v. gr. apud *Lobel Belg. p.* 306. *Aldrov. Dendr, p.* 119. (Ragagna) &c.

9. *A. uranius*, pileo striato obscure violaceo, lamellis uncinatis albis, stipite flaccido lævi arrhizo atrocyaneo. *Fries l. c. p.* 157.

Bene pinxit *Buxb. Cent. IV. t.* 8 *f.* 2.; de cetero vix a præcedente, quamvis omnino constans visus, distinguendus. Stipes atrocyaneus, filiformis. Pileus expallens, 3-4 lin. *Inter folia decidua. Aug.-Nov.* (v. v.)

10. *A. metatus* α *lævigatus*, inodorus, pileo obtuso striato, sicco expallente lævi, lamellis adnatis albis, stipite lævi subfragili basi fibrilloso.

Buxb. Cent. IV. t. 15. *f.* 3. A. tener. *Scop. p.* 456. A. lævig. *Pers. syn. p.* 390. *A. S. p.* 192. *Fries Obs. 1. p.* 35. A. pilosus. *Fl. Dan. t.* 1615. *f.* 2.

Certe ab A. galericulato distinctus. Gregarius, medius, terrestris, exsuccus; colore varius, plerum-

que cinerascente, sicco albido; sed occurrit sæpe argillaceus, *flavus!*, incarnato-pallidus e. s. p. Stipes rigidus, 2 unc. et ultra longus, pallidus, basi fibrilloso-radicatus. Pileus membranaceus, campanulatus, ½ unc., submollis. Lam. distantes, distinctæ, breviores angustiores. *A. collariatus* Fr. Obs. 2. p. 164, in hujus consortio vigens vix nisi status mutatus. *In pinetis ad terram, præcipue sero autumno, vulgatissimus.* (v. v.)

β. plicosus, pileo lineato-striato, lamellis crassiusculis stipiteque griseis.

Stipes basi villosus. Pileus fragilis, subinde fissus, umbone lato obtuso. Lam. lata, fragiles. Varietates ad species suas nullibi difficilius referuntur, quam inter Mycenas. *A. griseus* Batsch. f. 80. ad hunc potius, quam *A. griseum* pertinet. *Ad terram.* (v. v.)

11. *A. erosus*, pileo hemisphærico griseo-expallente, lamellis emarginatis dente decurrente stipiteque lævi, basi compresso! dilutioribus.

Notæ certissimæ sub trita facie. Stipes junior flocculoso-farctus, attenuatus, 3 unc. usque longus, subfragilis, glaber, albido-cinereus. Pileus junior subinde papillatus, dein explanatus subdepressus, humidus striatus griseus, siccus lævis canus, 1 unc. latus. Lam. 2 lin. latæ, subdistinctæ, albido-griseæ. *In pinetis junioribus montosis, raro. Sept.-Dec.* (v. v.)

12. *A. muscigenus*, tenellus, albus, pileo hemisphærico lævi, lamellis adnatis subconfertis linearibus, stipite setaceo flaccido.

Mich. p. 147. n. 35. A. trichopus. Scop. p. 432. A. muscig. Schum. Sæll. p. 307.

Solitarius l. gregarius. Stipes ob tenuitatem obsolete fistulosus, subradicatus, uncialis. Pileus junior globosus, dein hemisphæricus, demum convexo-planus, 1 lin. circiter latus. Ab *A. capillari*

differt stipite, lamellis confertioribus pileoque numquam depresso. *Ad truncos arborum muscosos. Aug.-Nov.* (v. v.)

*** *Stipes exsuccus, striatus, Lam. margine concolori.* Color subfuscescens.

13. *A. plexipes*, pileo umbonato striatulo fuligineo, lamellis attenuatis albis, stipite e fibris implexis sericeo-striato livido.

Fung. parvus, ped. tenui longo firmo &c. *Raji Hist. 11. p.* 98. Fung. - ped. in superficie lacero. *Mich. t.* 79. *f.* 8. A. inodor. *Schum. p.* 270.

b. A. fuliginar. *Batsch. El. f.* 40.

Analogus A rancido; nulli affinis. Inodorus, firmus. Stipes vix radicatus, 3 unc. circiter longus, 1-2 lin. crassus, sordidus, fibrosus, obsolete striatus. Pileus campanulatus, subrugosus, 1-2 unc. latus. Lam. ventricosæ, postice valde attenuatæ, fere liberæ, subconfertæ, candidæ l. glaucescentes. *In fagetis, locis graminosis & circa truncos, haud raro. Sept. Oct.* (v. v.)

14. *A. polygrammus*, pileo obsolete striato subcinereo, lamellis attenuato-adnexis albis, stipite longo rigido striato splendente.

A. conic. *Huds. 11. p.* 620 A. cynoph. *Batsch. Cont. 1. f.* 85. A. fistulos. *Bull. t.* 518. *f. H.* A. polygr. *l. c. t.* 395. *Dec. fr. p.* 161. *Pers. syn. p.* 377. *Sw. l. c.* 1808. *p.* 94. *Fl. Dan. t.* 1615. *f.* 1. A. fuscipes & galericul. *Schum. l. c. Fl. Dan. t.* 1498.

b. amœne niveus. *Pers. l. c.*

Plerumque gregarius, immo cæspitosus, strictus, rigidus, sat firmus. Stipes sæpe spithamæus, basi strigosus; colore argenteo, cæsio, rarius livido. Pileus tenax, demum subumbonatus, ½ unc. latus, margine sæpe dentatus. Lam. sublibe[illegible] *Inter folia decidua & truncos (b. præcipue Coryli), vulgaris. Sept.-Dec.* (v v.)

15. *A. vitreus*, pileo obtuso lineato-striato lividofusco, lamellis adnatis linearibus albidis, stipite striatulo livido splendente.

Gregarius, inodorus, exsuccus, totus fragilis. Stipes 2-4 unc. longus, glaber, sub lente striatus, deorsum fibrillosus. Pileus tenuis, campanulatus, etiam cæsius Lam. distinctæ, subdistantes, margine concolori. Proximus A. galopodi et avenaceo. *Locis subhumidis in pinetis. Sept. Oct.* (v v.)

16. *A. atrocyaneus*, pileo obtuso stipiteque brevi subcruinatis striatis nigricantibus, margine lamellisque subadnexis, albidioribus.

Batsch. C. I. f. 87. A. Batschii. *Fr. Obs. 1. p.* 47.

A. atroalbi formam minimam refert. Stipes 1-2 unc. longus, vix radicatus. Pileus dein expallens, cinerascens, 3 lin circiter altus et latus. Lam. basi obscuriores. *Locis umbrosis ad terram. Aug.-Oct.* (v. v.)

17. *A. janthinus*, janthino-purpureus, expallens, pileo subumbonato, margine striato, lamellis attenuato-adnexis antice latioribus, stipite glabro striato.

A. purpurascens. *Schrad. spic. p.* 127?

Sparsus, fragilis, inodorus. Stipes 2 unc. longus, sursum attenuatus, non expallens, basi fibrillosus, in minoribus lævis. Pileus membranaceus, $\frac{1}{2}$ unc. et ultra altus, numquam convexus, sed cum demum expandeter margine fissus. Lam. distinctæ l. venis connexæ. *In muscosis abiegnis, raro. Sept. Oct.* (v. v.)

18. *A. Zephirus*, pileo obtuso albo-incarnato, margine striato, lamellis adnatis linearibus albis, stipite striato squamuloso lilacino.

A. galeric. E. rubella. *A. S. p.* 191. A. spinipes. *Swartz l. c.* 1809. *p.* 88. *a. p.* A. zeph *Fries l. c. 2. p.* 161.

Admodum gregarius, pulcher, fragilis, inodorus, cum A. puro forte commutatus. Stipes basi incurvus lanatus, sursum albo-squamulosus. Pileus etiam livido-roseus, disco fuscescens, diaphanus,

uncialis. Lam. etiam secedunt, sæpe venis connexæ. *In hortis, alnetis, fagetis & præcipue pinetis, ubique. Jul.-Nov.* (v. v.)

* * * * *Stipes lævis, lactescens, subradicatus. Lam. subattenuato-adnexæ.*

19. *A. prasiosmus*, olidus, pileo hemisphærico cinereo, lamellis subliberis, stipite elongato succo croceo referto.

A. alliac. *Scop. p.* 454. A. porreus. *Pers. ad part. Schum. p.* 271. A. pras. *Fries Obs. 2. p.* 153.

Sequenti simillimus, sed odor alliaceus. Pileus disco olivaceo-umbrinus. Scopoli descr. ad A. alliac. quoque adaptata: "Junior pileus flavicat, striatus, conicus, adultus fuscescens, convexus, strias perdit. In hac ætate stipes nigricat! etc. *Ad folia decidua autumno.* (v. ic.)

20. *A. crocatus*, inodorus, pileo obsolete striato cinereo, lamellis attenuato-adnexis albis stipiteque succo crocato refertis.

Schrad. spic. p. 127. *Pers. syn. p.* 380. *Schum. Sæll. p.* 272. *Fries Obs. 1. p.* 52. *Fl. Dan. t.* 1550. *f.* 1.

Stipes longus, croceo-sanguineus, strigoso-radicatus. Pileus umbonatus, colore varius. *In nemoribus humidis, præsipue inter folia dejecta Fagi, frequens. Aug.-Oct.* (v. v.)

21. *A. galopus*, pileo striato nigrescente-glauco, lamellis adfixis albis, stipite succo albo referto.

Fung. minimus, ped. longo tenuissimo lactesc. *Raji Hist. II. p.* 99. A. lactesc. *Schrad. spic. p.* 128. A. galop. *Pers. l. l. c. c. Fries Obs. 1. p.* 34. *Fl. Dan. t.* 1550. *f.* 2.

Succo lacteo mox dignoscitur. Odor nullus. Stipes gracilis, inter muscos valde elongatus et basi fibrillosus. Lam. subattenuato-adfixæ, etiam glaucescentes. Pileus variat obtusus et umbonatus, nudus et pruinosus, colore livido etc. *In silvaticis, communis. Aug.-Nov.* (v. v.)

22. *A. hæmatopus*, cæspitosus, pileo carnoso-membranaceo albo-rubescente, lamellis adfixis stipiteque succo atrosanguineo refertis.

Pers. Obs. 2. *p.* 56. *Syn. p.* 379. *Fr. Obs.* 1. *p.* 33.

Analogus A. galericulato. Stipites rufescentes, basi strigosi, superficie tota plerumque villoso-pulverulenta. Pileus albidus, habitu A. sandicini, margine sæpius dentato Lam. albæ, dente decurrentes, margine concolori, antice evanescentes. *Ad truncos Fagi, Abietis &c. copiose. Aug.-Oct.* (v. v.)

23. *A. cruentus*, solitarius, pileo striato badio-rubro, lamellis adnatis margine concolori, stipite succum rubrum stillante.

Medius inter n. 22, 24. Stipes basi villosus, de cetero glaber lævis, 2-3 unc. longus, firmulus. Pileus membranaceus, conicus, dein expansus obtusus, 3-4 lin. altus et latus, margine integerrimo. Lam. confertæ, lineares, albidæ. *Inter folia Abietis. Aug.-Nov.* (v. v.)

24. *A. sanguinolentus*, tenuis, pileo striato rubello, lamellis adfixis atropurpureo-marginatis, stipite succum rubellum stillante *A. S. p.* 196. *Fr. l. c.*

Admodum gracilis. Stipes 2-4 unc. longus, debilis. Pileus subhemisphæricus, 2-5 lin. latus. Lam. attenuato-adnexæ, distantes. *In paludosis silvaticis, nemoribus humidis, passim. Aug.-Oct.* (v. v.)

* 5. *Stipes lævis, exsuccus, subradicatus. Lam. adnatæ, margine discolori.*

25. *A. elegans*, pileo striato livido-flavescente, lamellis adnatis linearibus lividis. margine croceo, stipite rigido lævi, basi fibrilloso.

A. eleg. *Pers. syn. p.* 391. *A. S. p.* 176. *Fries Obs.* 2. *p.* 167. A. fœniculac. congener. *Schum. p.* 287, 288.

Odor debilis, fœniculi, etiam nullus. Stipes sat firmus, 1-2 unc. longus, lividus, succo aqueo. Pileus ½ unc. et ultra latus, variat obtusus et co-

loris intensitate. Lam. adnatæ, dente decurrente, latere subcæsiis. *In pinetis, passim. Aug.-Nov.* (v. v.)

26. *A. cimmerius*, pileo striatulo flavo-fusco, lamellis adnexis ventricosis croceis, margine pallido, stipite flaccido basi fibrilloso.

A priori differt statura tenuiori, gracili, stipite 3 unc. longo, pileo minori subhemisphærico, lamellis latioribus aliter coloratis, margine albidis, locoque. *In fagetis, raro. Oct.* (v. v.)

27. *A. avenaceus*, pileo obtuso fuscescente, lamellis adnatis linearibus candidis, margine fusco, stipite lævi fragili splendente.

Elegans, gregarius, fragilis. Stipes 3 unc. et ultra, 1 lin. circiter crassus, radicatus, cinereus, basi fibrillis laxis pilosa. Pileus eximie campanulatus, cæsio-lividus, leviter striatus. 4-6 lin. altus. Lam. confertæ, distinctæ *In fagetis inter folia decidua, jove pluvio. Sept.-Nov.* (v. v.)

28. *A. rubromarginatus*, pileo obtuso striato rubescente-livido, lamellis adnatis albidis, purpureo-marginatis stipite rigido glabro.

Am. *Hall. helv. n.* 2441. — *Fr. l. c.* 1. *p.* 42.

Habitus A. galericulati, sequ. proximus. Subfragilis, inodorus, exsuccus. Stipes lævis, 1-2 unc. longus, sæpe incurvus. Pileus campanulatus, membranaceus, expallens. Lam. distantes, distinctæ, demum griseæ, dente decurrente. *In silvis abiegnis, alnetis &c. ad ligna, ramos, strobilos, non raro. Jul.-Oct.* (v. v.)

29. *A. strobilinus*, coccineus, pileo acute umbonato, margine striato, lam. adnatis, margine obscuriori, stipite exsucco firmo, basi albo-strigoso.

A. coccin. *Sow. t.* 197. A. strobil. *Pers. syn. p.* 393. *A. S. p.* 190. *Sw. l. c.* 1808. *p.* 96. A. rosaceus. *Schum. p.* 291.

Gregarius, subfascicularis. Stipes utique fistulosus, 2 unc. longus, rigidulus. Pileus campanulatus, 3-6 lin., disco carnosulo umbonato lævi sæpe obscuriore. Lam. adnatæ dente tenui decurrente, distantes, distinctæ, rubellæ, margine obscure sanguineo. *In pinetis ad ramulos &c.; frequentior in fagetis umbrosis. Aug.-Nov.* (v. v.)

30. *A. rosellus*, roseus, pileo obtuse umbonato striato, lamellis adnatis, margine obscuriori, stipite exsucco tenui, basi albo-villoso.

Bull. t. 518. *P.* sat simil. — A. roseus. *Pers. syn. p.* 393, *t.* 3. *f.* 5. *Schum. l. c. Dec. fr.* 2. *p.* 165. *Fr. l. c.*

Maxime antecedenti cognatus. Tenuior, dilutior, sero autumno omnino expallens. Pileus totus membranaceus, subhemisphæricus *In pinetis locis subhumidis gregarie, abunde. Aug.-Nov.* (v v.)

* 6. *Stipes lævis, exsuccus, vix radicatus. Lam. adfixæ, margine concolori.* Color purus.

31. *A. purus*, pileo carnoso-membranaceo obtuso subroseo, lamellis rotundatis ventricosis pallidioribus, stipite lævi basi villoso.

A. janthinus. *Batsch. El f.* 20. A. incarnatus. *Relh. Supl.* 2. *n.* 1092. A. roseus. *Bull. t.* 162, 507. *Sowerb. t.* 72. *Sw. l. c* 1808 *p.* 87. *Fl. Dan. t.* 1673. *f.* 1. A. purus. *Pers. syn. p.* 339 *Dec. fr.* 2. *p.* 180. *Fl. Dan. t.* 1612. A. purus, lilacinus, dilutus & purpurasc. *Schum.*

Suboleni, odore Raphani), gregarius, magnitudine sæpe spectabilis, sed ad Mycenas procul dubio pertinet. Stipes fistulosus, 2-4 unc. longus, sursum attenuatus, glaber, sed basi incurvus substrigosus. Pileus etiam omnino membranaceus, tandem planiusculus, obtuse umbonatus, margine striatus, 1-3 unc. latus. Color pilei stipitisque purpureus, roseus, lilacinus, fuscescens, pallescens, etiam disco flavus visus. *In fagetis, quercetis, ericetis muscosis, ubique. Jun.-Nov.* (v. v.)

32. *A. adonis*, pileo obtuso lævi, lamellis adnatis albis, stipite lævi glabro arrhizo.

A. adon. *Bull. t.* 560. *f.* 2. (*Sow. t.* 385. *f.* 2, 3. minus apte.) *Pers. syn. p.* 391. *Dec. fr.* 2. *p.* 164. *Fries l. c. p.* 160.

Colore variat roseo, albo, flavescente, viridi. Stipes 2 unc. et ultra. Pileus campanulatus, 3-4 lin. altus et latus. Lam. non decurrentes. *In silvis ad terram, raro. Sept.-Nov.* (v. v.)

33. *A. chloranthus*, pileo obtuso striato viridi, lamellis adnexis albis, stipite lævi glabro virente. *Fr. l. c. p.* 156. *t.* 5. *f.* 2. *Fl. Dan. t.* 1614. *f.* 2.

Parvus. Stipes uncialis, arrhizus. Pileus subcucullatus, 2-4 lin. altus. Lam. latiusculæ. *In nemoribus graminosis, jove pluvio. Aug. Sept.* (v. v.)

34. *A. lineatus*, pileo obtuso lineato-striato flavo, lamellis adfixis albis, stipite basi albo-villoso.

Bull. t. 522. *f.* 3. *Pers. syn. p.* 383. *A. S. p.* 193. *Dec. fr.* 2. *p.* 162. *Fries l. c. p.* 163.

Stipes 2 unc. longus, tenuis, flavescens, basi tomentulo niveo subvelutino obductus. Pileus 3-5 lin. latus et altus. Lam. subventricosæ. *In fagetis & locis graminosis. Aug. Sept.* (v. v.)

35. *A. luteo-albus*, pileo umbonato striato stipiteque tenui lutcis, lamellis adnatis albis.

Bolt. t. 38. *f.* 1. *Pers. syn. l. c. A. S. p.* 194.

Parvus, siccus, sed pulcher. Stipes 1-2 uncialis, filiformis, subflexuosus. Pileus acute campanulatus, 3-4 lin. altus et latus. Lam. latæ, distinctæ. *Inter muscos in pinetis. Aug.-Sept.* (v. v.)

36. *A. lacteus*, pileo subumbonato striatulo albo-flavescente, lamellis adfixis distinctis stipiteque rigidulo lævi albis.

Raji Syn. p. 19. *n.* . . *Buxb. Cent. IV. t.* 31. *f.* 1. Am. *Hall. helv.* 2348. *ad part.* A. nanus. *Bull. t.* 563.

A. papillat. *Hoffm. nomencl. t.* 3. *f.* 2. A. lacteus, *Pers. syn. p.* 394. *Fries Obs.* 1, *p.* 38. (A. tenuis, *Bolt. t.* 37. *Scop. 1.* 385. *f.* 5. A. tener, *Schum. p.* 268. prasmi.)

Mycenæ colore lacteo variantes plurimæ, hinc caute inquirenda species. Gregarius, varius. Stipes 1 ½ - 3 unc. longus, vix lin. crassus; in ericetis totus glaber arrhizus; in pinetis et inter folia decidua subradicatus basi fibrillosus. Pileus campanulatus, dein expansus, subrimosus, 3-7 lin. latus. Lam. adscendentes, subdistantes, absque collario; passim ventricosæ: adnatæ sed secedente-liberæ. *Ad terram in ericetis; ad ramulos et folia in pinetis, vulgaris. Jul.-Nov.* (v. v.)

β. *pumilus*, pileo flavo, lam. liberis. stipite brevi arrhizo. Ag. pumil. *Bull. t.* 260. *Dec. p.* 166.

* 7. *Stipes exsuccus, arrhizus; sed basi in orbem dilatatus. Pileus obtusus.*

37. *A. torquatus*, albus, pileo obtuso plicato glabro, lamellis collario adnatis venoso-connexis, stipite basi membranula orbiculari plana.

A. nanus. *Bull. t.* 563. *f.* 3. A. stylob. *Dec. fr.* 2. *p.* 158.

Admodum peculiaris collario, cui lamellæ insertæ. Pileus exacte campanulatus, tenax, albidus, disco lævis, de cetero lineatus. Lam. inæquales, adscendentes, candidæ. *Ad stipites & ramulos deciduos, raro. Sept.* (v. v.)

38. *A. stylobates*, tener. pileo obtuso striato subpiloso, lamellis liberis distinctis, stipite basi membranula orbiculari striata.

a. candidus. *A. S. p.* 196. *Fr. Obs.* 1. *p.* 39.

b. grisellus. *Pers. syn. p.* 390. *t.* 5. *f.* 4. *Dittm. apud Sturm, t.* 29. *Nees Syst. f.* 189.

c. cærulesc., orbe fusca. *Schum. l. c. p.* 267.

Solitarius. Stipes 1-2 unc. longus. Pileus campanulatus, dein convexus, 2-3 lin. latus et altus,

raro glaber, plerumque cum stipite pilosus (A. Hudsoni analogus.) Lam. alternæ, distantes, latæ, præsertim antice. *In foliis, ligni &c. frequens. Jul.-Oct.* (v. v.)

β. *A. dilatatus*, pileo unciali, disco lævi glabro, membranula glabra. *Fr. l. c. p.* 40. Dist. spec. videtur!

39. *A. pilipes*, cæspitosus, pallide fuscus, pileo conico lævi glabro, lamellis liberis confertis, stipite crassiusculo piloso. *Sow. t.* 249.

Stipes 2 unc. longus, totus pilosus, non radicatus, neque basi distincte dilatata *(ex icon.)* instructus, sed locum aptiorem non video. Pileus subcarnosus, dein expansus, obtusus, 5-8 lin. altus et latus. Lam. adscendentes, subtenues. *Ad Agaricos putridos in Anglia.* (v. ic.)

40. *A. trachelinus*, fuscus, pileo convexo fibrillis liberis strigoso, lamellis adnatis distantibus crenatis, stipite basi floccoso radioso. *Fr. Obs. 2. p.* 165. 374.

Species delicata, diversissima Solitarius l. gregarius, totus obscure fuscus. Stipes 1 ½ unc., filiformis, junior tenax, dein fragilis, totus villo subtilissimo squamuloso vestitus; basi leviter inerassatus, strigoso-radiatus. Pileus tenuis, 3-6 lin. latus, humidus diaphano-striatus, siccus lævis. Lam. dente decurrente, ventricosæ, margine sub lente floccoso-fasciculato. *Ad terram humidam nudam, in rivulorum alveis exsiccatis &c. locis umbrosis, iteratis vicibus. Aug. Sept.* (v. v.)

41. *A. platypus*, canescenti-albus, pileo hemisphærico sublævi, lamellis adnexis confertis, stipite brevi, basi floccoso-dilatato. *Nees Syst. p.* 202. *f.* 188. *Mart. Erl. p.* 430.

Minimus, 2 lin. altus, junior verrucæformis. Pileus 1 ½ lin. latus, habitu fere Collybiæ. *Ad ramulos exsiccatos ad Basel &c. Aug.* (v. ic.)

42. *A. Mucor*, minimus, griseus, pileo glabro plicato, lamellis adnatis paucis distantibus, stipite glabro basi dilatato.

Batsch. Cont. 1. f. 82. A. integr. *Nees l. c. f.* 187.

Ab A epiphyllo substantia neutiquam tenaci l. arida etc. differt Summa vero cum A. capillari, integrello etc. affinitas; sed basis vere dilatata nec strigosa; pileus junior conicus, dein explanatus, non depressus; lamellæ latæ, non decurrunt etc. *Ad folia decidua & varior. Sept.-Nov.* (v. v.)

Specierum dispositio in quavis sectione, ut etiam subdivisione, immo etiam cum Leptoniis, omnino analoga.

†† HYGROCYBOIDEÆ. Pileus Stipesve viscosi. Lamellæ adnatæ l. decurrentes. (*A. chlorophanus.*)

43. *A. epipterygius*, pileo obtuso striato stipiteque elongato flavo viscosis, lamellis uncinatis.

Fungi parvi &c. *Raji Hist. II. p.* 99. *Vaill. par.* 69. Ag. epipt. *Scop. p.* 455. *Pers. syn. p.* 382. *Sw. l. c.* 1808. *p.* 93. *Dec. fr.* 6. *p.* 46. A. flavipes. *Schæff. t.* 31. *Pers. l. c.* Id., A. rufocephal. & lævigat. *Schum. Sæll.* A. clypeat. *With. l. c, p.* 253. A. nutans. *Sowerb. t.* 92.

b. totus cinereus. A. strigos. *Schum. p.* 272.

Similis A. alcalino, sed odoris defectu et viscositate omnino diversus. Color admodum variat albus, cinereus, cæsius, flavus, rufus; lamellarum albidus, cæsius, subcarneus etc. Pileus ½ — 1 unc., numquam depressus, margine sæpe deflexo, membrana viscosa in humidis secernibili tectus! *Ad terram muscosam silvarum, pratorum &c. abunde. Aug.-Nov.* (v. v.)

44. *A. citrinellus*, pileo umbonato striato stipiteque brevi subviscoso citrinis, lam. uncinatis albis.

Pers. ic. & deser. t. 11. *f.* 3. *Syn. p.* 384. *A. S. p.* 194. *Fries Obs. 1. p.* 44. *Fl. Dan. t.* 1614. *f.* 1.

b. A. tenellus. *Batsch. f.* 88. *Mart. Erl. p.* 427.

Gregarius, parvus. Stipes uncialis, filiformis, basi fibrillosus. Pileus 2-3 lin. latus, hemisphærico-explanatus, disco sæpe obscurior, b. tenuior, gracilior. *In pinetis inter folia, strobilos &c. Sept.-Nov.* (v. v)

45. *A. vulgaris*, pileo umbonato, demum depresso striato cinereo, lamellis decurrentibus candidis, stipite brevi firmo viscoso.

A. papill. *Schrad. spic. p.* 128. A. vulg. *Pers. syn. p.* 394. *A. S. p.* 198. *Fr. l. c. p.* 37. A. cucullat. *Fl. Dan. t.* 1678. *f.* 2.

Gregarius, parvus, subinde totus eximie niveus. Stipes 1.2 unc. longus, 1-2 lin. crassus, plerumque cinereus, basi albostrigosus. Pileus convexus, 2-3 unc. lin. et ultra, humidus subviscosus, etiam circa marginem albicans. *Inter folia Pini copiose. Aug.-Nov.* (v. v)

46. *A. roridus*, pileo campanulato dein umbilicato, lamellis decurrentibus candidis, stipite tenui flaccido glutinoso. *Fr. l. c. p.* 84.

Totus candidus. Stipes ob tenuitatem vix fistulosus, capillaris, glutine copiosissimo nitido obductus, uncialis et ultra. Pileus junior fere conicus, sublævis, siccus, 2-3 lin. *Ad folia, surculos &c. Majo-Sept.* (v. v)

β. *stillans*, pileo convexo plicato flavido, stipite longissimo. *Inter muscos &c* (v. v.)

Aliam quoque ex hac sectione semel reperi speciem, galericuleto similem, rigidam, albam, pileo striato viscoso, lamellis absque decurrentibus adnatis, stipite radicato glaberrimo &c. *Ad truncum Fagi.*

†††† OMPHALARIÆ Siccæ. Pileus demum depressus. Lam decurrentes.

* *Firmiores, persistentes, stipite firmo.*

47. *A. pellucidus*, rufescens, pileo submembranaceo campanulato margine striato, lamellis decurrentibus latissimis, stipite farcto tenui.

A. pelluc. *Bull. t.* 550. *f.* 2. *Dec. fr.* 2. *p.* 172. A. biconus, *Pers. syn. p.* 317.

Stipes 1 ½ unc. longus, 1 lin. crassus, basi leviter incrassatus. Pileus ½ unc. fere latus, demum ut videtur obtuse umbonatus. Locus hinc vacillat. *Ad terram in Gallia.* (v. ic.)

48. *A. demissus*, rufescens, pileo convexo striato, lamellis subdecurrentibus latis distantibus, stipite farcto brevi.

Stipes lævis, glaber, hepatico-rufescens, vix uncialis. Pileus submembranaceus, semper obtusus, quin potius demum leviter umbilicatus, 4-5 lin. latus, fusco-rufescens. Lam. distinctæ, triquetræ, eleganter purpureæ. *In terra nuda montis silvaticæ in Smolandia. Aug.* (v. v.)

β *sandicinus*, purpureo-lilacinus, lamellis adnatis, stipite fistuloso flaccido basi fibrilloso. Dist. species? *Inter folia Pini. Aug.* (v. v.)

49. *A. umbratilis*, pileo convexo dein umbilicato nigro-fusco, lamellis adnato-decurrentibus confertis albo-fuscescentibus, stipite flocculoso-farcto glabro. *Vaill. n.* 39. *p.* 66.

Gregarius, subaquosus. Stipes tenax, 1-2 unc. longus, 1 lin. crassus, lævis. Pileus submembranaceus, obtuse! campanulatus, mox convexus, et umbilicatus, margine substriatus, uncialis circiter. Lam. latæ. *Ad margines fossarum, locisque similibus Scaniæ campestris. Sept.-Nov.* (v. v.)

β. *A. ambustus*, pileo convexo-plano papillato, demum subdepresso, stipite fistuloso subcompresso.

Omnino constans, quamquam priori affinis. Stipes valde tenax, pileo concolor, 1 - 1 ½ unc. longus, vix 1 lin. crassus, glaber. Pileus ½ - 1 ½ unc. latus, papilla centrali minuta, planiusculus, junior fuscus, dein margine lividus striatus. Lam. dente decurrentes, confertæ, albo-fuscescentes. *Ad terram locis deustis Smolandiæ, vulgaris. Aug.-Oct.* (v. v.)

50. *A. griseus*, pileo demum subdepresso cinereo expallente, lamellis decurrentibus stipiteque longo fistuloso dilutioribus. *Fries* 1. *p.* 47.

Species ab omnibus antecedentibus *) *(lævigato, eroso, umbratili)* diversissima. Stipes 2-3 unc. longus, lævis, glaber, teres, sæpe flexuosus, albido-cinereus, longitudinaliter fragilis. Pileus campanulatus, dein convexus obtusus, $\frac{1}{2}$ unc. latus. Lam. expallentes, simplices, distinctæ. *Loco graminoso in silva abiegna pluries, Aug. Sept.* (v. v.)

51. *A. clavicularis*, pileo convexo striato pallido, lamellis decurrentibus distantibus, stipite leviter fistuloso glabro.

Stipes tenax, siccus, uncialis, pallidus. Pileus obtusus, dein planus, obsolete depressus, subflaccidus, $\frac{1}{2}$ - 1 unc. latus, subflavidus. Lam. albidiores, distinctæ, postice latiores. *In pinetis subhumidis raro. Sept.* (v. v.)

52. *A. variegatus*, pileo campanulato lævi variegato, lamellis decurrentibus stipiteque longo glabro albis.

---

*) Duas huic subjungam species, semel bisve modo observatas ideoque suspectas: a) *A. replexus*. Stipes fistulosus, $1\frac{1}{2}$ - 2 unc. longus, basi fibrillosus, griseus. Pileus campanulatus, dein totus inversus, lævis, obscure griseus, 3-5 lin. latus. Lam. longe decurrentes, ramosæ, connexæ, albæ, antice venosæ! *In horto 4 l. 5 specimina Sept. vidi.*

b) *A. devexus*, Stipes subfarctus, uncialis, glaber, griseus. Pileus leviter carnosus, griseo-fuligineus, expallens, cucullatus, expansus. Lam. adnato-decurrentes, distantes, distinctæ, crassæ, simplices, griseæ. *Ad terram, bis Nov.* (v. v.) — Ad hanc sectionem quoque potissimum referendi videntur:

c) *A. cucullatus*, candidus, pileo campanulato lævi, lamellis arcuatis decurrentibus, stipite cavo basi strigoso. *Pers. syn. p.* 372. Stipes 2 unc., attenuatus; Pileus 3-4 lin. altus & latus. *Inter muscos.*

d) *A. pyriformis*, umbrinus, pileo plano cum lamell. decurrentibus obconico, stipite cavo. *Pers. l. c. p.* 317. Stipes $\frac{1}{2}$ - $\frac{3}{4}$ unc. longus. Pileus 4 lin. latus, substantia tenui subcompacta. *In graminosis.*

A. tentatula. *Bull. t.* 560. *f.* 3. A. varieg. *Pers. syn. p.* 391. *Dec. fr.* 2. *p.* 164.

Stipes fistulosus, 2 unc. et ultra longus, vix 1 lin. crassus. Pileus glaber, submembranaceus, 4-6 lin. latus, dein umbonatus l. depressus; circa marginem albicans, disco striis rubellis (flavescentibus) varius. *In Gallia ad terram gregarie.* (v. ic.)

53. *A. setipes*, pileo convexo striato fusco, lamellis decurrentibus albidis, stipite longo filiformi griseo. *Fr. Obs.* 2 *p.* 162.

Statura præcedentis. Stipes 3 unc. et ultra longus, tenax, strictus, basi fibrillosus. Pileus 3-4 lin. latus, passim pubescens. Lam. valde decurrentes, subdistantes. *In umbrosis roridis. Aug. Sept.* (v. v.)

54. *A. speireus*, pileo planiusculo striato cinerascente, disco demum depresso fusco, lamellis decurrentibus candidis, stipite albido. *Fr. l. c.* 1. *p.* 90.

Affinis A. galericulato et supino; crescendi modus sequentis. Stipes uncialis et ultra, subradicatus, lævis, tenax. Pileus junior convexus, obtusus, 3 lin latus. Lam. distantes, subconnexæ; juniores planæ. *Ad truncos muscosos Quercus, Fagi. Sept. Oct.* (v. v.)

* * *Tenelli, flaccescentes, stipite subcapillari.* (A. Mucor.)

55. *A. corticola*, pusillus, pileo tenui hemisphærico, dein umbilicato striato, lamellis uncinato-decurrentibus distantibus stipiteque brevi incurvo glabro.

a. fuscescens. *Mich. t.* 74. *f.* 8. A. corticalis. *Bull. t.* 519. *f.* 1. *Sowerb. t.* 243. *Dec. fr.* 2. *p.* 165. A. corticola. *Pers. syn. p.* 394. *Swartz l. c.* 1808. *p.* 96.

b. albidus. A. umbellif. *Scop. p.* 457. A. clavular. *Batsch. Cont.* 1. *f.* 81. A. hiemalis. *Retz. Supl.* 2. *p.* 19.

Disseminatus, jove sicco mox corrugatus flaccescit, pluvio vero iterum redivivus. Color quoque variat incarnatus, rufescens, cyaneus etc Stipes 3-7 lin. longus. Pileus 2-4 lin. latus. *Ad cortices arborum frondosarum lichenosas, ubique. Oct.-Febr.* (v. v.)

56. *A. juncicola*, tenellus, pileo convexo striato rufescente, lamellis distantibus albidis, stipite capillari fusco. — *Mich. t.* 80. *f.* 9.

Gregarius, valde subtilis. Stipes $\frac{1}{2}$ unc. longus, glaber. Pileus 1 lin. latus, dein subdepressus Lamellæ integræ. *In foliis putrescentibus Junci articulati. Legi ad Ainarp. Oct.* (v. v.)

57. *A. stipularis*, tenellus, pileo convexo lævi lamellisque distantibus integris roseis, stipite capillari flavescente.

Stipes uncialis, sub lente pubescens, subflaccidus. Pileus 1-2 lin. latus, glaber, demum depressus. Lam. subadscendentes, latæ, plerumque 6. *In nemoribus humidis ad stipulas &c. Oct.* (v. v.)

58. *A. pterigenus*, tenuis, roseus, pileo campanulato lævi, lamellis latis distantibus, stipite capillari, bulbillo strigoso. *Fr. l. c. p.* 43.

Fung. minimus, capitello conico &c. *Raji Hist. III. p.* 19. **A. rosellus. *With. l. c. p.* 237.**

Pulcherrimus Stipes in perfectis eximie fistulosus, 1-3 unc. longus, basi tomento strigoso radicato patentissimo plerumque insidens. Pileus dein umbilicatus, 1-3 lin. altus. Lam. 6-8, adnato-decurrunt. *In stipitibus filicum & inter muscos locis udis abunde. Aug.-Oct.* (v. v.)

β. *A. saccharinus*, pileo plicato lamellisque albis, stipite glabro roseo. *Batsch. Cont.* 1. *f.* 83. Forte distinctus. *Ad folia, stipites &c.* (v. ic.)

59. *A. capillaris*, albus, pileo campanulato tenerrimo, lamellis adnatis distantibus, stipite capillari apice subfuscescente,

a. *Mich. t.* 80. *f.* 11. *Hall. helv. n.* 2346. A. capill. *Schum. p.* 268.

b. *Mich. t.* 80. *f.* 10. *Hall. n.* 2349. A. acicul. *Hoffm. t.* 5. *f.* 2.

Stipes sat tenax, flaccidus, uncialis circiter, glaber, basi subinde radiata. Pileus junior capitulum aciculæ refert, dein umbilicatus, humidus striatus, siccus læviusculus, $\frac{1}{2}$ - 1 lin. latus. Lam. adscendentes, simplices, subinæquales. *Ad folia decidua in specie Fagi, vulgaris. Sept.-Nov.* (v. v.)

60. *A. integrellus*, candidus, pileo hemisphærico margine striato, lamellis rugæformibus decurrentibus distantibus, stipite deorsum piloso.

Raji. Syn. p. 19. *t.* 1. *f.* 2. Am. *Hall. helv. n.* 2348. *Pers. ic. & descr. t.* 13. *f.* 5. *Syn. p.* 393. *A. S. p.* 197. *Fries Obs.* 1. *p.* 42.

Parvus, subfascicularis, lamellis facile dignoscendus. Stipes uncialis circiter, basi subinde tomento bulbilloso. Pileus 1-3 lin., dein expansus, demum et depressus. Specimina lignatilia firmiora; lamellis vero rosaceis, ut Otto p. 25., non vidi. *In umbrosis ad terram, folia, ligna &c. Jul.-Sept.* (v. v.)

1. Fungi multi ex uno pede clypeiformes lutei & rubri. *Clus.* - *J. Bauh. XL. c.* 35. *Lob. ic. p.* 272.

2. Fungus exiguus &c. *Busb. C. II. t.* 50. *f.* 5.

3. Fung. candidus &c. *Mich. t.* 73. *f.* 5. Ad Ilices.

4. A. coccineus. *Scop. p.* 436. Lam. stipesque albæ.

5. A. citrinus. *Gunn. Norv. II. p.* 126. *t.* 7 *f. A. B.* A. norveg. *Gmel.* Pileus sinuat. *Ad Loppen W-finmark.*

6. A. umbellifer. *Schæff. t.* 309. Æquivocus.

7. A. spinipes. *Sowerb. t.* 206. Cf. supr. Stipes, ut in aliis ex errore solidus &c.

8. A. præcox. *Fl. Dan. t.* 130. *f.* 2.

9. A. clavatus. *Schum. p.* 277. Locandus post A. alliac. Stipes nigrofuscus, longus, basi clavatus. Lam. liberæ, ovatæ. Pileus lævis, alutaceus.

10. A. tenellus. *Meyer Essequ. p.* 300. Fragilis, sordide albus, pileo plano medio fusco, lineis luteis striato,

lam. æqualibus, stipite gracili bulboso. *Inter folia decidua. Majo.*

Restant apud veteres icones nonnullæ rudes nimis & æquivocæ omnino, quas non citavi, etiam *Mich. t.* 75. *f.* 7. *t.* 79. *f.* 10 (Coprinus forsan); Batt. t. 27. A. 28. L (e sexcentis forsan galeric.) Cf. A. griseum, galericul.

Trib. XI. OMPHALIA.

Omphalom. et Bullæ spec. *Batt. p.* 36, 55. Omphal. spec. *Pers. syn. p.* 448.

CHAR. Velum plane nullum. Stipes farctus, dein vero plerumque cavus, non bulbosus. Pileus membranaceus l. carnoso-membranaceus, etiam carnoso-coriaceus, subsuberosus; junior umbilicatus, dein expansus; l. totus infundibuliformis, margine reflexo l. patente. Lamellæ adnatæ l. decurrentes, numquam adnexæ tantum l. liberæ, inæquales exsuccæ. Asci producti. Sporidia alba. *Color varius.*

Obs. Tribus, ab ὀμφαλος dicta, admodum varia, subtribus continet sequentes:

1. MYCENARIA. Pileus submembranaceus. Lam. decurrentes.
2. COLLYBARIA. Pileus carnoso-membranaceus. Lam. adnatæ.
3. LENTISCYPHI. Pileus carnoso-coriaceus, subsuberosus, lentus. Lam. decurrentes.

Agaricos omnes pileo in ætate senescente depresso huc non referendos esse cuique observatori facile patet. Occurrunt tales formæ præcipue inter Limacia (*A. hypothejus*) Tricholomata (*A. nudus* &c.) Dasyphyllos! Camaroph. (*virgineus*) Hygrocybos (*A. ceccin., miniatus*) Oe. sypios! Mycenas &c.

Subtrib. I. MYCENARIA.

Bullæ sp. *Batt. l. c.* Omphal. minor. ad part. *Pers. syn. p.* 466. Micromphal. spec. *Nees Syst. p.* 203.

CHAR. Stipes flocculoso-farctus, dein cavus, æqualis, teres, brevis, vix fragilis, apice nudus, nec

pruinatus. Pileus membranaceus l. submembranaceus, a prima infantia umbilicatus l. infundibuliformis, dein explanatus, margine sæpius patente; humidus striatulus, siccus læviusculus expallens. Substantia tenuis, aquosa. Lamellæ posticæ acutæ, vere decurrentes.

Obs. Fungi minores; solitarii l. gregarii, terrestres l. epiphyti, inodori, insipidi, ob tenuitatem in cibariis rejecti. Differunt præter alias notas. 1. MYCENÆ *Omphalariæ*, pileo campanulato, in statu juniori numquam umbilicato, in senescenti modo leviter depresso. 2. COLLYBIÆ *Omphaliariæ*, pileo planiusculo dein obsolete depresso, stipite fistuloso corneo, lamellis, substantia arida sicca. 3. CLITOCYBI pileo carnoso lævi, etiam per ætatem depresso, substantia firma etc.

† MINORES. Pileo membranaceo.

* 1. *A. stellatus*, candidus, pileo convexo glabro, lamellis distantibus, stipite basi membranulæ convexæ radiatæ innato. *Fr. Obs.* 1. *p.* 85.

A. buccinal. *Sowerb. t.* 107. excl. syn.

Gregarius. Stipes farctus, incurvus, fragilis, vix uncialis. Pileus striatus, 4 lin. latus. Lam. tenues, quibus hic et sq. ab A. ericetor differt. *Ad truncos vetustos putrescentes. Jul. Aug.* (v. v.)

2. *A. scyphoides*, candidus, pileo inæquali sericeo, lamellis subplicæformibus, stipite villoso.

b. A. buccinalis. *Batsch. Cont.* 2. *f.* 214.

Stipes farctus, 2-3 lin., basi incrassatus. Pileus subrepandus, villoso-sericeus, 2-4 lin. latus, subinde totus infundibuliformis. Lam. confertæ, angustæ, sæpe dichotomæ. b. glaber fere pingitur. *Ad terram, locis humosis graminosis. Sept.* (v. v.)

3. *A. fibula*, tenellus, pileo convexo glabro aurantio-flavo, lamellis albidioribus distantibus, stipite subluteo.

Batt. t. 28. *Y.* A. fibula. *Bull. t.* 186, 550. *f.* 1. *Sowerb. t.* 45. *Pers. syn. p.* 471. *Sw. l. c.* 1808. *p.* 250. *Dec. fr.* 2. *p.* 169. Am. *Hall. n.* 2370. A. parvus. *With. l. c. p.* 347. A. clavus. *Schum. Sæll. p.* 324.

b. niveus. *Mich. t.* 73. *f.* 6. Cf. Fries Obs. 2. p. 221.

Stipes junior farctus, dein cavus, uncialis et ultra, tenuis, sub lente subinde pubescens. Pileus 2-5 lin. latus, senescens albicans, humidus striatus. Lam. latæ, distinctæ, longissime decurrunt. Formæ plures quoad colorem, formam, marginem crenulatum etc. Subspecies sequentes omnino distingui possunt. *Inter muscos, gramina, ad terram locis deustis &c. ubique. Majo-Oct.* (v. v.)

β. *hydrinus*, major, pileo subinfundibuliformi radiato-striato. *Fr. l. c.* 1. *p.* 89.

Pileus uncialis. *In paludosis.* (v. v.)

γ *Swartzii*, firmior, pileo lævi albido, disco fusco, stipite albido, apice subviolaceo. *Fr. l. c. p.* 90.

Stipes 1-3 unc. longus. *Locis udis silvarum.* (v. v.)

δ. *A. nivalis*, flavus, pileo carnoso-membranaceo. *Fl. Dan. t.* 1072. *f.* 2. *Pers. Syn. p.* 454.

Simillimum reperi ad scaturiginem vere. Lam. minus decurrunt. *In Norvegiæ montibus.* (v. ic.)

4. *A pyxidatus*, testaceo-rufescens expallens, pileo infundibuliformi, disco lævi, lamellis angustis, stipite firmo.

a. A. pyx. *Bull. t.* 568. *f.* 2. *Nees Syst. f.* 192. *Pers. syn. p.* 471. *Dec. fr.* 2. *p.* 171. A. ventosus. *Fries Obs.* 2. *p.* 221.

b. A. subhepat. *Batsch. f.* 211. *Fries l. c.* 1. *p.* 86.

Stipes junior farctus, dein cavus, basi incrassatus albido-villosus, subattenuatus. Pileus disco submembranaceus, glaber. Lamellæ longe decurrentes, subdistantes, omnium affinium angustiores, albido-rufescentes, dein pileo concolores. Magnitudine valde variat, etiam colore incarnato, testaceo,

sordide fulvo, rufo etc. *Ad terram, tam locis montosis, quam campestribus, ubique. Majo-Nov.* (v. v.)

** 5. *A. muralis*, pileo convexo umbilicato radiato-striato stipiteque farcto fusco-rufescentibus, lamellis latis pallidis. *Sowerb. t.* 322. *Swartz l. c.* 1809. *p.* 94.

Subgregarius. Stipes $\frac{1}{2}$ unc., lævis, elasticus. Pileus $\frac{1}{4}$ - $\frac{3}{4}$ unc. latus, fragilis, margine subcrenulato. Lam. distantes. *Sw. l. c.* Ex ic. Sowerb. pileus subcarnosus, testaceo-rufescens etc. *In graminosis, serotinus.* (v. ic.)

6. *A. cricetorum*, pileo subturbinato plano umbilicato striato, lamellis distantibus postice latissimis albis, stipite brevi, basi pubescente. *Fries Obs.* 1. *p.* 87.

Ag. minimus, capitulo turbinato &c. *Linn. It. Öl. p.* 38! A. umbellif. *Linn. Suec.* 1192. A. pseudo-androsaceus. *Bull. t* 276. A. niveus. *Fl. Dan. t.* 1015. *f.* 1. *Hedw. fil. Obs. Eot.* 1. *t.* 3. *f. A.* A. valgus. *Holmsk. II. t.* 34.

b. griscllus. *A. S. p.* 125. A. sagittula. *Hedw. l. c. f. B.* A. ericet. *Pers. Obs.* 1. *t.* 4. *f.* 12. *Syn. p.* 472.

c. læte viridis. *Fl. Dan. t.* 1672. *f.* 1.

Color plerumque albus l. stramineus. Stipes haud unciam superans. Pileus $\frac{1}{3}$ unc. et ultra latus. Lam. basi crassiores. *Ad terram, præcipuē locis uliginosis. b. in cricetis. Majo-Nov.* (v. v.)

β. pileo subsericeo. *Buxb. C.* 11. *t.* 50. *f.* 4.

Memorabilis, antec. tenuior, albido-griseus. Stipes firmus. Pileus fusco-radiato-striatus. Hanc varietatem materiæ (Algæ forte) cuidam viridi, Cl. mucidæ instar, innascentem reperi. *Copiose ad sæpes umbrosas Scaniæ etc. Sept.-Nov.* (v. v.)

γ. velutinus, pileo griseo stipiteque velutinis, lamellis dichotomis. *Ad terram deustam. Nov.* (v. v.)

δ. nyochrous, obscure fuscus, basi strigoso-radiato.

Cum priori Cantharellum refert; est quoque *Mer. fuscus.* With. l. c. p. 149. *Ad truncos Fagi madidos. Aug. sq.* (v. v.)

*** 7. *A. tricolor*, pileo plano-umbilicato glabro ochraceo-flavo, lamellis distantibus subramosis, postice latissimis aurantio-roseis, stipite farcto. *A. S. p.* 224. *t.* 9. *f.* 5. *Fr. l. c. p.* 88.

Stipes tenax, vix uncialis, deorsum pubescens. Pileus sublævis, 3-4 lin. latus. Lam. pruinatæ. Duplex forma; altera præcocior stipite deorsum olivascente; altera serotina stipite unicolori flavo. pileo subinfundibuliformi. *In versuris, pascuis &c. varior. Jun.-Oct.* (v. v.)

8. *A. pictus*, pileo campanulato striato subfuscescente, umbilico subflavo, lamellis latissimis pallidis, stipite farcto spadiceo. *Fr. l. c. p.* 83.

A. phiala. *Schum. Sæll.* 11. *p.* 297.

Maxime singularis species, omnino constans. Stipes 2 unc. longus, glaber, basi membranula radiato-laciniata, superne dilutior. Pileus cucullatus, 2-3 lin. altus. Lamellæ distantes, albidæ, flaventes, parum decurrunt (nempe ob formam pilei), latitudine longitudinem superante. *In pinetis, perraro. Aug Sept.* (v. v.)

β *concolor*, pileo obscuro unicolori. *Fr.* 2. *p.* 220.

Stipes basi non radiatus. Huc pertinet *A. glandifer* Batsch. f 86., sed lam. perperam liberæ. *Ad terram in fagetis, silvis abiegnis &c.* (v. v.)

9. *A. campanella*, subcæspitosus, pileo convexo umbilicato striato ferrugineo, lamellis flavescentibus, stipite fistuloso spadiceo deorsum villoso.

A. fragilis. *Schæff. f. t.* 230. A camp. *Batsch. Pers. syn. p.* 469 *Nees Syst. f.* 191. *Fries Obs.* 1. *p.* 88. *Dec. fr.* 6. *p.* 47.

Accedit cum antecedente ad A fœtidum etc. inter Collybias. Stipes radicatus, firmus, 2 unc.

fere longus. Pileus 3-7 lin. latus, tenax. Lam. venis connexæ. nudæ. *Ad truncos Pini, vulgaris, etiam Americ. borealis. Majo-Oct.* (v. v.)

β badipus, solitarius, stipite farcto basi incrassato ferrugineo-tomentoso.

A. caulicinal. *Sowerb. t.* 163. *Sw. l. c.* 1808. *p.* 82. 8

Magis ad præcedentem *A. badipus* Pers. Syn. p. 318 accedere videtur, tamen et ab hujus statu senescente ægre dignoscitur. *In pinetis ad terram. Jul.-Oct.* (v. v.)

10. *A. muscorum*, pileo convexo-plano umbilicato striato stipiteque brevi basi incrassato flavofuscis, lamellis pallidioribus.

Hoffm. l. c. t. 5. *f.* 3. *Pers. syn. p.* 470. *Mart. Erl.* 431.

Stipes arcuato-adscendens. Pileus 1 unc. fere latus. Lam. horizontaliter sitæ. *Inter muscos ad arborum radices. Autumno.* (v. ic.)

†† MAJORES. Pileo submembranaceo.

11. *A. chrysoleucus*, pileo glabro albido, margine reflexo striato, lamellis confertis luteis, stipite farcto.

Ag. d. *Gled. meth. p.* 107. A. excavatus. *Leyss. Hal. n.* 1215. *Willd. Ber. p.* 389. A. mollis. *Bull. t.* 38. *Dec. fr.* 2. *p.* 170. Am. *Lam. Enc. I. p.* 107. A. chrysoleucus. *Fries Obs.* 1. *p.* 77. (*Pers. syn. p.* 457 ad sequent. potius!)

Gregarius. Stipes uncialis et ultra, teres, lutescenti-albus, basi subincrassatus. Pileus profunde umbilicatus, ita ut centro conum inversum referat, 1-2 unc. latus. Lam. angustæ. *In silvis. Aug. Sept.* (v. v.)

12. *A. chrysophyllus*, pileo flocculoso, humido luteo-fusco, sicco alutaceo-cano, lamellis distantibus stipiteque subfistuloso luteo-vitellinis.

A. trichæus. *Fries l. c. p.* 75! A. epichys. *D. A. S. p.* 222.

Ab A. trichæo Pers. *(vid. p.* 108*)* differt pileo submembranaceo, lamellisque longe decurrentibus. Stipes 1-2 unc. longus, 2 lin. crassus, æqualis, glaber, basi radicatus villosus. Pileus 1-2 unc. et ultra latus, flaccidus, margine subreflexo. Admodum pulcher, sporidiis albis. *Ad truncos cariosos pineos, frequens. Jul.-Oct.* (v. v.)

13. *A. ochracco-fuscus*, pileo convexo ochraceo fusco-squamato, lamellis pallidioribus, stipite gracili. *Mey. Essequ. p.* 301.

In terra humida Amer. meridional. Aprili.

14. *A. maurus*, pileo convexo, humido striato subfuligineo, sicco lævi sericeo-nitente livido, lamellis confertis candidis, stipite subfistuloso rigido. *Buxb. t.* 3. *f.* 1. (male.)

Species valde distincta. Stipes 1-2 unc. longus, 1 lin. vix crassus, pileo concolor, fragilis, junior farctus. Pileus forma A. chrysolauci, profunde umbilicatus, ½ - 1 ½ unc. circiter latus, glaber. Lam. fornicatæ, acutissime et longe decurrentes, medio latæ. *In paludosis alibique præcipue locis humidis adustis. Aug.-Nov.* (v. v.)

15. *A. atratus*, pileo planiusculo glabro lævi nigro, lamellis albido-griseis, stipite fistuloso tenaci glaucescente. *Fries Obs.* 2. *p.* 215.

Huc *A. nigrellus* A. S. p. 222. Affinis A. ambusto; subsimiles species vide etiam sub Hyporhodio. Stipes uncialis, glaber. Pileus subnitens. Lam. leviter decurrentes. *Locis graminosis, ericetosis; etiam deustis. Sept. Oct.* (v. v.)

16. *A. parilis*, pileo subconvexo lævi cano, umbilico villoso, lamellis griseis, stipite subfarcto nigricante-cinereo. *Fries l. c. p.* 214.

Stipes 2 unc. longus, 2 lin. crassus, firmus. Pileus uncialis. Lam. vere decurrunt. *In pineto, semel. Jul.* (v. v.)

17. *A. affricatus*, pileo subinfundibuliformi albido, squamulis pilosis cinereis, lamellis latis stipiteque fistuloso griseis. *Fries l. c. p.* 213.

Videtur *A. tigrinus* A. S. p. 220; statura A. ericetorum majoris. Stipes uncialis, 1 lin. crassus. Pileus ½ unc. latus, margine deflexo. *In paludosis sat frequens. Majo, Jun.* (v. v.)

18. *A. Epichysium*, tener, cinereo-nigricans, pileo infundibuliformi striato, lamellis linearibus, stipite subfarcto tenaci, basi villoso.

Pers. syn. p. 462. *Ic. pict. t.* 13. *f.* 1. *Fr. l. c.* 1. *p.* 82.

Fungus exsiccatus expallens cano-opacus, pileo lævi (etiam flocculoso-subsquamoso) subtericeo. Stipes 1 unc. longus et ultra, æqualis. Pileus ½ - 1 unc. latus, margine deflexo. Lam. angustæ, subdistantes, albido-cinereæ. Occurrit etiam multo major, pileo flexuoso, etc. *Ad truncos madidos Salicis, Fagi &c. vulgaris. Jul.-Oct.* (v. v.)

β. icmadophilus, tener, fragilis lamellisque plano-decurrentibus obscure cinereis.

Inter Sphagna. (v. v)

19. *A. obliquus*, tenuis, pallide cinereus, pileo subinfundibuliformi glabro obliquo, stipite crasso.

Pers. ic. pict. t. 13. *f.* 3.

Solitarius. Stipes subfarctus. Species quoad locum dubia et ulterius, an constans sit, inquirenda. *Ad terram.* (v. ic.)

20. *A. hydrogrammus*, lividus, exalbicans, pileo glabro margine striato, lamellis confertis, stipite fistuloso subcompresso, basi radicato strigoso. — *Bull. t.* 564. *f. A.*

Gregarius l. cæspitosus, in statu sicco albidus et cum A. phyllophilo facile commutatus. Stipes tortus, subundulatus, glaber, tenax, 2-3 unc. longus. Pileus submembranaceus, profunde umbilica-

tus, flaccidus, 2 unc. latus, margine patente, Lam. longe decurrentes, medio latiores. Variat forsan rufus; de cetero diversissimas admiscet Bulliard. *Inter folia decidua locis subhumidis. Sept.-Nov.* (v. v.)

Subtr. 2. COLLYBARIA.

CHAR. Stipes spongioso-farctus, dein cavus elasticus, firmus, æqualis l. sursum attenuatus, sæpe compressus, fibrillosus l apice squamuloso-pruinatus. Pileus carnoso-membranaceus (e membrana duplici compositus!) plano-depressus l. infundibuliformis; humidus pellucido-striatus, siccus lævis expallens, margine juniori involuto. Substantia tenax, humida aquosa. Lam totæ adnatæ, nec nisi ob pileum sæpe profunde depressum spurie decurrentes, postice obtusiusculæ, integerrimæ. *Color lividus, fuscus &c.* (A. fimbriatus, inornatus etc.)

Obs. Fungi medii, l. majores, solitarii plerumque terrestres et serotini, haud esculenti. Utrum cum CLITOC. (Dasyph.) *Collyb.*, an cum OMPHALIIS *Mycen.* major sit affinitas, dijudicare vix audeo; cum utrisque certe maxima.

* 21. *A. difformis*, pileo subumbilicato glabro, livido exalbicante, lamellis albidis, stipite cavo æquali nitido. *Pers. p.* 462. *Fr.* 1. *p.* 81.

Proximus A. fumoso. Stipes 2-3 unc. longus, 1-2 lin. crassus, tenax, albus! glaber, sed sæpe apice pruinatus; in majoribus etiam undulatus et compressus. Pileus convexo-planus, uncialis circiter, margine passim undulato, demum rimoso; humidus striatus lividus, siccus lævis albido-nitens. Lam. planæ, adnatæ, raro subdecurrentes, distantes, latæ. *In pinetis, locis humidis, vulgaris. Aug.-Nov.* (v. v.)

β. *styglus*, pileo campanulato umbilicato, lamellis adnexis ventricosis, stipite tenui gracili longissimo. *Inter Sphagna profundiora.* (v. v.)

22. *A. incomtus*, pileo planiusculo fibrilloso-piloso griseo, lamellis attenuatis lividis, stipite fistuloso æquali obscure cinereo. *Fr.* 2. *p.* 212.

Stipes 2 unc. fere longus, inferne fibrillosus. Pileus tenuis, $\frac{1}{2}$ - $\frac{3}{4}$ unc. latus, fibrillis obscurioribus, margine striatus reflexus. Lam. obovatæ, sordide albæ. *In Sphagnosis profundis. Majo, Jun.* (v. v.)

** 23. *A. brumalis*, inodorus, pileo infundibuliformi lævi glabro griseo, lamellis subdecurrentibus lutescentibus, stipite farcto æquali. *Fries l. c. p.* 206.

Videtur *A. cinerascens* Batsch f. 101, immo et varietas *A. obconicus* Schum. p. 329. Color e livido lutescens. Stipes dein cavus, 1-2 unc. longus, 2 lin. et ultra crassus, glaber, lividus. Pileus uncialis lacteus, margine reflexus. *In pinetis. Oct. Nov.* (v. v.)

24. *A. fragrans*, olidus, pileo planiusculo sordide pallido, sicco albo, lamellis distinctis stipiteque cavo attenuato albis.

Sowerb. t. 10. *With.* 4. *p.* 161. *Pers. syn. p.* 455. *Swartz l. c.* 1808. *p.* 245. A. gratus. *Schum. p.* 277.

Odore grato aniseo mox dignoscitur. Stipes 2-3 lin. crassus, basi villosus, apice rarius pruinatus. Pileus 1-2 unc. latus, subflaccidus; humidus margine striatus, colore vario pallido livido, lutescente, fuscescente etc. Lam. subconfertæ. *In graminosis muscosis, arvis &c. frequentissimus. Aug.-Dec.* (v. v.)

25. *A. ditopus*, olidus, pileo infundibuliformi glabro cinereo, dein undulato-lobato, lamellis confertis, stipite cavo subcompresso. *Fries l. c.* 1. *p.* 91.

Odor farinæ recentis! Stipes æqualis, lævis. Pileus tenax, lævis, fuscus, 1-2 unc. latus, sæpe omnino regularis, margine inflexo; sed subinde excentricus etc. Lam. tenues, confertæ, cinereæ.

Omnium hujus tribus distinctissima, habitu triviali. Sero autumno, quo reliqui optime vigent, modo putrescens reperitur. *In pinetis. Jul.-Sept.* (v. v.)

26. *A. metachrous*, inodorus, pileo subconvexo glabro lævi dein planiusculo, lamellis confertis albidis, stipite dein cavo æquali sursum pruinato.

Am. *Holl. helv.* 2466. A. cyathif. *Bull. t.* 248. A. dicolor. *Pers. syn. p.* 462.

Fallacissima species, nisi ex professo observetur; sed optime distincta. Stipes tenax, 1 ½ unc. et ultra longus, nunc teres 2 lin., nunc compressus, 3-4 lin. crassus. Pileus leviter carnosus, primo vix depressus!, dein umbilicatus, uncialis et ultra; humidus *dein* pellucidus, striatus; siccus lævis subalbicans. Lam. non decurrunt, immo postice subinde secedunt *(Fries Obs.* 1. *p.* 80.) a) pileo juniori cinereo; dein *livido*, sicco albido. Harum formarum extremitates dissimillimas! sistunt *A. met. mortosus* Fr. 2. p. 210 et *A. vibecinus* l. c. p. 209 b) lutescens. *A. obsoletus* Batsch. f. 103. c) incarnatus, caute ab A persicino et diatreto distinguendus! Huc et referri posset *A. obsolescens* Batsch. f. 104. *Vulgatissimus ad terram. c. in pinetis densis. Sept.-Dec.* (v. v.)

*** 27 *A. oniscus*, lividus, pileo submembranaceo plano striato, lamellis distantibus, stipite fistuloso. *Fries l. c. p.* 209.

Hunc *A. cespitosus* Bolt t. 41. f. C. refert, sed de cetero dubius et A. tardi forsan var. tenuis. Stipes uncialis, subadscendens, lævis, 1-2 lin. latus. Pileus sparsim striatus, 1 - 1 ½ unc. latus. Lam. non decurrunt. *Inter muscos ad terram l. truncos vetustos, raro. Oct.-Dec.* (v. v.)

28. *A. expallens*, pileo subcarnoso umbilicato, humido striato, lamellisque distantibus cinereis, stipite farcto æquali tenaci.

Buxb. Cent. IV. t. 3. f. 2. Pers. syn. p. 461. Fries Obs. 1. p. 80.

Medius inter antec. et sequentem, a quo differt magnitudine minori, substantia tenuiori, colore e. s p. Pileus expallens, planiusculus. Lam. subdecurrunt, distinctæ, obscure cinereæ etc. *In silvis ad terram & inter muscos. Aug. Oct.* (v. v.)

29. *A. cyathiformis*, pileo subcarnoso infundibuliformi lævi glabro nigrescente-umbrino, margine reflexo, lamellis distantibus cinerascentibus. stipite elastico sursum attenuato.

Vaill. par. t. 14. f. 1—3. A. concavus. *Scop. p. 449.* A. sericeus. *Plan. Erf. p. 276.* A. infundibulum. *Leyss. Hal. p. 217.* Am. *Hall. n. 2449.* A. cyathif. *Bull. t. 575. 568. f. 1. Dec. fr. 2. p. 170.* A. sordidus. *Dicks. Cr. 16. t. 3. f. 1. Bolt. t. 59. Sowerb. t. 363.* (justo minor & pallidus.) A. tardus. *Pers. syn. p. 461.* A. cyathif., obcampanulatus & umbrinus. *Schum.*

Stipes 2-4 unc. longus, subfibrillosus, basi villosus, farctus, demum etiam cavus, umbrinus. Pileus 1 ½ - 3 unc. latus, etiam humidus lævis, siccus vero expallens. Lam. tantum adnatæ, sed ob pilei formam decurrentes apparent, distinctæ, subinde furcatæ. In ligno putrido, locis umbrosis, colore incarnato et lutescente reperi! Insuper sequentes synonymorum caussa formæ notandæ: b) *purpurascens*, pileo fusco-purpurascente, stipite æquali striato. *A. purpureus*, Schum. Sæll. p. 325. c) *macrocyathus*, pileo umbrino demum undulato, stipite reticulato. *A. cyathoides.* Bolt. t. 145. Pers. syn. p. 460 Fr. Obs. 2. p. 205. d) *aithopus*, minor, pileo fusco, margine involuto, stipite reticulato. *A. clavatus.* Wither. *A. aithop.* Holmsk. 2. t. 41! Nees Syst. f. 192. e) pileo in siccis rimoso-squamoso pallido. *A. dicolor* b. A. S. p. 221. Plures ut reticeam. *Ubique ad terram & truncos mucidos, parce Aug. Sept. pluviosis; copiose Oct. Nov. sæpe per hiemem mitem persistens.* (v v)

Obs. Organisma motu carentia *tarda* dici nequeunt.

30. *A. trullæformis*, pileo carnoso infundibuliformi lævi subvilloso cinereo, margine patente, lamellis connexis candidis, stipite striato.

Stipes prioris; sed brevior, cinereus, deorsum totus villosus. Pileus magis carnosus, 2 unc. latus, siccus. Caro nivea. Lam. latiusculæ, subdistantes. *In dumetis Scaniæ, raro. Oct.* (v. v.)

Species inquirendæ:

1. A. murinus. *Sow. t.* 162. Ad plures (ex. gr. A. metachrorum) citari posset; etiam ad Hyporrh. incanum.

2. Hydrophorus luxurians &c, *Batt, t.* 21. *f. D.* A, tardi videtur monstrositas.

Subtrib. 3. LENTISCYPHI.

CHAR. Substantia carnoso-coriacea, lenta!, qualis in nullo antec. Agarico. Stipes solidus, firmus, in pileum diffusus. Pileus subinfundibuliformis (sæpe inæqualis et squamosus), duriusculus. Lamellæ decurrentes, margine tenues et hinc sæpe laceratæ. *Lignatiles.*

Obs. Tribus distinctissima, olim forsan propria series!, cui etiam adnumerandæ Pleuroti nonnulli v. gr. A. flabelliformis, quibus proxime accedit. Vacillat vero adhuc character et specierum series, cum plurimæ species regionibus calidioribus privæ, in quibus vero præ ceteris vulgares videntur, saltim ab substantiam lentam conservabilem nobis præ ceteris notæ. Sic et paucæ apud nos obviæ semper vernales l. æstivales sunt. Sæpe odoræ etc.

* 1 a. *A. Tuber regium*, pileo infundibuliformi tuberculoso glabro cinereo, lamellis tenuibus, stipite æquali glabro, tuberibus innato. *Rumpf. Amb. XI. p.* 120. *t.* 57. *f.* 4.

Memorabilis, ample l. c. descriptus! Matrix est corpus (Scleroderma?) pugni magnitudine et ultra. Stipes 3-4 unc. Pileus oris primo reflexis,

dein fissis, 1-2 unc., junior mollis et coctioni aptus; sed vetustus lentus etc. Radix in diarrhoea et aliis morbis laudatur. *In Omæ, Goroniæ, Ternatæ aliarumque insul. Moluccarum montibus. Apr. Oct.* (v. ic.)

1. b. *A. Sajor caju*, pileo convexo profunde umbilicato glabro, lamellis tenuibus æqualibus, stipite brevi glabro. *l. c. p.* 125. *t.* 56. *f.* 1.

Priori affinis Stipes vix uncialis, 2-3 lin. crassus. Pileus dein fissus, magn. nummi imperialis, substriatus. Variat albus, gilvus, ruber et cinereus Adultus coriaceus, junior esculentus. *In ramis deciduis, ad radices vetustas Amboinæ.* (v. ic.)

** 2. *A. Esscquiboënsis*, ochraceus, pileo infundibuliformi piloso-tomentoso, margine reflexo, stipite tenerrimo lævi. *Mey. Essequ. p.* 301.

Sequenti videtur nimis affinis. Lam., ut in reliquis, decurrentes. pileo pallidiores. *In ligno putrido Americæ meridionalis. Aprili.*

3 *A. crinitus*, pileo infundibuliformi villoso purpureo, lamellis æqualibus dentatis, stipite filiformi lævi.

Brown. jam. t. 15. *f.* 1. *Plum. Cat. fil. p.* 227. *f. B.* A. crin. *Linn. Spec. Pl.* 2 *p.* 1644. *Aubl. Guaj. p.* 972.

Stipes pennæ crassitie. Pileus turbinatus, marginibus replicatis, undique pilis tenuissimis adscendentibus. Lam. tenuissimæ. *Cum priori.* (v. s.)

4. *A. Bertieri*, pileo infundibuliformi squamoso hirsutissimo cervino, lamellis concoloribus, stipite brevi furfuraceo pallido.

A. crinit. *Bert. ap. Spreng. V. A. H.* 1820. *n.* 19.

Stipes vix uncialis. Pileus unciam haud superans, pilos habet longissimos rigidos, squamulis interstinctos Lam. subdecurrentes. *In cortice putrido Bignoniæ pentaphyllæ, Guadelupæ.*

*** 5. *A. Battaræ*, pileo inæquali depresso albido, squamis obscurioribus, lamellis squamisque stipitis tenuis rufescentibus. *Batt. t.* 28. *H.*

Stipes rigidus, uncialis, squamis imbricatus. Pileus rigidior, uncialis, subconvexus, squamis virescentibus et rufis permixtis ornatus. Lam. confertæ. *Ad Populos nigras Italiæ, vere.* (v. ic.)

6. *A. Dunalii*, pileo inæquali albido, squamulis nigricantibus, lamellis inæqualibus albis, stipite æquali basi squamuloso. *Dec. fr.* 6. *p.* 47.

Specimina 5-6 gregaria, basi leviter cohærentia. Stipes molliusculus, albidus, inferne squamulis nigricantibus perexiguis. Pileus, etiam excentricus, margine revolutus. Caro tenuis; odore grato. *Ad truncos Salicis vetustos prope Montpellier, vere.*

7. *A. tigrinus*, pileo regulari umbilicato albido, squamis pilosis nigricantibus, lamellis denticulatis albis, stipite tenui minute squamoso

Batt. t. 12. *A. - D.* formæ variæ. — Ag. c. *Gled. p.* 131. Ag. tigr. *Bull. t.* 70. *Sowerb. t.* 68. *Pers. syn. p.* 458. *Dec. fr.* 2. *p.* 169. Am. *Lam. Enc.* 1. *p.* 107.

Similis A. affricato, sed substantia et loco diversissimus. Stipes albidus, 1-2 unc. longus. Pileus tenuis, 2 unc circiter latus, demum margine fissus. *Ad truncos arborum frondosarum, Europæ præsertim australioris. In Scania semel. Majo, Jun.* (v. v.)

8. *A. lepideus*, pileo compacto inæquali dilute ochraceo, squamis maculæformibus obscurioribus, lamellis laceris, stipite valido squamoso.

Buxb. Cent. IV. t. 25. A. squamosus. *Schæff. t.* 29, 30. *Dicks. Crypt.* 2. *p.* 24. Am. crispa. *Lam. Enc.* 1. *p.* 105. A. tessulati var. *A S. p.* 226. A. tigrinus. *Schum. p.* 313. A. lepid. *Fries Obs.* 1. *p.* 21.

b. monstrositas, stipite longo, curvo, pileo parvo &c. Fung. anguinus. *Androv. Dendrol. p.* 117. ic. A. tubæformis. *Schæff. t.* 248, 249. *Sowerb. t.* 382. *Fl. Dan. t.* 1438.

c. totus ramosus, absque pileo. F. gallipes. *Androv. l. c.* Fucus. *Fl. Dan. t.* 405. Cl. cornuta. *Retz.* Elv. serpentif. *Batsch*, Ramar. ceratoid. *Holmsk. 1. p.* 101. *c. ic.*

Nisum fungorum præcipue epixylorum in formas monstrosas abeundi optime perspicies e comparatis icon. Buxbaumii et Holmsköldii. Magnitudo variat; ut et situs solitarius et gregarius. Stipes brevis, durus. Pileus variat convexus et depressus, centralis et lateralis, 2-4 unc. latus. Legi specimina pileo hemisphærico diffracto-squamoso albo etc. *Ad truncos pinios, copiose. Majo, Jun. sed in Aug. usque emortuus persistit. b. & c. in cryptis, cellis, canalibus ligneis &c.* (v. v.)

**** 9. *A. jugis*, albus, perennis, sublobatus, stipite squamoso, lamellis raris dentatis.

A. odorus. *Vill. Delph. 2. p.* 1015.

Ob pileum juniorem viscosum et, ut videtur, lævem distincta species Odore grato cum *A. cochleato* aliisque hujus tribus convenit. *In Delphinatu.*

10. *A. flos*, flavus, pileo subinfundibuliformi sub-5-lobo, lobis inæqualibus, lamellis inæqualibus undulatis, stipite brevi crasso subvilloso. *Meyer l. c.*

Faciem floris Didynamiæ refert hæc peculiaris species, cujus plura specimina exsiccata eadem structura gaudent. Lobi tres majores margine reflexi. *In ramis emortuis Americæ. Jul.*

11. *A. suffrutescens*, pileo convexo dein infundibuliformi sublateritio, stipite ramoso sublignoso albovirescente. *Brot. Lus. p.* 466.

Solitarius l. gregarius. Stipes 4-6 unc. longus, spongioso-lignosus, unde per multos annos persistens, valde ramosus, ramis pileoliferis 12-20. Lam.? *In lignis humidis cellarum olearium & vivariarum Conimbricæ. Aut. hieme.*

12. *A. cochleatus*, cæspitosus, pileo tenaci sublobato contorto glabro rufescente, lamellis dentatis pallidis, stipite firmo sulcato rufescente.

Dill. in Raji. Syn. p. 5. n. 23. **A. cornucopioid.** *Bolt. t. 8.* (non acurate.) A. confluens. *Sowerb. t. 108.* **A. cochl.** *Abb. Schw. 3. Pers. syn. p. 450. A. S. p. 218. Fries Obs. 1. p. 74.*

b. minor, pileo excentrico. A. dentatus. *Abb. Schw. 3. Pers. syn. p. 476. A. S. p. 227.* A. intermed. *Schum. p. 361.*

Odor gratus, aniseus, persistens. Stipes 1-3 unc. longus et ultra, raro lævis. Pileus variat regularis, colore albido, flavescente; uncialis et ultra. Lam. albidæ, subincarnatæ. *Ad truncos vetustos varios vere & autumno.* (v. v.)

Species inquirendæ:

1. Fungus ramosus, albus &c. *Mich. t. 79. f. 3.*
2. Polymyc. luxurians. *Batt. t. 23. B.*
3. A. plumatus. *Walt. Car. p. 261.*
4. A. ramosus. *Lour. Cochin. II p. 692.* Pileus villosus, cinereus, stipite ramoso. *Ad truncos.*

Trib. XII. PLEUROTUS.

Fung. esc. gen. V. *Clus.* &c. Agarici spec. *Veter. ord. VII. Mich. p. 122.* Agar. acaules. *Linn. & Auct.* Aman. sessiles *ad part. Hall. helv. 3. p. 151.* Ag. dimidiati annui. *Scop. p. 458.* Ag. obliqui & dimid. *ad p. Batsch. El. p. 87, 95.* Pleuropi sp. *Pers. syn. p. 472.* Pleuropus, Crepidotus, Apus, Resupinatus ad p. *Nees Syst. p. 194-197.*

CHAR. Statura admodum varia; sed pileus constanter inæqualis, excentricus l. lateralis. Stipes, quando præsens, solidus, firmus. Lamellæ inæquales, exsuccæ, immutabiles, postice acutæ. Sporidia alba.

Obs. Nomen a πλευρον. Fungi persistentes, arborei, innocui, multi cibarii; de cetero maxime discrepantes, ut Leucospori subseriem potius, quam tribum efficiant. Subtribus maxime vero naturales:

1. LEPIOTARIA. Velum universale. Pileus compactus, horizontalis.
2. CONCHARIA. Velum nullum. Pileus carnosus. Lamellæ decurrentes.
3. ÆGERITARIA. Velum nullum. Pileus carnosus, junior horizontalis. Lam. determinato-desinentes.
4. OMPHALARIA. Pileus carnosus, junior resupinatus. Lam. in puncto excentrico concurrentes.
5. MYCENARIA. Pileus membranaceus. Lam. adnatæ l. in puncto concurrentes.

Tribus Illustriss. Neesii, cum Polyporis &c. eximie analogas, lubentissime retinuissem, nisi utpote artificiales species maxime affines nimis separarent ex. gr. Mycenarias; & plurimæ species simul stipite excentrico, laterali & nullo occurrerent. Resupinati omnes adulti reflexi e. s. p.

Subtr. 1. LEPIOTARIA.

CHAR. Velum simplex, subuniversale, concretum, fugax. Stipes durus, excentricus lateralisve, squamosus. Pileus carnosus, compactus, epidermide sicca in squamas secedente, e convexo explanatus. Lamellæ decurrentes, subdistantes, distinctæ, albæ.

Obs. Fungi compacti, autumnales, tam affines, ut de specifica differentia dubia non possim non movere. Velum Lepiotæ, statura magis Armillariæ v gr. A. mellei. Leucomyces reniform. *Batt. t. 7. D.* h. l.?

1. *A. corticatus*, cæspitosus, amplus, pileo floccoso-villoso squamoso cinereo, stipite excentrico incurvo fibrilloso, velo lacero albo. *Fries Obs.* 1, *p.* 92.

   b. *tephrotrichus*, minor &c. *l. c. p.* 94.

Stipes 1-2 unc. longus, 1 unc. crassus. Pileus 2-6 unc. latus, margine involutus, albicans. Lam. latæ, postice anastomosantes. *Ad truncos Fagi cariosos*, b *Coryli*. *Sept.-Nov.* (v. v.)

2. *A. Albertini*, cæspitosus, pileo dilute fuligineo, squamis pilosis nigricantibus, stipite laterali

squamoso, annulo fuligineo. A. Lepiota. *A. S. p.* 229.

Pileus convexus, 4-5 unc. latus, squamis latis adpressis Lam. latæ, candidæ. Stipes brevis, crassus, subverticalis. *Ad truncum abiegnum Lusatiæ. Sept.*

3. *A. dryinus*, solitarius, durus, pileo obliquo subglabro albido squamis fuscescentibus, velo fugaci

A. dimidiat. *Schæff. t.* 233 (non bene.) A. dryinus. *Pers. syn. p.* 478. *A. S. p.* 228. *Nees Syst. f.* 177.

In adultis velum non observatur. Stipes uncialis, subradicatus, albus, subsquamulosus, fere ligneus. Pileus valde excentricus l. marginalis, planiusculus, 2 unc. circiter. Lam. angustæ, postice simplices, albæ l. exsiccatæ flavescentes. *Ad truncos Quercus, Mali &c. Aug.-Nov.* (v. v.)

Subtr. 2. CONCHARIA.

CHAR. Velum nullum! Stipes præsens lævis l. nullus. Pileus carnosus, tenax, epidermide contigua. Lamellæ *decurrentes*, subinde divisæ.

Obs. Fungi firmi, lignatiles, persistentes, plures esculenti. Substantia tenax.

* *pileo semper integro.*

1. *A. pulvinatus*, pileo pulvinato subrepando excentrico albido subincarnato, lamellis confertis integerrimis, stipite glabro brevi. *Pers. Syn. p.* 370.

Substantia compacta, suberoso-carnosa. Stipes ½ unc. longus et crassus, albus. Pileus 4 unc. latus, dein planus, glaber, subinde rugulosus. Lam. tenues, fornicatæ, 2-3 lin. latæ. Edulis forsan. *Ad truncos, rarissime. Sept.* (v. v.)

2. *A. Orcellus*, pallidus, pileo depresso subexcentrico maculato, lamellis confertis integerrimis, stipite glabro deorsum attenuato albo.

Orcella. *Batt. t. 39. f. A. B.?* A. orc. *Bull. t. 573. f. 1., 591. Pers. syn. p. 473. Dec. fr. 2. p. 138.*

Gregarius. Stipes 1-2 unc. longus, lævissimus, sæpe adscendens; etiam omnino centralis. Pileus leviter sinuatus, junior convexus, sæpe ellipticus, 2-4 unc. latus. Color alutaceus l. incarnatus, "flavo-cinereus l. plumbeus" Batt. *Ad truncos Galliæ.* (v. ic.)

3. *A. Chama*, subsessilis, albus, pileo valde concavo, lamellis serratis sordide albis. *Bosc in Mag. Naturf. Fr. Per.* 1811. *p.* 83.

Cara albissima mollis, sicca lenta. Pileus sæpe ½ pedalis; 3 unc. crassus. Lam. nonnullæ crispæ. *Ad truncos Quercus, Carolinæ.*

4. *A. torulosus*, pileo tenaci depresso alutaceo-rubescente, lamellis subcrispatis pallidioribus, stipite brevi griseo-tomentoso.

A. carneo-tomentosus. *Batsch. El. f. 33. Nees Syst. f. 176.* A. torul. *Pers. syn. p. 475. A. S. p. 227.*

Substantia tenacissima. Stipes crassus, tomento subinde violascente etiam mihi obvius. Pileus demum fere infundibuliformis, colore varius, subinde maculatus, 2-3 unc. latus. *Ad truncos Betulæ. Jul.-Oct* (v. v.)

5. *A. inconstans*, pileo tenaci depresso subintegro flexuoso subrufescente, lamellis subramosis basi crispis pallidis, stipite brevi fuligineo.

A. dimidiat. *Bull. t. 517. f. O.* A. flabelliformis, *Schæff. t. 43, 44.* A. inc. *Pers. syn. p. 475.*

Stipes radicatus, vix uncialis, ½ unc. usque crassus, lævis, subinde lateralis. Pileus etiam dilute ferrugineus, substriatus, 3-4 unc. latus. *Ad truncos v. g. Fagi, jam præcox; etiam Amer. borealis.* (v. ic.)

* * *pileo integro dimidiatoque:*

6. *A. conchatus*, pileo tenaci difformi cinnamomeo-incarnato, lamellis integerrimis stipiteque brevi irregulari basi pubescente pallidis.

Bull. t. 298. *With. p.* 301. *Fries Obs. 2. p.* 224. *A. salignus. Sw.* 1808. *p.* 252.

A priori omnino diversum censeo. Cf. Dec. fr. 2. p. 137. Gregarius. Stipes haud uncialis, subinde nullus. Pileus flaccidus, lævis. Lam. basi non anastomosantes, crassiusculæ, haud confertæ. Variat colore ochraceo, præsertim in siccis. *Ad truncos vetustos Betulæ, Populi &c. Jul.-Sept.* (v. v.)

7. *A. spodoleucus*, subsolitarius, pileo plano subæquali cinereo, lamellis simplicibus albis, stipite glabro. *Fries* 1. *p.* 93.

Simillimus sequentibus. Pileus subinteger. Lamellæ non anastomosantes, eglandulosæ, angustæ. Forte cum tribus sequentibus unius speciei forma. *Ad truncos Fagi, raro. Sept. Oct.* (v. v.)

8. *A. glandulosus*, cæspitosus, pileo compacto sublaterali dilute badio, lamellis glandulosis candidis, stipite glabro.

Bull. t. 426. *Pers. p.* 476. *A. S. p.* 223. *Dec. p.* 136.

Magnus, horizontalis, raro verticalis. Substantia compacta, molliuscula. Stipes brevis, crassus, subinde nullus. Pileus subinde lobatus, lævis, 4-6 unc. latus. Lam. latæ, basi etiam anastomosantes. *Ad truncos Populi, Juglandis, "Sambuci racemosæ", non ubique. Oct.-Dec.* (v. v.)

9. *A. ostreatus*, cæspitosus, pileo carnoso glabro e nigricante-cinereo expallente, lamellis postice anastomosantibus eglandulosis albis, stipite sublaterali.

Fungus arboreus, mollis. *Raji Hist. III. p.* 18. *Syn. p.* 5. A. dimidiatus. *Bull. t.* 508. A. nigricans. *Flor. Dan. t.* 892. A. ostr. *Jacq. Austr. t.* 288. *Curt. Lond.* 1. 6. *Sowerb. t.* 241. *Pers. syn. p.* 477. Id., A. glaucoumbrinus, crispatus. *Schum.* A. atro-albus. *Otto p.* 102.

Pileus junior nigrescens, mox fuscus l. cinereus, dein expallidus, tandem flavescens, inde va-

riæ apud Auctores varietates. Stipites breves, firmi, basi strigosi, etiam nulli. Imbricatus, variabilis. Edulis. *Tratt. essb. Schw t. O. Ad caudices arborum, ubique. Vere & Autumno.* (v. v.)

ε. flavocinereus, pileo cinereo-subrufescente, lamellis margine flavis. *Pers. Ad truncos Quercus.*

γ dryadeus, pileo cinereo-lutescente, squamuloso. *Fl. Dan. t.* 1616.

δ. A. reticulatus, lamellis fusco-violaceis. *Schum. p.* 363.

10. *A. salignus*, gregarius, pileo dilatato, basi depresso substrigoso, lamellis subramosis albidis, stipite tenaci albo-tomentoso.

A. sal. *Pers. syn. p.* 478. *Tratt. Oest. Schw. t.* 4. *f.* 8.

a. A. ochraceus. *Abbild. Schw.* 3.

b. A. fuligineus. *Pers. Obs.* 2. *p.* 45. *A. S. p.* 229.

Tres occurrunt formæ; fuliginea, alba et ochracea, ætate modo diversæ. Stipes excentricus l. lateralis, subinde nullus. Pileus convexus, 4-6 unc. latus. *Ad truncos Fagi, Salicis, Alni &c. Oct.-Jan.* (v. v.)

*** *pileo constanter dimidiato, subadscendente.*

11. *A. petaloides*, adscendens, pileo spathulato albido fuscescente, disco stipiteque subvillosis, lamellis confertis linearibus albis.

Batt. t. 9. *f. E.* A. pet. *Bull. t.* 226, 557. *f.* 2. *Dec. fr.* 2. *p.* 136. A. spath. *A. S. p.* 229.

Gregarius, statura varius, distinctissimus. Stipes teres l. compressus, ½ unc. circiter longus, etiam subnullus. Pileus carnosus, planiusculus, uncialis circiter, subglabriusculus. Lam. 1 lin. latæ, distinctæ, confertissimæ. *Ad truncos Fagi "Abietis" &c. Sept. Oct.* (v. v.)

β. spathulatus, erectus, spathulæformis, pileo alutaceo pallido, disco spongioso-squamuloso, stipite canaliculato.

A. anomal. *Pers. Obs.* 1. *t.* 4. *f.* 1. A. spath. *Pers. syn. p.* 479. *Sw. l. c.* 1808. *p.* 256. *Nees Syst. f.* 178. (*Mich. t.* 65 *f.* 2. ?)

Major. Stipes tomentosus. Pileus margine reflexus, strictus. *Locis umbrosis terrestris!* (v. s.)

12. *A. dorsalis*, adscendens, subsessilis, fulvus, pileo spathulato floccoso. *Bosc l. c. t.* 4 *f.* 4.

Stipes brevis, 2 lin. circiter longus. Pileus 1-2 unc. latus, demum lobatus, majorum reniformis, pilis floccosis pallidioribus squamosus. Substantia tenax. *In Pinu australi Carolinæ.* (v. ic.)

13. *A. lamellirugus*, pileo oblongo plano sordide albo, lamellis connexis transversim venosis croceis. *Dec. fr.* 6. *p.* 44.

Statura A. petaloidis. Stipes brevis, subinde obsoletus. Pileus horizontalis, marginibus revolutis. Lam. aurantio-pallidæ, anastomosantes. *Ad ramos vetustos Galliæ, Oct.*

14. *A. porrigens*, candidus, pileo adscendente sessili auriformi subglabro, lamellis angustis linearibus integerrimis.

A. abietin. *Schrad. spic. p.* 134. A. palmat. *Schum. p.* 362. A. porr. *Pers. Obs.* 1. *p.* 54. *Syn. p.* 480. *A. S. p.* 230. *Fries Obs.* 2. *p.* 230.

Species distinctissima, A. petaloidi proxima. Imbricatus, magnitudine varius, subflaccidus; basi porrecta, sæpe tomentosa, rarissime stipitem exserente. Pileus lævis, margine tenui inflexo, in majoribus lobato. Lam. juniores venosæ, subdivisæ. *Ad truncos Pini, ubique. Jul.-Nov.* (v. v.)

15. *A. pinsitus*, explanatus, candidus, pileo molli sessili sericeo-villoso, lamellis sublatis obscurioribus.

Huc *A. mollis* Schæff. t. 213. f 2. Mollis, flaccidus, leviter carnosus, haud tenax, 1 ½ unc., antice latior, margine evolutus. Lam. latiusculæ, simplices, ad basin decurrentes. Sporidia albida!

Odor farinæ recentis. *Ad truncum quercinum. Sept. Oct.* (v. v)

16. *A. Djamor*, imbricatus, pileo glabro subpunctato rubente, dein albido, lamellis latis, stipite glabro aut nullo. *Rumpf. Amb. XI. p.* 125. *t.* 56. *f.* 2, 3.

Esculentus, carnosus, varians colore et forma. Margo demum fissus. Aliæ ibidem descr. species vix definiendæ. *In arboribus Amboinæ.* (v. ic.)

17. *A. ursinus*, imbricatus sessilis, pileo laterali adscendente tenaci rubescente, basi plerumque fusco-tomentoso, lamellis crenatis albidis.

Substantia tenuis, coriacea concolor. Stipes semper deest. Pileus difformis, sublobatus, rugosus, testaceo-incarnatus, aut glaber aut ad medium tomento rufofusco tectus. Lam. ad basin decurrentes, 4-6 lin. latæ, laceræ. *Ad truncos cariosos Fagi. Per totum Aut.* (v. v.)

18. *A. flabelliformis*, pileo planiusculo glabro cervino, margine lamellisque crenatis, stipite brevi aut nullo.

Mich. t. 65. *f.* 1. (huc citatur, at male congruit.) *Bolt. t.* 157. *Pers. syn. p.* 479. A. reniform. *With. p.* 304.

Priori affinis, at distinctus. Pileus 2-3 unc. latus, lacerus, dilute fuscus. Lam. latiusculæ. *Ad truncorum latera.* (v. ic.)

Species inquirendæ:

1. Am. *Hall. helv. n.* 2380.
2. Bolet. v, auris muris dictus. *Rumpf. p.* 126. *t.* 56. *f.* 4.
3. Agaric. excentricus. *Schum. p.* 361.
4. A. fornicatus. *Pers. syn. p.* 474. Similem vidi torulosi formam; sed *A. carnosus* Bolt. t. 146. A. serotino affinior.

Icones Michelianæ hujus "ordinis" minus fidæ.

Subtr. 3. ÆGERITARIA.

CHAR. Velum nullum. Stipes excentricus l. lateralis, raro obsoletus. Pileus carnosus, tenax, irregularis, junior etiam horizontalis. Lamellæ non decurrentes, etiam quando ob stipitis pileive formam fornicatæ, determinato-desinentes.

Obs. Fungi serotini, lignatiles, inodori, una species sapore stiptico notabilis. Plures esculenti videntur; larvis valde infesti.

1. *A. ulmarius*, pileo compacto glabro pallescente, lamellis emarginatis albis, stipite valido adscendente subtomentoso

Batt. p. 44. t. 9. A. A. ulm. *Bull. t. 510. Sowerb. t. 67. Dec. fr. 2. p. 138. Pers. syn. p. 473. Sibth. ox. p. 345. Swartz l. c. p. 251. A. S. p. 226.*

b. *epiphegus*, minor, albido-lividus, lamellis rotundatis. *Fries Obs. 1. p. 92.*

Solitarius l. cæspitosus. Stipes incurvus, radicatus, subbulbosus, mollis, elasticus, hinc inde villosus, 2-3 unc. longus, 1 unc. circiter crassus. Pileus obtusus, sæpe maculis lividioribus rotundis eleganter marmoratus, leviter excentricus, 3-5 unc. et ultra latus. Lam. confertæ, planæ, distinctæ, medio latissimæ. *Ad truncos "Ulmi" Populi nigræ, Fagi &c. Oct.-Dec.* (v. v.)

2. *A. tessulatus*, pileo convexo tenaci subobliquo guttato-marmorato dilute ferrugineo, lamellis adnatis albis, stipite brevi excentrico.

Bull. t. 513. f. 1. Pers. syn. p. 474. Dec. fr. l. c.

Præcedenti videtur subalbinus. Stipes incurvus, albus. Pileus carnosus, glaber, 2-3 unc. latus. Lam. integerrimæ, confertæ, nec decurrentes, hinc ob A. lepideo diversissimus. *Ad truncos Quercus & Pini silvestris in Gallia.* (v. ic.)

3. *A. palmatus*, pileo lævi glabro rufescente, lamellis adnatis concoloribus, stipite excentrico glabro albidiori.

Barr. Ic. 1269. — *Bull. t.* 216. *Sowerb. t.* 62. *With. p.* 302. *Pers. syn. p.* 474. *Dec. fr.* 2. *p.* 137.

Cæspitosus. Stipites æquales, adscendentes, 1-2 unc. longi, $\frac{1}{2}$ unc. crassi, albidi l. rufescentes. Pileus carnosus, junior convexus, 2-4 unc. Caro alba. Lam. latæ, non decurrentes. *Ad truncos Quercus varior; etiam ad ligna fabrefacta. Oct. Nov.* (v. v.)

4. *A. craspedius*, pileo depresso glabro cinereofusco, lamellis adnatis stipitoque excentrico brevi albis.

A. fimbriat. *Fl. Dan. t.* 891.

Cæspitosus, imbricatus, horizontalis, magnitudine varius. Pilei 3 unc. usque, læves, margine elevato. Stipites recti, glabri, crassi. *Ad truncos Daniæ.* (v. ic.)

** 5. *A. pulmonarius*, pileo obovato molli glabro cinereo-alutaceo, lamellis adnatis lividis, stipite laterali brevissimo villoso.

Substantia mollis, sed tenax alba. Pileus siccus fere alutaceus, 2-3 unc. latus, etiam subreniformis. Lamellæ simplices, latæ, distinctæ, ob situm cum stipite rectilineum! decurrentes apparent; sed æqualiter et determinato-desinentes. *Ad Betulæ truncos prostratos. Oct.* (v. v.)

6. *A. serotinus*, pileo compacto subviscoso olivaceoviridi, lamellis adnatis confertis pallidis, stipite brevi sublaterali fuligineo squamoso.

Batsch, Cent. V. t. 2. *f.* 2. A. crassipes. *Plan. Erf. p.* 5. A. ser. *Abh. d. Schw.* 3. *Pers syn. p.* 481. *Schrad. Spic. p.* 140. *A. S. p.* 229. *Fries Obs.* 2. *p.* 226! A. lateralis. a. *Schum. Sæll. p.* 364. A. stiptici var. *Fl. Dan. t.* 1293. *f.* 2.

Vulgaris, distinctissimus et varius. Stipes haud unciam superans, etiam obsoletus, lutescens. Pileus lævis, crassus, dein mollior. Lam. angustæ, simplices plerumque flavæ; variant albidæ et incarnatæ. Locis cryptis stipites flabelliformes eva-

dunt, pileis oblitteratis. *Ad truncos Fagi, Betulæ, Alni &c. ubique. Oct.-Jan.* (v. v.)

7 *A. stipticus*, cæspitosus, pileo coriacéo-carnoso reniformi subalutaceo, epidermide in squamulas furfuraceas secedente, lamellis venoso-connexis, stipite laterali pruinoso.

Port. phytogn. p. 250. *fig. inf. Ray. syn. p.* 25. *n.* 23. *Buxb. Cent. V. t.* 10. *f.* 1. Am. *Hall. n.* 2338. A. lateralis. *Huds. Otto* A. semipetiolat. *Schæff. t.* 208. A. flabelliformis. *Wulf. in Jacq. Coll.* 1. *p.* 341. *Sow. t.* 109. A. stiptic. *Bull. t.* 140, 557. *f.* 1. *Fl. Dan. t.* 1292. *f.* 1. *Pers. Obs.* 1. *p.* 52. *Syn. p.* 481. *Sw. l. c. p.* 254. *Dec. fr.* 2. *p.* 136. A. betulinus. *Bolt. t.* 72. *f.* 1. A. ficoides. *With. p.* 303. A. graminis. *Fl. Dan. t.* 832. *f.* 1. A. cucullat. *Ruestr. Crypt. p.* 18.

Gregarius, sapore stiptico. Stipes brevis, adscendens, sursum dilatatus. Lamellæ angustæ, elegantèr reticulato-connexæ, adnatæ, subcinnamomeæ. Pileus siccus, forma (etiam integra) et coloris intensitate variat, hinc duplex apud Witheringium, forte cum A. serotino commixtus. *Ad truncos arborum frondosarum Quercus, Fagi, Alni &c. ubique; etiam Amer. boreali. Oct.-Apr.* (v. v.)

8. *A. farinaceus*, cæspitosus, pileo flexuoso cinnamomeo-umbrino, furfure albido cæsio conperso, lamellis liberis distinctis, stipite brevi laterali. *Schum. Sæll. p.* 365.

Simillimus priori. Stipes pileo concolor. Pileus subcarnosus, ½ - 2 unc. latus, margine evolutus. Lam. dilutiores. *Ad truncos. Aut.* (v. v.)

9. *A. mitis*, pileo subcarnoso glabro lævi sicco, lamellis adnatis confertis distinctis stipiteque laterali sursum dilatato squamuloso albis.

Pers. syn. p. 481. *A. S. p.* 231. *Swartz. l. c. p.* 256.

b. pileo rufescente. A. laccatus. *Schultz stirp. p.* 480.

Gregarius, totus albus l. pileo rufescente, firmus, insipidus. Lam. a stipite horizontali discre-

tæ, valde confertæ, lanceolato-lineares, albido-pallidæ; hinc icon in *Pers. Obs.* 1. *t.* 3 *f.* 5. omnino erronea, quoad colorem. Pileus reniformis, ½ unc. circ. latus, subinde fere sessilis. *Ad truncos & ramos Pini, Abietis, Laricis ubique; etiam Amer. boreal. Oct.-Febr.* (v. v.)

10. *A. fluxilis*, subsessilis, pileo gelatinoso fluxili reniformi umbrino, lamellis distantibus albidis, paucissimis integris.

Omnium diversissimus. Solitarius, inodorus, substantia tenui viscida mollissima grisea diaphana. Pileus unico puncto laterali leviter adfixus, reniformis, planus, lævis, membrana tenella fugaci rugulosa junior tectus, dein glutinosus, uncialis, spadiceo-umbrinus. Lam. lutescenti-albidæ, persistentes, distinctæ, 3 l. 5 tantum integræ, reliquæ breviores, (32 plerumque inter integras!) lineares, postice rotundatæ, 1 lin. latæ. *Ad truncos dejectos muscosos Fagi, raro. Oct.* (v. v.)

Species inquirendæ:

1. Fungus spadiceus, arvensis. *Buxb. Cent. IV. t.* 8. *f.* 1.
2. Ag. squamosum, rufescens &c. *Mich. t.* 65. *f.* 7.

Subtr. 4. OMPHALARIA.

CHAR. Velum nullum. Pileus carnosus, strato superiori sæpe gelatinoso, junior resupinatus, dein reflexus, horizontalis, sessilis. Lamellæ primum in puncto excentrico concurrentes. *Lignatiles, serotini.*

1. *A. nidulans*, pileo carnoso reniformi tomentoso lutescente, lamellis aurantio-luteis.

A. lateral. *Nonnull.* A. nidul. *Pers. ic. & descr. t.* 6. *f.* 4. *Syn. p.* 482. *A. S. p.* 231. *Sw. l. c.* 255.

Gregarius, subinde imbricatus, junior pro more cupularis, tomento adnatus. Pileus 1-2 unc. latus, margine involutus, tomento subinde squamu-

loso l. albidiori. Lam. strictæ, subconfertæ, simplicissimæ, 4-8 natæ, 1-2 lin. latæ. Sporidia omnino alba. *Ad truncos prostratos "Pini", Fagi frequens. Oct.-Dec.* (v. v.)

2. *A. mastrucatus*, pileo carnoso squamoso murino-griseo, strato superiori gelatinoso, lamellis griseo-albidis

A. echinat. *Sow. t.* 99. opt. *Fr. Obs.* 2. *p.* 229.

Subimbricatus. Pileus difformis, in majoribus lobatus, flaccidus, 1-4 unc. latus. *Ad truncos Fagi &c. Sept.-Nov.* (v. v.)

3. *A. atrocœruleus*, pileo carnoso villoso atro-coeruleo, strato superiori gelatinoso, lamellis albidis. *Fries Obs.* 1. *p.* 95.

Hunc *A. alnei* Schæff. t. 246. f. 3. 9 referunt; reliquæ figuræ ad A. serotinum, Schizophyllum spectant. Mollis, obovatus, 1-2 unc. Lam. confertæ, etiam flaventes. *Ad truncos Fagi, & raro. Oct.* (v. v.)

4. *A. algidus*, pileo carnoso lævi glabro umbrino, strato superiori gelatinoso, lamellis pallidis dein lutescentibus.

A. lateralis. *Fl. Dan. t.* 1556. *f.* 2. (junior.) A. subsessilis. *Fl. Dan. t.* 1552. *f.* 1. (evolutus). *Schum. Sæll. p.* 364.

Sæpe imbricatus, subreniformis, 2 unc. latus, dein repandus. Lam. confertæ, lineares, juniores albidæ. Affinem speciem colore cæsio, lamellis candidis vidi. *Ad truncos Betulæ, raro.* (v. v.)

Subtr. 5. MYCENARIA.

CHAR. Velum nullum. Pileus membranaceus, humidus sæpe striatus, arescens. Lam. adnatæ l. in puncto excentrico concurrentes.

Obs. Ad muscos, stipulas, ramulos dejectos, etiam ad terram tenerrimæ hujus species autumno præcipue seriori nascuntur. Odor, sapor et usus

nullus. Derminis Crepidotis, sporidiis et velo exceptis, simillimæ.

* 1. *A. reniformis*, pileo reniformi pleno sulcato crenato lacteo, lamellis tenuis, stipite laterali incrassato rubro. *Mey. Essequ. p.* 302.

Pileus tener, fragilis, medio paululum concavus. Lam. inæquales, pellucidæ. Stipes brevis, saturatius striatus. *Inter corticem & lignum ad truncos Amer. merid. Aprili.*

1. b. *A. acerosus*, pileo lobato striato grisee expallente, lamellis linearibus stipiteque excentrico brevi strigoso concoloribus.

Stipes 3 lin. circiter longus. Pileus membranaceus, humidus striatus griseus, siccus sericeus canus, 1-2 unc. latus, profunde lobatus, quasi plures dimidiati in uno stipite. Lam. non decurrunt. distinctæ, subconfertæ. *Supra folia & ramulos Abietis in silvis densis. Sept.-Nov.* (v. v.)

2. *A. tremulus*, griseus, pileo reniformi diaphano, lamellis linearibus, stipite marginali adscendente villoso.

A. tremulus. *Schæff. t.* 224. *Sowerb. t.* 242. A. glaucus. *Batsch. Cont.* 1 *f.* 123. A. epigeus. *Sw. l. s.* 1808. *p.* 258. A. tephromelas. *Pers. Obs. 2. p.* 47.

Hunc cum plurimis diversissimis sub A. epigæo commiscet Persoon. Lam. distantes, distinctæ. Pileus $\frac{1}{4}$ - $\frac{2}{3}$ unc. latus, expallens, subinde subsessilis, disco villoso. *Ad terram & muscos. Aug.-Dec.* (v. v.)

ß. A. planus, erectus etc. *Bolt. t.* 72. *f.* 3.

3. *A. mutilus*, albus, pileo reniformi subsericeo; lamellis subdecurrentibus confertis, stipite excentrico glabro adscendente.

Gregarius, subiculo quodam effuso byssaceo tenuissimo plerumque insidens. Stipes 3-4 lin. longus, tenax. Pileus tenax $\frac{1}{2}$ unc. usque latus, irregularis, subumbilicatus. Lam. tenues, confertæ, decurrentes! *Ad terram locis umbrosis, autumno.* (v. v.)

4. *A. dictyorhizus*, candidus, pileo subsessili semiorbiculari candido, basi fibrilloso, radicibus tomentosis albis retiformibus. *Dec. fr. 2. p. 594.*

Stipes, quando præsens, brevis, velutinus. Pileus margine sinuatus. Substantia delicata. *In argilla humida Galliæ.*

** *pileo juniori resupinato, dein reflexo. Lamellæ primum in puncto excentrico concurrentes.*

5. *A. septicus*, candidus, pileo e resupinato reflexo lævi pubescente, lamellis radiantibus, stipite tenui incurvo pubescente, radiculis byssoideis.

Am. *Hall. helv. n. 2335.* A. pubescens. *Sow. t. 321.* (multo major.) A. flabellatus. *Bolt. t. 72. f. 2 &* A. niveus. *Ehrenb. silv. Ber. p. 31. formæ videntur.*

Color A. variabilis, forma et radiculæ A. byssisedi; sed sporidiis ab utroque differt. Stipes 2 lin. fere longus, sursum attenuatus, quoad insertionem peculiaris, subinde cum radiculis obsoletus. Pileus demum liber, leviter carnosus, 3-5 lin. et ultra. Lam. latiusculæ, distinctæ. *Ad truncos putrescentes, passim. Aug.-Oct.* (v. v.)

6. *A. perpusillus*, tenuis, albus, pileo subsessili e resupinato reflexo lævi glabro, lamellis distinctis.

Buxb. Cent. V. t. 7. f. 3. A. cucullatus. *Brot. Lus. p. 469.* A. perpusillus. *Lumn. Pos. p. 523.* A. applicatus. *Fl. Dan. t. 1295. f. 1.* A. subversus. *Schum. p. 366.*

Admodum parvus, tenuis, junior obcampanulatus, ½ unc. latus, raro ultra; demum vero reflexus. Stipes brevis l. nullus. Lam. variant lutescentes. *Ad ramos, truncos &c. vulgaris. Sept.-Dec.* (v. v.)

7. *A. applicatus*, pileo subsessili e resupinato-reflexo pruinato basi villoso obscure cinereo, lamellis laxis.

A. applicatus. *Batsch. f. 125. Sowerb. t. 301. Nees Syst. f. 183.* A. epixylon. *Bull. t. 581. f. 2. Schum.*

p. 366. *Dec. fr.* 2. *p.* 135. A. epigæi var. *Pers. syn. p.* 484. A. striat. b. hirsutul. *A. S. p.* 232.

Junior cupulæformis, 2-4 lin. latus, leviter carnosus, humidus striatus; plus minus villosus. Lam. latæ, distantes, radiantes, griseæ, etiam margine albidiores. "Coeruleo-nigricans, lamell. albocoerulescentibus" *Dicks. Cr. Ad truncos putridos varios, autumno, vere.* (v. v.)

8. *A. striatulus*, pusillus, dilute cinereus, pileo e resupinato sessili striato glabro, lamellis distantibus.

Ag. membranac. *Scop. p.* 459. A. striato-pellucidus. *Pers. Obs.* 2. *p.* 48. A. striat. *Syn. p.* 485. *A. S. p.* 232. *a.*

Sparsus l. gregarius, persistens; pileus 3-4 lin. latus, convexus, siccus corrugatus, indole et colore A. corticolæ. Lamellæ paucæ, inæquales, distinctæ. Variat lamellis sordide albis, etiam totus fuscus. *Ad ligna pinea, ramos Coryli, Betulæ &c. Majo-Dec.* (v. v.)

A. sublamellosus *Mey. l. c.* ad quam subtribum?

Series secunda.

Trib. XIII. MOUCERON.

CHAR. Stipes solidus, firmus, inæqualis, in pileum diffusus. Pileus vere carnosus, convexoplanus, demum depressus, lævis, glaber, siccus, sæpius irregularis. Odor farinæ recentis. Lamellæ longe decurrentes, postice acuminatæ, confertiusculæ. Sporidia pallide rubent. *Terrestres, cibarii.*

1. *A. Prunulus*, pileo compacto planiusculo albo, lamellis albis dein incarnatis. *Fries* 2. *p.* 202.

Prunulus, *Cæsalp. p.* 617. Mouceron, *J. Bauh. XL. c.* 2. cum syn.? *Tourn. inst. p.* 557. Am. *Holl.* 2344.

A. albellus. *Schæff. t.* 78. *Dec. fr.* 2. *p.* 176. nec Sow. — Am. odora. *Lam. Enc. p.* 107. A. mouceron. *Bull. t.* 142. A. pallidus. *Sow. t.* 143. A. prunulus. *Pers. syn. p.* 457 *& Recent.* A pallescens. *Swartz l. c.* 1809. *p.* 85.

b. *spodoides*, pileo cinereo. Ag. c. *Gled. p.* 111. Am. *Hall.* 2378. A. prunul. *Scop. p.* 437.

Magnitudine et forma varius, sed odore facile dignoscitur. Stipes 3-6 lin. crassus, 1 unc. et ultra longus, basi villosus. Pileus 2-4 unc latus, sæpe excentricus, margine angulato l. undulato. — b. ab A. nebulari distinguendus. Inter fungos sapidissimos numeratur *Vulgaris in silvis, præsertim graminosis. Jun.-Oct.* (v. v.)

Fung. esc. gen. XI. *Clus. p.* 259, ab Hallero huc relatum, ex icone differt! An idem *A. mouceron* Tratt. pro certo non affirmo. Melius convenit *A. pallidus.* Schæff. t. 50. *Am. stramin.* Lam. l. c. p. 106. Fungus tam memorabilis, ut merito propriam constituet tribum.

2. *A. popinalis*, griseus, pileo tenuiori inæquali, lamellis obscurioribus.

Antecedenti proximus; sed tenuior et colore præcipue diversus. Variat valde cæspitosus et parvus. Odor farinæ recentis. *Aliquoties in aggeribus Scaniæ. Oct. Nov.* (v. v.)

Trib. XIV. CLITOPILUS.

Gymnopi spec. *Pers, syn, p.* 302.

CHAR. Stipes sat firmus, subæqualis, a pileo discretus. Pileus carnosus, campanulatus l. convexus, dein planiusculus, siccus, regularis, haud umbilicatus. Lamellæ inæquales, decolorantes, numquam longe decurrentes. *Color varius.*

Obs. Clitocybi analoga tribus, sed specierum numero inferior. Fungi medii, subinodori, mites, in ciberiis non recepti. Subtribus duæ:

1. RHODOPOLII. Lamellæ adfixæ. *Terrestres.*

2. PLUTEI. Lam. plane liberæ. *Epiphyti.*

Subtr. 1. RHODOPOLII.

* 1 *A. hortensis*, cæspitosus, pileo subumbonato fuligineo subnigrescente, lamellis plano-decurrentibus subcontortis albidis, stipite cavo deorsum incrassato. — *Pers. syn. p.* 362.

Stipes subundulatus, subelasticus, 2 ½ unc. longus, 2-3 lin. crassus. Pileus 2 unc. latus, colore varius. Lam. 3 lin. fere latæ, subincarnatæ, margine erosulæ. *In hortis & silvis ad terram.*

2. *A. angustus*, pileo subumbonato glabro lividocæsio, lamellis plano-decurrentibus incarnatis, stipite farcto basi incurvo villoso. *Pers. syn. p.* 345.

Solitarius, A. rhodopolio subaffinis. Stipes 2 unc. longus, 2 lin. fere crassus, pileo dilutior, æqualis. Pileus convexus, uncialis, regularis. Lam. confertæ, angustæ. *Inter folia decidua, locis udis, raro. Aug. Sept.* (v. v.)

3 *A. atropunctus*, parvus, pileo subcarnoso dilute cinereo, lamellis decurrentibus distantibus, stipite nitido, squamulis punctiformibus nigris. *Pers. syn. p.* 353.

Gregarius Stipes subtenax, 1 ½ unc. longus, 1 lin. crassus, livescens. Pileus hemisphæricus, mollis, 4-6 lin. latus. Lamellæ parcæ, arcuatæ, crassiusculæ, incarnato-cinereæ s. pallidæ. *In fagetis, rarissime.*

4. *A. adstringens*, pileo subcarnoso glaberrimo fuligineo-cinereo, lamellis subdecurrentibus confertis candidis, stipite solido substriato basi subtuberoso. *Pers. syn. p.* 350.

Stipes 2-3 unc. longus, elasticus, demum subtortus, pileo concolor. Pileus 1 unc. et ultra, convexo-planus, obsolete umbonatus, substantia subspongiosa, sapore substyptico. Lam. 1 ½ lin latæ, demum incarnatæ. *A. placenta* Batsch. El. f. 18? *Rarius in silvis.*

** 5. *A. elodes*, pileo leviter carnoso umbonato glabro fuligineo, lamellis adfixis incarnatis, stipite cavo griseo fibrilloso.

A. adstring. β *A. S. p.* 176.

Odor fortis, farinæ recentis. Stipes 2-4 unc. longus, 3 lin. crassus, basi leviter incrassatus. Pileus planiusculus, 2 unc. latus, fragilis, sapore aquoso, vetustus expallens. Lamellæ planæ, raro adnatæ, sed plus minus emarginatæ, distinctæ, subdistantes, 3 lin circiter latæ. *In paludosis silvaticis, cum Rubo chamæmoro &c., frequens. Aug.-Oct.* (v. v.)

6. a. *A. jubatus*, pileo leviter carnoso subumbonato villoso lamellisque emarginatis fuligineis, stipite fistuloso fibrilloso æquali.

Gregarius. Stipes 2 unc. longus, 2 lin. circiter crassus, fragilis, fuscescens. Pileus planiusculus, 1-2 unc. latus, murinus, carne tenui concolori; passim squamosus. Lam. planæ, ventricosæ, distinctæ, purpurascenti-griseæ. Odor nullus. *Locis humidis, inter Polytricha & Carices passim. Aug.-Oct.* (v. v.)

6. b. *A. sericellus*, pileo subcarnoso obtuso sericeo stipiteque fistuloso tenui fibrilloso albis, lamellis adnatis incarnatis. *Fries* 2. *p.* 145.

Parvus, subgregarius, nulli alii affinis, hinc ubi insererem, dubitavi. Stipes 1-2 unc. longus, 1 lin. crassus, æqualis, sæpe pallidus. Pileus e campanulato-convexus, $\frac{1}{2}$ - $\frac{3}{4}$ unc. latus; variat glabriusculus et lutescens. Lamellæ perlatæ, raro decurrent s. *A. sericeus* A S. p. 183 huc potissimum. *Ad terram locis graminosis vulgaris. Jun. Oct.* (v v.)

β *A. sericeus*, major, pileo campanulato piloso-squamoso. *Pers. syn. p.* 366 *Ic. & descr. t.* 6. *f.* 2.

Stipes 3 unc. basi subbulbosus. Pileus 1 $\frac{1}{2}$ unc. latus. Lam. adnexæ rubræ. *Æstatis fine rarissime.* (v. ic.)

7. *A. rhodopolius*, pileo subumbonato subsericeo livido, lamellis adnatis albido-roseis, stipite cavo glabro albo. *Fries 2. p.* 103.

Fung. nox. gen. VI. *Clus. J. Bauh. XL. c.* 55. - *Sterb. t.* 16. *G.!* A. hydrogramm. *Bull. t.* 564. *f. C. D. E.* A. repandus. *Bolt. t.* 6. A. flexuosus. *Schum. p.* 276.

Pulcher. Stipes 2-4 unc. longus, in minoribus æqualis, in majoribus sursum attenuatus, fragilis, apice passim albo-pruinatus. Pileus junior campanulatus fuscescens fibrillosus, dein expallens, planiusculus; in majoribus undulatus. *Locis humidis in silvis frondosis, præcipue Coryli, vulgaris. Jul.-Nov.* (v. v.)

8. *A. fertilis*, pileo subumbonato glabro lividopallescente, lamellis adnexis incarnatis, stipite farcto glabro subbulboso.

Buxb. Cent. IV. t. 6. Am. *Hall. helv. n.* 2417. A. phonospermus. *Bull. t.* 534, 547, *fig.* 1, 590. *Dec. fr. 2. p.* 187. A. fertilis. *Pers. syn. p.* 328.

Gregarius, subcæspitosus. Stipes 3 unc. longus, ½ unc. fere crassus, albus, in cæspitosis sæpe curvatus l. undulatus, similis A. platyphylli. Pileus campanulatus, dein planiusculus, 3 unc., variat undulatus, fuligineus etc. Caro haud crassa. Lam. emarginatæ. facile secedentes, serrulatæ, 4-6 lin. latæ. *Ad sæpes, in pratis &c. Autumno, raro vere.* (v v.)

β. intybaceus, pileo griseo virgato, lamellis stipiteque griseo-pallidis. *Bull. t.* 534. *f. G. H.*

Huc et *A. mammosus*, Bolt. t. 69. Stipes subæqualis fibrillosus. Lam. subliberæ. *Cum priori.* (v. v.)

9. *A. sinuatus*, amplus, pileo glabro albo-lutescente, lamellis leviter adnexis latissimis rufescentibus, stipite solido æquali candido.

A. grandis. *Pers. syn. p.* 329. - *var.?*

b. A. sin. *Bull. t.* 579. *f.* 1. *Dec. fr. 2. p.* 182.!

Speciosissimus, odore grato, fere Sacchari adusti. Stipes validus, 3-6 unc. longus, 1 unc. crassus, durus, subfibrillosus. Pileus vere carnosus, 6 unc. et ultra latus, expansus obsolete umbonatus, demum depressus, sinuatus; etiam diffracto-squamulosus. Lam. $\frac{1}{2}$ - $\frac{3}{4}$ unc. latæ, cinnamomeo-l. gilvo-rufescentes, confertæ, distinctæ. b. Stipes brevior, pileus rufescens. *In silvis humosis. Copiosissime in silva Reften prope Lund. Oct.* 1819. (v. v.)

10. *A. ardosiacus*, pileo glabro demum subdepresso virente-cinereo, lamellis subliberis latis, stipite cavo glabro.

Bull. t. 348. *Pers. syn. p.* 466. *Dec. l. c. p.* 167.

Stipes 4-5 unc longus, 2-3 lin. crassus, attenuatus, pileo concolor. Pileus carnosus, junior campanulatus, 3 unc. latus, margine subsinuatus. Lam. 4 lin. latæ, rufescentes. *In pratis humidis Galliæ.* (v. v.)

1. A. agregatus. *Schæff. t.* 305, 306. Cæspitosus &c.

2. A. maritimus. *With. p.* 182. Parvus, pileo convexo stipiteque unciali albis, lam. adnatis.

Subtr. 2. PLUTEI.

1. *A. Prunuloides*, pileo carnoso umbonato glabro stipiteque solido lævi albis.

Odor farinæ recentis. Stipes 3 unc. longus, 2-3 lin. crassus, glaber, inter muscos quasi radicatus. Pileus convexus, dein explanatus, margine demum striato, 1-2 unc. latus; variat viscosus, flavescens l. canescens. Lam. ut in omnibus affinibus Conf. n. 9. Obs. *A. pellitus* Mart. Erl. huc pertinere conjicerem. *In pratis muscosis. Aug. Sept.* (v. v.)

2. *A. pellitus*, pileo carnoso villoso stipiteque solido glabro albis. *Pers. syn. p.* 366.

Inodorus. Stipes 2 unc. longus, 3 lin. crassus, æqualis. Pileus dein planiusculus, 2 unc. latus,

carne, ut in aliis hujus subtribus, molli aquosa. *In fagetis circa truncos, varior. Aug. Sept.* (v. v.)

3. *A. roseo-albus*, pileo subcarnoso lævi stipiteque solido glabris albo-roseis. *Fl. Dan. t.* 1679.

Gregarius. Stipes 3 unc. et ultra longus, 4 lin. crassus, sursum attenuatus, albidus. Pileus convexus, 3 lin. latus. Lam. carneæ. *In Dania.* (v. ic.)

4. *A. leoninus*, fragilis, pileo submembranaceo glabro luteo, stipite solido striato.

A. pyrrospermus. *Bull. t.* 547. *f.* 3. *Dec. fr.* 2. *p.* 192. A. leoninus. *Schæff. t.* 48. *Pers. ic. & descr. t.* 7. *f.* 3, 4. *Syn. p.* 337.

Stipes 2 unc. circiter longus, 2-4 lin. crassus, sæpe basi incrassatus, albidus, flavescens. Pileus e campanulato expansus, 1 ½ - 3 unc. latus, margine substriato. Lamellæ margine plerumque flavescunt. *In fagetis umbrosis ad ligna mucida. Aug.-Oct.* (v. v.)

β. A. chrysophæus, minor, firmior, pileo obscuriori subrugoso, lam. carneis. *Schaff. t.* 253.

A priori, ut A phebophorus ab A. vascipede differt. *Cum priori.* (v. v.)

5. *A. Pluteus*, pileo carnoso glabro nigrescente-fuligineo, stipite firmo nigro-fibrilloso.

Buxb. Cent. IV. t. 5. *f.* 2. A. clypeatus. *Suec. & forte Linn.* Am. *Hall. helv. n.* 2417. A. cervinus. *Schæff. t.* 10. A. lividus. *Bull. t.* 382. *Dec. fr.* 2. *p.* 188. A. latus. *Bolt. t.* 2. *Sowerb. t.* 118. A. atricapillus. *Batsch. f.* 76. A. pluteus *Batsch.-Pers. syn. p.* 357. *Sw. l. c.* 1808. *p.* 82. *Nees Syst. f.* 201. A. cervin., A. rimosus, *Schum. p.* 312.

Reliquis major. Stipes solidus, albus, æqualis, 3 unc. longus. Pileus campanulatus, 3-5 unc. latus. Caro mollis alba. Varietates plures; b) fusco-lutescens (A. leonino affinis) *Fl. Dan. t.* 1063 *f.* 2. *Fries Obs.* 1. *p.* 18. c.) pileo mollissimo viscoso pallido, stipite plumoso. d,) pileo albido sicco virgato.

A. luridus Schum. et *A. fuliginatus* Batsch. f. 26 hanc formam juniorem sistunt. e.) parvus, pileo rugoso etc. *Ubique ad truncos. Majo-Nov.* (v. v.)

β. rigens, minor, pileo cinereo, disco squamuloso, stipite tenui cavo. *Pers.-l. c.*

6. *A. umbrosus*, pileo carnoso rugoso-lacunoso umbrino-villoso, margine ciliato-fimbriato lamellis margine fuligineis, stipite solido villoso-squamoso.

b. *Pers. ic. & descr. t. 2. f. 5, 6. Syn. p. 358. Fries Obs. 1. p. 18.*

Statura prioris, habitu peculiari tristi. Stipes 2 unc. et ultra longus, 3-4 lin. crassus, incurvus, fuligineus. Pileus rugosus tuberculatusque, fuligineus, dense umbrino-villosus, 2-3 unc. et ultra; saepe ellipticus, h. minus spectabilis, lamellis unicoloribus *Ad truncos Fagi, Pini &c. locis umbrosis. Aug.-Oct.* (v. v.)

7. *A. nanus*, pileo subcarnoso rugoso umbrino, fuligine conspersо, stipite solido tenui incurvo glabro argenteo. *Pers. syn. p. 357.*

Stipes 1 - 1 $\frac{1}{2}$ unc. longus, 1 lin. crassus, aequalis, obsolete striatus. Pileus planiusculus, obsolete l. vix umbonatus, $\frac{1}{2}$ - 1 unc. latus, margine striatulus. *Ad ligna putrida Fagi. Aug. Oct.* (v. v.)

8. *A. phlebophorus*, pileo subcarnoso glabro venoso-rugoso umbrino, stipite fistuloso incurvo glabro.

A. reticulatus. With. arr. 4. p. 289. A. phleboph. Ditm. l. c. t. 15. Nees Syst. f. 202.

Omnia de cetero, ut in priori, nec multo major. — Similibus locis etiam occurrit alius *(A. vascipes)* statura A. leonini, pileo submembranaceo disco laevi, margine striato, 2 unc. lato, dilute umbrino, stipite cavo, 3 unc. et ultra longo, 3-4 lin. crasso; constans quidem, sed in tanta affinium copia non distinguo. *Uterque in ligno putride Fagi, passim. Jul.-Oct.* (v. v.)

9. *A. hispidulus*, minor, pileo subcarnoso sericeo griseo, stipite fistuloso glabro incurvo. *Fries* 2. *p.* 97.

Utique præcedentibus cognatus, sed præclarius distinctus. Stipes 1-2 unc. longus, 1 lin. crassus, argenteus, fragilis. Pileus planiusculus, obtusus, ½ unc. nec ultra. *A. hispidus* Batsch. f. 25. et *A. sericellus* Pers. syn. p. 358, erronee quamvis descripti, huc pertinere videntur. *In ligno Fagi udo locis umbrosis. Jul.-Oct.* (v. v.)

In omnibus Plutois (1-9) lamellæ ne minimum quoad formam quidem variant; sunt nempe plane liberæ, postice eximie retundatæ, ventricosæ, confertæ, distinctæ, molles, ex albo-incarnatæ, subroseæ. His inspectis facile dignoscuntur species seqq. tribuum.

Trib. XV. LEPTONIA.

Gymnopi spec. *Pers. syn. p.* 343—345.

CHAR. Stipes a pileo discretus, junior floccoso-farctus, dein subcavus, æqualis, tenuis, sat firmus, *cyanescens!* Pileus carnoso-membranaceus, e campanulato- l. convexo-expansus, siccus, numquam striatus, superficie fibrillosa l. squamulosa, subinde umbilicatus. Caro tenuissima, sed sat firma. Lamellæ postice subobtusæ, liberæ l. adfixæ, nec decurrentes, inæquales, latiusculæ, demum incarnatæ. *Color cærulescens l. griseus.*

Obs. Dicitur a λεπτος. Fungi parvi, persistentes, elegantes, inodori, insipidi, nec in cibariis recepti. Æstatis fine optime vigent. Collybiis analogi; et ut Coll. Omphalariæ stipite nigricante, Leptoniæ cœrulescente insignes. Spec. 1-4 distinguuntur pileo absque umbilici rudimento, lamellis non adnatis, integerrimis, ex albido-roseis unicoloribus, stipite vestito; 5-7 pileo cum umbilici ru-

dimento, lamellis subserrulatis, stipite glaberrimo; 8, 9 pileo umbilicato, lamellis adfixis, margine denticulato nigro. In quavis sectione terrestres et lignatiles occurrunt.

* 1. *A. dichrous*, pileo umbonato violaceo, lamellis subadnexis, stipite farcto subfarinaceo. *Pers. syn. p.* 343.

Stipes duriusculus, 1 ½ unc. longus, 1 ½ lin. crassus, pileo dilutior. Pileus 4-6 lin. latus, læte violaceus, umbone subrufescente. Lam. confertæ, incarnato-griseæ. *Ad terram rarius.*

2. *A. griseocyaneus*, pileo squamuloso lilacino-griseo, lamellis liberis, stipite cavo fibrilloso cæsio.

A. purpureus. *Bolt. t.* 41. *B.* A. atrocyaneus. *Pers. syn. p.* 344. A. globosus. *Schum. p.* 296. — omnes minus bene. *Fr. Obs. 2. p.* 96.

Stipes ½ unc. longus, reliquis crassior (2-3 lin.), junior etiam albidus, cæsio-fumatus, nec nitens. Pileus campanulato-convexus, obtusus, unciam haud superans. *In collibus graminosis, vulgaris. Aug. Sept.* (v. v.)

3. *A. salicinus*, pileo cæsio-cinereo, disco rugulose, lamellis liberis, stipite farcto fibrilloso albido-coeruleo.

Pers. ic. & descr. t. p. 9. *Syn. p.* 344.

Stipes tenuis, 1 lin. crassus, 1-2 unc. longus. Pileus convexus, subumbonatus, beryllus, putrescendo cinereus, uncialis et ultra. *Ad Salices. Sept.* (v. v.)

β. beryllus, pileo cinereo stipiteque brevi albido vittis virescentibus etc. *Ad Alnos. Pers. l. c.*

4. *A. placidus*, pileo villoso-squamoso griseo, lamellis adfixis, stipite violaceo, apice subfarinaceo.

A. elegans. *Scop. Carn. p.* 438. A. virgat. *Pers. ic. & descr. t.* 6. *f.* 5. *nec in Syn.* A. plac. *Fr. 2. p.* 94.

Stipes farctus, dein etiam cavus, 1 ½ unc. longus, glaber. Pileus 1 unc. latus, convexo-planus,

Lam. ventricosæ, planæ. *Ad truncos Fagi, passim. Aug.-Oct.* (v. v.)

** 5. *A. lampropus*, pileo demum umbilicato fibrilloso griseo, lamellis adnatis albido-griseis, stipite fistuloso coeruleo. *Fries Obs.* 1. *p.* 19.

Primo obtutu simillimus priori, sed accuratius examinatus sequentis crederes statum senescentem; tamen differt. Stipes uncialis, 1-2 lin. crassus, fragilis, apice nudus. Pileus convexus, $\frac{1}{2}$ - 1 unc. latus, disco tantum squamulosus. Lam. integerrimæ, ventricosæ, 2 lin. latæ, denticulo decurrente. *In clivis & campis muscosis. Jul.-Sept.* (v. v.)

6. *A. chalybeus.* pileo squamoso cyaneo, lamellis adnatis cæsio-albis, dein purpurascentibus, stipite farcto glabro cyaneo.

Aman. parva, capitulo conico violacei &c. *Dill. Giess. p.* 181. Am. *Hall. helv. n.* 2459. A. columbarius. *Soto. t* 161. A. nigricans. *Schum. p.* 334. A. chalyb. *Pers. syn. p.* 343. *Ic. pict. t.* 4. *f.* 3, 4. *Fries Obs.* 2. *p* 93.

b. A. glaucus. *Bull. t.* 521. *f.* 1. *Dec. fr.* 2. *p.* 179.

Pulcher. Stipes 1 $\frac{1}{2}$ - 2" unc. longus, 1 lin. crassus, subfragilis. Pileus campanulatus, obtusus, demum et depressus visus, uncialis nec ultra. Caro concolor, tenuis. Lam. subserrulatæ, distinctæ. *Inter gramina &c. frequens. Jul.-Sept.* (v. v.)

7. *A. euchrous*, pileo squamoso-fibrilloso violaceo, demum purpureo-fuligineo, lamellis adfixis violaceis stipite farcto glabro obscure violaceo.

Am *Hall. helv. n* 2468. A. euchrous. *Pers. syn. p.* 343. *A. S. p.* 174.

"Cæspitosus, stipite crassiusculo" Pers. Noster solitarius, stipite 1 lin. crasso, 1 $\frac{1}{2}$ unc. circiter longo, tenaci, apice nudo. Pileus convexus, obtusus, uncialis. Lam. valde ventricosæ, planæ, demum expallentes, sed margine obscuriori persistente. Sporidia rosea. *Ad truncos coryleos, "alnios". Sept.-Nov.* (v. v.)

*** 8. *A. serrulatus*, pileo umbilicato subsquamoso nigrescente, dein fuliginoso, lamellis adnatis nigro-marginatis, stipite fistuloso atro-coeruleo.

A. cyanipes. *Fl. Dan. t.* 1071. *f.* 3. male. A. leptopremnus. *Holmsk.* 11. *t.* 38. A. cœruleus. *Schum. p.* 296. A. serrula. *Pers. syn. p.* 463. *A. S. p.* 222. *Fries Obs.* 2. *p.* 216.

Elegans Stipes 1-2 unc. longus, glaber, basi albicans. Pileus convexus, ½ unc. et ultra, glabriusculus. Lam. non decurrentes, cæsio-incarnatæ. *In collibus graminosis alibique locis apricis ubique. Jun.-Oct.* (v. v.)

β. *A. columbarius*, pileo planiusculo griseo nigro-virgato, lamellis subliberis, stipite elongato. *Bull. t.* 413 *Dec. fr.* 2. *p.* 190.

Hujus speciminibus tandem inventis de præsenti fungo omnia sublata mihi dubia. Est prioris varietas! e solo umbroso, quamvis habitus magis A. lamprop. Stipes subfibrillosus, virescens l. coerulescens. Pileus magis expansus, inde lamellæ secedunt! *Ad terram in silvis. Aug. Sept.* (v. v.)

9. *A. Linkii*, pileo griseo virgato, umbilico obscuriori, lamellis adfixis albidis nigro-marginatis, stipite solido fumato. *Fries l. c. p.* 217.

Ad prioris variet. nimis accedit. Pileus semiglobatus, expallens, siccus canescens. Lam. planæ, 4 lin latæ Stipes glaber, basi incurvus. *Ad truncos vetustos Fagi. Sept. Oct.* (v. v.)

Fung. parvus elegans, cantharidum colorem &c. *Mich. p.* 168. *t.* 75. *f.* 5. — inquirendus.

Trib. XVI. NOLANEA.

Hydroph. spec. *Batt. p.* 51. Pratellæ spec. ex *Pers. syn. p.* 427.

CHAR. Fragiles. Stipes fistulosus, rarissime floccoso-farctus, a pileo discretus. Pileus submem-

branaceus, campanulatus, dein expansus, absque squamis fibrillosis, humidus striatus subpellucidus, siccus expallens, sæpe quasi sericeo-nitens; numquam umbilicatus. Lamellæ liberæ l. leviter adnexæ, latæ, ventricosæ, subadscendentes. Sporidia rosea.

Obs. Fungi terrestres, varii, substantia tenui subaquosa, insipidi, non esculenti. Habitu facillime dignoscuntur. Nomen a *Nola*.

* 1. *A. turbidus*, pileo carnoso-membranaceo umbonato fusco, margine striato rimoso, lamellis subliberis griseis, stipite cavo torto basi ventricoso.

Statura Clitopili. sed hujus tribus species, licet distinctissima. Stipes 2-3 unc. longus, 2-4 lin. crassus, sursum attenuatus, undulatus, fragilis, glaber, humidus griseus, siccus argenteo-nitens. Pileus convexus, expansus, 2-3 unc. latus. Lam. latæ, erosæ, juniores adnexæ. b) regularis, pileo subcarnoso minori, lamellis rotundatis. c) pileo fuligineo, lam. emarginato-liberis, stipite intense coeruleo. d) pileo eleganter nigro, lam. albidis, stipite coeruleo. *Vulgaris in Smolandiæ pinetis* b. *in Sphagnosis*. c. d. *abiegnis umbrosis. Aug.-Oct.* (v. v.)

β. *A. conoideus*, pileo cinereo-ochraceo fusco-striato, lam. ovatis etc. *Schum. p.* 279. (v. ic.)

2. *A. majalis*, cæspitosus, pileo irregulari lævi subcinnamomeo, lamellis liberis dentatis roseis, stipite fistuloso tortili striato. *Fries* 2. *p.* 172.

β. solitarius, pileo virgato &c. A. molliusc. *Sow. t.* 174.

Stipes 3-4 unc. longus, 2-3 lin. crassus, albidus, basi tomentosus. Pileus 2 unc. latus, subrepandus, siccus subochraceus. Sporidia copiosa. *In silvis abiegnis, rarissime. Vere.* (v. v.) *Var. in Anglia* (v. ic.)

3. *A. pascuus*, pileo campanulato expanse nigrescente-fuligineo, sicco expallente sericello, lamellis subliberis sordide incarnatis, stipite fistuloso tenui substricto.

Dill. in Raji Syn. p. 8. *n.* 43. Hydrophor. cinereus. *Batt. t.* 21. *f.* 1. A. sericeus. *Bull. t.* 413. *f.* 2. 526. *Dec. fr.* 2. *p.* 189. A. pascuus & fuligineus. *Pers. syn. p.* 427. *Fries Obs.* 1. *p.* 52. — Formæ sunt: *Buxb. Cent. IV. t.* 21. *f.* 1. A. pyramidat. *Schæff. t.* 229. A. fissus. *Bolt. t.* 55. A. melinoides, tortilis, albipes, fuliginosus, *Schum.*

Proteus hujus sectionis, quem in decem species distinguere posses. Stipes 1-3 unc. longus, 1-2 lin. crassus, fragilis, griseus, subfibrillosus, basi leviter incrassatus. Pileus ½ - 1 ½ unc. latus, humidus striatulus, forma variabilis. Lam. confertæ, sæpe serrulatæ, tantum quoad formam variæ in nulla alia visæ b) albo-pallens. c) isabellinus, luteoscens. d) *A. luridus* Batsch. etc. *In montosis & campestribus, apricis & umbrosis, locis siccis & humidis, ubique. Jun.-Dec.* (v. v.)

β. costatus, magnus, cæspitosus undulatus, stipite brevi etc. *In paludosis.* (v. v.)

4. *A. hirtipes*, pileo striato livido-fusco, lamellis subliberis obovatis, stipite fistuloso lævi deorsum hirto. *Schum. p.* 272. *Fries* 2. *p.* 171.

Stipes gracilis, 3-4 unc. longus, subradicatus, sursum leviter attenuatus. Pileus ½ - 1 unc. Lam. roseæ. *In pinetis. Aug.-Oct.* (v. v.)

** 5. *A. clandestinus*, umbrinus, pileo umbonato striato, lamellis liberis latissimis, stipite fistuloso glabro, basi pubescente. *Fries l. c. p.* 166.

Solitarius, unicolor. Stipes 1-2 unc. longus, ½ lin. crassus, sat firmus. Pileus 3-6 lin. latus, convexus, explanatus. Lam. distantes! *Ad terram nudam in fagetis. Aug.-Oct.* (v. v.)

6. *A. exilis*, pileo obtuso striato cinereo, lamellis leviter adnexis incarnatis, stipite fistuloso glabro cæsio. *Fries l. c. p.* 95.

Affinitas adest cum A. salicino, quod e disco pilei ½ unc. lati minuto obscuriori patet. Lam. dein

liberæ. Stipes 2 unc longus, virescenti-cæsius. *Inter folia &c. in fagetis, raro, Aug. Sept.* (v. v.)

7. *A. cetratus*, pileo obtuso striato stipiteque fistuloso longo glabris flavidis, lamellis adfixis pallidis. *Fries l. c.* 218.

Cum A. pascuo c. non commutandus. Stipes 3-5 unc. longus, valde fragilis. Pileus e campanulato exacte planus, vix umbilicatus, 1-2 unc. latus, margine crenulato. *Cum priori, locis humidis raro, Aug. Sept.* (v. v.)

8. *A. pleopodius*, pileo lævi flavescente, lamellis liberis roseis, stipite farcto stricto glabro.

Bull. t. 556. *f.* 2. *Des. fr.* 2. *p.* 194.

Stipes gracilis, albidus. Pileus campanulatus, explanatus ½ unc. latus, subargillaceus; demum et depressus. *Ad terram Galliæ.* (v. ic.)

9. *A. icterinus*, pileo subumbonato flavo, disco squamuloso, lamellis adfixis ventricosis stipiteque farcto brevi pruinato pallidis.

Priori affinis. Stipes uncialis, 1 lin. crassus, firmus, pubescenti-pruinatus. Pileus convexus, numquam umbilicatus, firmus, uncialis, disco obscuriori, margine pellucido-striatulo. Lam. distantes, crassiuscul. Variat cæspitosus et simplex. *Hic in Scaniæ nemoribus, ille in Smolandiæ cultis. Oct. Nov.* (v. v.)

1. *Mich. t.* 78. *f.* 3. Cæspitosus, roseus &c.
2. A. fasciatus. *Scop. p.* 458.
3. A. Musæ *Mey. Ess. p.* 300. Pileus fuscus, striis albidis notatus. Lam. æquales. Stipes solidus, albus. Ad truncos Musæ paradisiacæ.

Trib. XVII. ECCILIA.

Omphaliæ sp. *Pers. syn. p.* 463—466.

CHAR. Stipes junior flocculoso-farctus, dein etiam fistulosus, tenuis, teres, æqualis, in pileum

leviter diffusus; pileo dilutior nec coerulescens. Pileus tenuis, membranaceus, e convexo planus, umbilicatus, striatus, glaber l. minute squamulosus. Lam. adnatæ, subdecurrentes, postice subacutæ, latæ, subdistantes. *Color lividus, fuscus &c.*

Obs. Nomen ab σκοιλεω, excavo. Fungi minores, terrestres, inodori, insipidi, Omphaliis analogi.

* 1. *A. formosus*, pileo cerineo, squamulis minutis fuscescentibus, lamellis dente decurrentibus albidis, stipite farcto glabro luteo.

Stipes 2 unc. longus, vix lin. crassus, lævissimus, intus floccis albis farctus. Pileus uncialis, leviter convexus, tenax, fuligine quasi adflatus, umbilicatus. Lam. dein roseæ. *In pinetis in Vaccinia, raro. Aug.* (v. v.)

2. *A. asprellus*, pileo fibrilloso-squamoso lividogriseo, lamellis adnatis stipiteque fistuloso basi albo-lanato dilutioribus.

Gregarius. Stipes 1 ½ - 2 unc. longus, 1 lin. crassus, subfragilis, griseus. Pileus convexus, ½ - 1 unc. latus, fragilis, disco præcipue fuligineo-squamosus. Lam. latæ, distinctæ, integerrimæ. *In campis graminosis jam æstate.* (v. v.)

3. *A. junceus*, pileo squamuloso fuligineo, lamellis adnatis stipiteque fistuloso longo dilutioribus.

Stipes 3 unc. longus, tenuis, tenax, lævis, glaber, fuscus; exsiccatus compressus. Pileus tenuis, conicus, dein convexus, striatus, umbilico profundo e squamulis obscurioribus nigrescente; siccus convolutus. Lam. oblongæ, adscendentes. *In paludosis Sphagnosis, raro. Aug.* (v. v.)

4. *A. aquilus*, pileo squamuloso umbrino, lamellis sinuato-affixis purpurascentibus, stipite farcto brevi.

Diversissimus lamellis omnium latissimis, hinc convexis, postice sinuatis, hinc cordatis! distinctis, junioribus pallide umbrinis. Pileus convexo-planus, profunde umbilicatus, spadiceus, ½ - 1 unc. Stipes uncialis, 1 lin. crassus, obsolete fibrillosus; apice subincrassatus, dein cavus. *Solo limoso & arenoso, ad ripas lacuum & amnium. Aug. Sept.* (v. v.)

** 5. *A. nefrens,* pileo glabro stipiteque fistuloso brevi umbrino-lividis, lamellis plano-decurrentibus.

Similis A. pascuo. Stipes uncialis, 1 lin. crassus, fragilis, apice pruinatus, pileo concolor. Pileus membranaceus, planus, uncialis, margine tantum striatus. Lam. albido-cinereæ, subincarnatæ. *In clivis graminosis. Aug. Sept.* (v. v.)

6. *A. incanus,* pileo glabro incano, lamellis subdecurrentibus, stipite fistuloso glabro virente.

Elegans, gregarius. Stipes 1-2 unc longus, 1 lin. crassus, lævis, cinereo-viridis, apice nudus. Pileus submembranaceus, fragilis, uncialis, colore cinereo et viridi variegatus, striatus; sub lente quasi sericeus. Lam. dente decurrentes, medio 2-3 lin. latæ, planæ, distantes, albido-cinereæ, dein incarnatæ. *In graminosis montis silvaticæ, semel, at copiose. Aug.* (v. v.)

7. *A. politus,* pileo glabro margine striato stipiteque fistuloso æquali lividis, lamellis decurrentibus.

A. lividus. *Pers. disp. p.* 22. A. polit. *Syn. p.* 465.

Proximus A. rhodopolio. Gregarius. Stipes 2-3 unc. longus, teres, fragilis, apice subinde albo-pruinosus. Pileus submembranaceus, nec subcarnosus, 1 - 1 ½ unc. latus, profunde umbilicatus, humidus obscure lividus nitidus; siccus expallens, sæpe polito-nitens. Lam. medio 2 lin. et ultra latæ, albidæ, dein incarnatæ. *In paludosis graminosis, vulgaris. Aug.-Oct.* (v. v.)

8. *A. calophyllus*, pileo hemisphærico substriato umbrino-fuligineo, lamellis decurrentibus purpureo-rubris, stipite subviscoso. *Pers. syn. p.* 464.

An ad hanc seriem? Stipes uncialis, crassiusculus, attenuatus, primo purpurascenti-nitidus. Pileus 3-4 lin. latus. Lam. formosæ. *Ad truncos putridos, rarior.*

1. Fung. palustris, luteus, lam. carneis. *Buxb. IV. t.* 30. *f.* 1.
2. A. carneo-albus. *With. p.* 170. Pileus albus.
3. A. nigrellus. *Pers. syn. p.* 463. Quem ita olim dixi ad A undul. pertinet.

Cf. Tapinias, Crepidotos, PRATELLAS, ubi etiam lam. incarnatæ occurrunt.

Series tertia *).

Trib. XVIII. TELAMONIA.

Lepiotæ & Cort. sp. *Pers. syn. p.* 273. *sq.*

CHAR. Velum e fibrillis araneosis in annulum, obsoletum quidem, sed sat persistentem contextum. Stipes solidus, dein intus mollior (subinde e larvis erosus), firmus, fibrillosus; bulbosus l. longus gracilis. Pileus plus minus carnosus, margine tenuis, campanulatus l. convexus, dein expansus, siccus, squamulosus l. fibrillosus. Substantia sicca. Lamellæ adnatæ l. emarginatæ, latæ, distantes, decolorantes. Sporidia copiosa. *Color expallens.*

---

*) Species hujus seriei determinatu & definitu difficillimæ; non statura solum, sed & coloribus non minus in diversis ætatibus, quam in statu sicco & humido, diversis variant. Ludunt insuper colores inter fulvum, cinnamomeum, testaceum &c. intermedii, descriptu dificiles. Mycologos quoque maxime vexarunt. Notæ constantes: odor; superficies pilei fibrillosa l. viscosa; lam. earum situs confertus l. distans & color in *statu juniori*, quem semper in diagnosibus intelligo.

Obs. Fungi majores, terrestres, firmi, in cibariis non recepti. *Genuini* modo sunt priores species *lamellis adnatis, crassis, junioribus obscuris, velo obliquo &c.*

* 1. *A. torvus*, pileo obtuso fibrilloso canescente-testaceo, lamellis adnatis purpureis, annulo stipitem apice violaceo-cortinatum vaginante.

A. araneos. *Bull. t.* 600. *Q. R. S.* A. umbrinus. *Pers. syn. p.* 280. A. torvus. *Fries Obs. 2. p.* 80.

Ag violaceo proximus; sed longe diversissima species, cujus plurr. varr. Odor et sapor peculiaris. Stipes compactus, junior brevis subbulbosus, dein elongatus, 3-5 unc. longus, $\frac{1}{2}$ - 1 unc. crassus, sæpe æqualis, fibrillosus, proprie violaceus; sed ad medium usque ab annulo albo infero vaginatus. Pileus vere carnosus, junior convexus, margine infracto, sæpe umbrinus; dein totus planus, sordide ferrugineus etc., sub lente canescente fibrillosus, 3 unc. et ultra. Lam. planæ, obscuræ, dein umbrino-cinnamomeæ. *In humo silvarum, ubique. Jul.-Oct.* (v. v.)

2. *A. scutulatus*, pileo squamuloso testaceo-umbrino, lamellis adnatis violaceo-purpureis, stipite rigido bulboso violaceo, annulo patulo.

Nulli affinis. Odor peculiaris. Stipes 3-5 unc. longus, durus, firmus, 3-4 lin. crassus, basi oblongo-bulbosa, intus obscure violaceus. Annulus submembranaceus, lacerus. Pileus leviter carnosus, plano-convexus, firmus, obsolete umbonatus, 2 unc. latus, disco rimoso, margine fibrilloso-squamosus. Lam. distinctæ, 3-6 lin. latæ; raro secedunt. *In umbrosis inter Muscos humidos, gregarie, at raro. Aug. Sept.* (v. v.)

3. *A brunneus*, pileo obtuse umbonato subfibrilloso umbrino expallente, lamellis adnatis umbrinis, stipite subbulboso striato dilutiori, velo contexto.

A. spongiosus. *With. arr. p.* 200. Ag. brunn. *Pers. syn. p.* 274. *A. S. p.* 171. *Fries l. c. p.* 56.

Odor debilis. Stipes farctus, 3-5 unc. longus, 3-5 lin. crassus, dilute brunneus. Velum albidum. Pileus disco carnosus, 2-3 unc. latus, demum planiusculus. Lam. detritæ passim umbrino-purpurascunt. Variabilis. *In pinetis, vulgaris. Jul.-Nov.* (v. v.)

4. *A. evernius*, pileo subcarnoso purpurascenti-badio, dein fibrilloso testaceo canescente, lamellis violaceo-purpureis, stipite longo æquali violaceo.

A. impuber. *Sowerb. t.* 125. excl. syn. (forma junior.) A. evern. *Fries l. c. p.* 79.

Stipes 3-5 unc. longus, $\frac{1}{2}$ unc. crassus, non striatus, subinde deorsum attenuatus, velo albo transversim adnato-squamoso, fere ut in A. collinito. Pileus fere membranaceus, convexo-explanatus, fragilis, 2-4 unc. Lam latissimæ omnium, hinc ad medium modo adfixæ, decolorantes. *Locis humidis pinetorum copiose, in fagetis varior. Jul.-Nov.* (v. v.)

5. *A flexipes*, pileo subcarnoso acute umbonato cinnamomeo-fusco expallente canescente-fibrilloso, lamellis adnatis e purpureo-cinnamomeis, stipite tenui fibrilloso undulato.

Pers. syn. p. 275. *A. S. p.* 151. *Fries l. c. p.* 78.

Sequentis varr. nimis accedit. Olidus. Stipes 4 unc. longus, æqualis, 2 lin. crassus, infra annulum distantem squamulosus, apice violaceus. Pileus conicus, dein explanatus, $\frac{1}{2}$ unc. et parum ultra, jove sicco alutaceus etc. b) lam. olivaceis. *Cum prioribus, passim.* (v. v.)

6. *A. gentilis*, pileo subcarnoso umbonato subcinnamomeo expallente, lamellis adnatis cinnamomeis, stipite tenui æquali substricto.

A. helvolus. *Pers. syn. p.* 273. *nec Bull.*

Humidus unicolor fulvo-cinnamomeus, siccus stipes et pileus expallent, lutescunt. Stipes dein

et cavus, 3 unc. et ultra longus, 2-3 lin. crassus, fibrillosus, annulo contexto obliquo distante. Pileus junior conicus, dein explanatus, sub-acute umbonatus, subrimosus, obsolete fibrillosus, ½ - 3 unc. latus. — Non est *A. himnuleus* With.; forte Sow. t. 173; Quid *A. helvolus* Sw. l. c. viscosus, lamellis liberis? *In pinetis præcipue; sed ubique frequens. Jul.-Dec.* (v. v)

β. *glandicolor*, umbrinus, lamellis minus distantibus. Color A. brunnei, forma prioris. *In pinetis.* (v. v.)

γ. *A. punctatus*, pileo obsolete umbonato canescente umbrino. *Pers. syn. p.* 274. Affinis A. flexip. (v v.)

δ. *A. incisus*, pileo squamuloso fulvo-ferrugineo, lam. ferrugineis, stipite brevi. *Pers. syn. p.* 310. Velum sæpe obsoletum. Stipes firmus uncialis etc. Certe varietas e loco. *In ericetis, sterilibus.* (v. v.)

ε *helvelloides*, pileo obtuse umbonato fulvo, lam. umbrino-purpureis, stipite flexuoso. *In nemoribus humidis.* (v. v.)

ζ. *A. spurius*, pileo stipite albido-pallidis. *Pers. syn. p.* 288.

** HETEROCLITI (Raphanoideis affiniores) *lamellis adfixis, distantibus; pileo disco præcipue carnoso innato-fibrilloso, velo colorato zonæ instar stipitem sæpius cingente &c.*

7. *A. limonius*, pileo obtuso aurantio-fulvo expallente, lamellis flavis mox fulvo-cinnamomeis, stipite æquali, velo floccoso. *Fries l. c. p.* 56.

Color fere præcedentis α; de cetero non affinis. Stipes firmus, 2-3 unc. longus, ½ unc. crassus, fibrillosus, luteus, interdum croceo-rubens. Pileus mox planus, siccus ochraceo-luteus, subsquamosus, 2-4 unc. latus. Lam. nunc adnatæ, nunc emarginatæ! Velum rarius perfecte annulatum. Huc *A. hermesin.* Holmsk. II. t. 40. *In pinetis montosis vulgaris. Jul.-Nov.* (v. v.)

8. *A. croceofulvus*, pileo plano aurantio-fulvo, lamellis adnatis pallido rufis, stipite æquali linea aurantiaca cincto. *Dec. fr.* 6. *p.* 49.

Stipes 3-4 unc. longus, 4 lin. crassus, solidus, flavorufescens, apice pallidus. Pileus 4 unc. latus, lævis (?) pallide aurantiacus, dein fulvus l. rufescens. *Ad terram silvarum circa Montpellier.*

9. *A. armillatus*, pileo squamuloso testaceo-rubro, lamellis pallide cinnamomeis, dein ferrugineis, stipite bulboso, velo contexto rubro.

A. Bulliardi. β. *A. S. p.* 157. — *Fries l. c. p.* 61.!

Odor Raphani. Stipes 3-5 unc. longus, apice 3-4 lin. crassus, albido-rufescens. Pileus junior campanulatus, dein explanatus, 2-3 unc. latus. Lam. adnatæ l. leviter rotundatæ. — *A. aimatochelis* Bull. t. 596. f. 1 huc certe pertinet; albidum vero (t. 527 f 1.) numquam vidi. *Inter vulgatissimos. Aug.-Oct.* (v. v.)

10. *A. sublanatus*, pileo squamuloso testaceo-olivaceo, lamellis e lutescente-cinnamomeis, stipite bulboso squamuloso, velo fusco

A. sublanatus, *Sowerb.* t. 214. *Swartz, l. c.* 1808 *p.* 90. *Fries Obs.* 2. *p.* 77.

b. A. notatus. *Pers. syn. p.* 296.

Odor et statura præcedentis; sed pilei et veli colore certe diversus. Stipes 3 unc. longus, lutescenti-pallidus; interdum apice violaceus. Pileus dein late et obtuse umbonatus, 3 unc. latus: colore vario lutescente-fusco; squamulis subfuscis l. canis, interdum sericeo-adpressis. Lam. adnatæ, sed et emarginatæ. *In pinetis, fagetis &c. Aug.-Oct.* (v. v.)

11. *A. bulbosus*, pileo obtuse umbonato glabriusculo spadiceo, sicco testaceo, lamellis cinnamomeis, stipite longo bulboso veloque albido

Am. *Hall. helv. n.* 2445. A. bulbos. *Sow. t.* 230. *Pers. syn. p.* 195. *Fries l. c. p.* 60.

Odor et statura priorum; habituque illorum laxo mox a sequentibus dignoscitur. Stipes 3-4 unc. longus, subfibrillosus, basi in adultis ferruginascens. Pileus 2-3 unc. latus, sub lente fibrillosus, margine tenuis, fragilis. Lam. rotundatæ, subadnatæ, distinctæ, 3-5 lin. latæ. *Inter gramina, folia &c. Aug.-Oct.* (v. v.)

* * * HETEROCLITI (Leucopodiis affiniores) *lamellis emarginatis, subconfertis; pileo carnoso obtuso adjuto-fibrilloso; velo stipiteque albis.*

12. *A. macropus*, pileo crustallino, squamulis pilosis canescentibus, lamellis distantibus aquose cinnamomeis, stipite elongato æquali annuloque albidis.

Stipes 3-6 unc. latus, ½ unc. et ultra crassus, firmus, fibrillosus, demum pileo subconcolor; annulus tenuis, remotus, albus. Pileus non compactus, junior convexus, margine inflexo, dein explanatus, 2 unc. circ. latus, testaceo-ferruginascens etc. Lam. ½ - 1 unc. latæ, adnexæ. Cf. A. (Derm.) caperatum. *In silvis, minus frequens. Aug.-Sept.* (v. v.)

13. *A. latus*, pileo crustallino, lamellis emarginatis confertis argillaceo-cinnamomeis, stipite pallescenti-albo cortinato. *Pers. syn. p.* 276.

Inter annulatos Auctor l. c. locavit. Gregarius, subcæspitosus. Stipes 2-3 unc. longus, 1 unc. fere crassus, fibrillosus. Pileus convexo-planus, 4 unc. et ultra, disco obscuriore. Lam. 3 lin. latæ. *In paludosis silvaticis Hercynicis.*

14. *A. bivelus*, pileo obtuso fulvo l. testaceo, lamellis emarginatis subdistantibus fulvis subnitidis, stipite brevi subbulboso, annulo fugaci.

A. araneos. *Bull. t.* 598. *f.* 2. *b.* Am. *Hall. helv. n.* 2132. A fulg. *A. S. p.* 161. A bivelus *Fr. Obs.* 2. *p.* 58 — A. sericeus. *Schæff. t.* 24. (colore subrecedit.)

Gregarius. Stipes compactus, 2 unc. longus, albidus. Annulus albus, angustus, in cortin. continuatus. Pileus junior convexus, dein planus, obtusissimus, 2-3 unc. latus, nunc nitidus, nunc opacus, raro squamulosus, sed fibrillis margine adflatus. Lam. distinctæ, 2-3 lin. latæ, elegantes. *In ericetis & silvis, ubique. Jul.-Oct.* (v. v.)

β. A. fulgens, pileo aureo-nitido, bulbo marginato. *Pers. syn. p.* 294.

15. *A. urbicus*, pileo glabro argillaceo-albo, lamellis emarginatis confertis aquose ferrugineis, stipite æquali, supra annulum fugacem villoso.

Priori sat affinis. Stipes 2-3 unc. longus, 4 lin. crassus annulusque albi. Pileus 2 unc latus, obtusus, numquam squamosus. Locus a vulgari Cortinariarum recedit. *In suburbiis Lundæ, solo pingui ad radices Salicum &c. Oct.-Nov.* (v. v.)

Trib. XIX. INOLOMA.

A. araneosus. Bull. - Dec. fr. 2. p. 198. *Am. Lam. Enc. 2. p.* 106. Cortinariæ spec. *Pers. syn. p.* 276.

CHAR. Velum in filis liberis araneosis solutum, marginale, fugax. Stipes solidus, bulbosus, fibrillosus, in pileum subdiffusus, carnosus. Pileus carnosus, junior convexus, dein explanatus, fibrillosus l. viscosus, regularis. Substantia succulenta. Lamellæ emarginato-adnexæ, latæ, decolorantes. Sporidia copiosa. *Color pilei aut lamellarum violaceus.*

Obs. Fungi majores, firmi, subsucculenti, autumnales, terrestres, haud cæspitosi, neque, quantum novimus, edules. Odor multis peculiaris. Species certissime differunt contra Bulliardi assertionem! Tricholomatibus analogæ nomenque ejusdem significationis.

† INOL. GENUINA. Pileus semper siccus, squamulosus l. sub lente fibrillosus, obtusus l. umbonatus, numquam depressus. *Hall. helv. n.* 2455, 2456.

1. *A. violaceus*, obscure violaceus, pileo villoso-squamoso, lamellis distantibus connexis, stipite spongioso, intus violaceo-cinereo.

Fungo-Boletus violac. *Bocc. Mus. t.* 301. *f.* 5. A. violac. *Linn. Suec. p.* 448. *Lam. fr.* 1287. *n.* 8. *Hedw. fil. Obs. Bot. t.* 4. *Bolt. t.* 52. (male.) *Sv. Bot. t.* 288. *Fries Obs. 2. p.* 87. Id. & A. hercynicus. *Pers. syn. p.* 277, 278. A. araneos. violac. *Bull. t.* 250, 598. *f.* 2. *A.*

Speciosus, magnus. Stipes junior subtomentosus, 4 unc. plerumque longus. Pileus obtusus, explanatus 3-6 unc. latus. Lam. juniores fere atro-violaceæ. Plurimi cum diversissimo, at simili, A. personato commutant, ad quem varia syn., v. gr. Raji Syn. p. 3. n. 19 etc. referenda. *In nemoribus frondosis major, in pinetis minor. Aug.-Oct.* (v. v.)

2. *A. violaceo-cinereus*, pileo umbrino-violaceo, squamulis punctiformibus cinereis ruguloso, lamellis distantibus purpurascente-umbrinis.

Boletus fuscus, basi globosa. *Bocc. t.* 301. *f.* 4 Am. pediculo bulbiformi, pileo fusco &c. *Dill. Giess. p.* 87. *A. violaceus Schæff. t.* 3. A. viol. cin. *Pers. syn. p.* 279. *A. S. p.* 152.

Priori proximus. Stipes 2-3 unc., fere glaber, pileo dilutior. Pileus 2-3 unc., colore varius. Lam. ad latera cinnamomeæ. *In silvis mixtis. Aug.-Oct.* (v. v.)

3. *A. traganus*, foetidus, pileo fibrilloso lilacino-pallido expallente, lamellis distantibus ochraceis, stipite albo-violaceo, intus croceo.

A. amethyst. *Schæff. t.* 56. - *Fries 2. p.* 82.

Magnus, odore peculiari, a secuentium vero diverso. Stipes etiam expallens, fuscescens. Pileus obtusus, 3 unc. circiter, disco demum flavescens

etc. Lam. crenatæ, sæpe adnatæ, colore juniorum diversissimæ. *In silvis abunde. Jul.-Oct.* (v. v.)

4. *A. argentatus*, olidus, pileo sericeo-nitente lilacino argentato, lamellis confertis cinnamomeis, stipite intus concolori. *Pers. syn. p.* 286.

Odor et sapor peculiaris. Priori minor, stipite 1-2 unc. longo, ½ - 1 unc. crasso, pileo 1 ½ - 2 unc. lato. Pileus obtusus, expallens. *In pinetis, nobis varior. Sept. Oct.* (v. v.)

5. *A. albo-violaceus*, pileo demum late et obtuse umbonato sericeo-fibroso violaceo-exalbicante, lamellis subconfertis dilute violaceis. *Pers. l. c.*

Optima species, odore nullo distincto. Stipes obclavatus (leviter bulbosus), 2 unc. longus, extus intusque violaceo-albidus. Pileus 1-3 unc. latus, argenteo-pallens. Lamellæ serrulatæ, cinereo-violaceæ, dein aquose cinnamomeæ, leviter emarginatæ, 2-3 lin. latæ; variant cinereæ, stipite conico etc. *In silvis frondosis, fagetis &c. passim. Aug.-Oct.* (v. v.)

6. *A. camphoratus*, olidus, pileo obtuso sericeo lilacino expallente, lamellis subadnatis confertis coeruleis purpurascentibus.

Mejer. Stipes mollis, bulbosus, non vero marginatus, 2-3 unc. longus, violascens, basi intusque albidus. Pileus 2-4 unc. latus, disco demum lutescens, l. dilute testaceus quod in priori numquam. Caro crassa Lam. adnatæ, subarcuato-decurrentes!, juniores amethystinæ, dein purpurascentes pallidiores. Odore et sapore ab omnibus fungis differt! *In pinetis vulgaris. Aug.-Oct.* (v. v.)

7. *A. malachius*, pileo subcarnoso lilacino, mox subtestaceo, villo squamuloso canescenti tecto, lamellis confertis purpurascentibus mox cinnamomeis. *Fries Obs. 2. p. 71.*

Cum A. armeniaco facilis commutatu. Variat major et minor; præcipue, ut in quam pluribus affinibus observavi, supra folia humida putrescentia pinea stipite valde ventricoso. Stipes spongiosus, sublilacinus. Pileus junior dilute lilacinus, adultus humidus fusco-ferrugineus, siccus testaceus, plus minus canescens, raro obtusissime umbonatus, 2-4 unc. latus Lam. emarginatæ, serratæ, margine sæpe albidæ. *In pinetis frequens. Aug.-Nov.* (v. v.)

8. *A. saturninus*, pileo glabro obscure badio expallente, lamellis purpurascentibus confertis, stipite violaceo.

Subcæspitosus, odore debili, sed subdistincto. Stipes spongiosus, deorsum incrassatus, 2-3 unc. longus, ½ unc. crassus. Pileus siccus, glaber et junior tantum versus marginem sericeus, carnosus; margine tenuis, dein incisus; junior campanulatus, dein expansus, obtusus; expallens testaceus, 2-5 unc. latus. Lam. rotundatæ, 4 lin. latæ, demum aquoso ferrugineæ. *Ad sæpes humidas, in Salicetis graminosis Scaniæ. Oct. Nov.* (v. v.)

9. *A. conopus*, pileo obtuse umbonato piloso ex olivaceo subferrugineo, lamellis emarginatis confertis, stipite conico. *Pers. syn. p.* 285.

"Ingens, validus, speciosus, sapore vix ullo." *A. S. p.* 156. Stipes longus sensim attenuatus, in medio velatus. Pileus 4 unc. latus. explicatus planiusculus. Lam. 3 lin latæ. *In silvis, v. gr. Lusatiæ copiose. Sept. Oct.*

10. *A. pholideus*, pileo umbonato cervino, squamis pilosis fuligineis squarroso, lamellis confertis violaceis ex argillaceo cinnamomeis, stipite transversim nigricante squamoso, apice lævi.

A. psammocephalus. *Bull. t.* 586. *f.* 1. 531. *f.* 2. *Dec. fr* 2. *p.* 196. (vix differt, sed nomen incongruum). A. araneatus. *Pers. syn. p.* 203 A. lepidomyces. *A. S. p.* 155. *t.* 12. *f.* 1. A. pholideus. *Fr. 2. p. 21.*

Ab A. sublanato subsimili differt lamellis confertis, primo violaceis etc. Stipes sursum attenuatus, vix bulbosus, 2-4 unc. longus, supra velum fuscum subannulatum violaceus. Pileus 1-4 unc. latus. Lam. 2-4 lin. latæ. *In silvis ericetosis subhumidis, betuletis &c. vulgaris. Aug.-Oct.* (v. v.)

11. a *A. spilomeus*, pileo umbonato glabriusculo fuscescenti-pallido. lamellis confertis violaceis decolorantibus, stipite attenuato, squamis fulvis variegato.

A. aran. *Sow. t.* 384. *f.* 1. — *Fries l. c. p.* 83.

Sequenti nimis cognatus. Stipes 2-4 unc. longus, 2-3 lin. crassus, albo-lilacinus. Pileus leviter carnosus, uncialis; color varius, junior subcanescens, dein ferrugineo-fuscescens, siccus lutescens. Lamellæ dein lilacinæ, demum cinnamomeæ. *In silvis muscosis abiegnis, raro. Aug. Sept.* (v. v.)

11. b. *A. anomalus α. proteus*, pileo obtuso glabriusculo canescente-fuligineo, dein fuligineo-fulvo, lamellis confertis cæsio-purpurascentibus, stipite tenui squamuloso, basi incrassato.

A. eumorphus. *Pers. syn. p.* 342. forma. — *Fr. l. c. p.* 73.

Optima species, sed determinatu et descriptu difficilis. Stipes 3-5 unc. longus, 1-3 lin. crassus, fragilis, subadscendens, albido-violaceus, expallens, dein albido-lutescens; sæpe cavus. Pileus vere carnosus, tenuis, mollis, junior eleganter convexus, dein planus, 1-4 unc. latus; colore varius. Lam. tenues, serratæ, emarginatæ, dente decurrente, demum argillaceo-cinnamomeæ. *A. olivascens* Batsch t. 31. f. 185, quoad staturam convenit. *In silvis frondosis &c., ubique. Aug.-Oct.* (v. v.)

β. A. incurvus, pileo subumbonato lilacino expallente, lamellis lilacinis, dein ochraceis, stipite caudato-tomentoso. *Pers. ic. & descr. t.* 7. *f.* 5. *Syn. l. c.*

Stipes incurvus, sursum etiam minute squamulosus. Pileus dein planiusculus, etiam pallide lutescens. *Inter folia.* (v. v.)

γ. *A. tabularis*, firmior, pileo lato demum plano, lam. fugacissime cæsiis, mox argillaceo-cinnamomeis, stipite pallido — *Bull. t.* 431. *f.* 5.

Plurimæ formæ stipite lævi et variegato-squamoso; pileo obtuso et subumbonato, colore argillaceo-pallido, alutaceo, testaceo-livido etc. *In fagetis.* (v. v.)

δ. *A. diabolicus*, pileo fibrilloso subrimoso fuscescenti dein olivaceo, sicco ferrugineascenti, lam. minus confertis fugacissime cæsiis. — *Bull. t.* 431. *f.* 4?

Ag. anomalum cum A. Raphanoide quasi jungit; sed dantur et specimina stipite A. pholidei instar squamoso. Variat cæspitosus, stipite crasso et tenui etc.; sed vix colore. Pileus junior subcampanulatus. *Cum priori.* (v. v.)

ε. *A. caninus*, robustus, pileo plano lateritio-rufescente, lamellis purpurascentibus, stipite bulboso pallido. — *Bull. t.* 544. *f.* 1.

Quis hunc forte *Mich. t.* 74. *f.* 1. et *Buxb. C. IV. t.* 23, priorum crederet varietatem? certam tamen sequor experientiam. Olidus. Stipes solidus, 2-3 unc. longus, ½ unc. crassus, sursum violaceus. Pileus 2-4 unc., variat zonatus, maculatus, repandus. *In fagetis. Aug.-Oct.* (v. v.)

Cum species n. 1-9 vix ullis, nisi quæ ex ætate & statu humido siccoque pendent, hæc species infinitis obnoxia mutationibus. Hic genuinus *A. araneosus* Bull.; sed ex ejus indole polymorpha seductus alios distinctissimos admiscet. Species magis affines, quam quæ in præsenti sectione contineantur, certiusque distinctas! in tota re herbaria non invenies.

12. *A. Bulliardi*, pileo sicco glabriusculo rufescente, lamellis distantibus cinnamomeis, stipite firmo, bulbo cinnabarrino.

Bull. t. 431. *f.* 3. — *Pers. Obs.* 2. *p.* 43. *Syn. p.* 289.

Distinctus ab A. armillato; numquam tamen violascit. Stipes 2-4 unc. longus, ½ unc. crassus, subradicatus, albidus, sanguineo-maculatus. Pileus convexus, obtusus, 2-3 unc. Lam. emarginatæ. *In fagetis. Aug. Oct.* (v. v.)

†† IN. PHEGMACIOIDEA. Pileus glaber, humidus viscosus, semper obtusus, demum depressus. Stipes coeruleascens, mox expallens albidus. *Fung. pernicios. gen. XV.* Clus. — *J. Bauh. XL. c.* 59.

13. *A. variecolor*, pileo rufo-spadiceo, margine subtomentoso violaceo, lamellis confertis albido-fuligineis, stipite crasso bulboso. *Pers. syn. p.* 280.

An viscosus sit, reticet Auctor, sed pileus 3-4 unc. latus, margine *nitidus*. Lam. 3 lin. latæ, margine albidæ et nitidæ, ad latera sordide cinnamomeæ. Stipes 2 unc. et ultra longus, 1 unc. crassus, subbulbosus. "Variat disco dilutiore ex alutaceo-rufescente etc." A. S. p. 153. Videtur affinis A. glaucop. *In silvis Sept. Oct.*

14. *A. centrifugus*, pileo viscoso, margine ærugineo, lamellis crenatis incarnato-violaceis, stipite solido.

Stipes 2-3 unc. latus, 1 unc. crassus et ultra, glaber, albidus. Pileus 3-5 unc., planus, subdepressus, fusco-lutescenti-violaceus, dein magis lutescit. Caro alba. Lam. leviter emarginatæ, 4 lin. latæ, pallidæ, dein cinnamomeæ. *In silvis abiegnis muscosis ad Skärstad &c. Jul. Aug.* 1817. (v. v.)

15. *A. subtortus*, pileo molli inæquali viscoso pallido, lamellis latis olivaceo-cinereis, stipite demum cavo subtorto inæquali. *Pers. syn. p.* 284.

A sequenti molli substantia etc. distinguitur. Stipes 2-3 unc. longus, subbulbosus, valde inæqualis, obsolete violascens. Pileus e convexo-planiu-

sculus, subdepressus, 2 unc. latus, subirregularis; variat pallide stramineus, alutaceus, olivascens, fuligineo-fuscus. Lam. subrotundatæ, ½ unc. latæ, subdistantes. Saper nauseosus *In silvis abiegnis, alnetis, raro. Aug.-Oct.* (v. v.)

16. *A. infractus*, pileo compacto inæquali subviscoso, lamellis confertis olivaceo-umbrinis, stipite solido. — *A. S. p.* 155.

b. pileo infracto, lam. crispis. *Pers. syn. p.* 283.

Colore lamellarum peculiari præcipue distinguitur. Stipes 2-3 unc longus, ½ unc. crassus, bulbosus, fibrillosus Pileus convexo-planus, 3 unc. fere; olivaceo-fuligineus subluridus, disco lutescentiluridus etc. Amaricans. *In fagetis umbrosis, raro. Aug.-Oct.* (v. v.)

17. *A scaurus*, pileo æquali viscoso, lamellis confertis olivaceo-purpurascentibus, stipite attenuato bulboso

a. pileo fulvo-fuligineo, sicco sordide ochraceo &c. A fulvo-fulig. & subsimilis, *Pers. Obs.* 2. *p.* 43. *Syn. p.* 284. A. orichalceus. *Batsch. Cont.* 2. *f.* 184. A. defossus. *C.* 1. *f.* 73. A. curvatus. *Schum. p.* 319. A. glaucop. b. *With. p.* 207.

b. totus olivaceus, viridis. Am. *Hall, helv. n.* 2466, A. scaurus, *Fries Obs.* 2. *p.* 75.

c. pileo umbrino &c. Ag. spadic. *Batsch, El. f.* 16. A. turb. inquinatus. *Pers. l. c. p.* 294.

Mollis, insipidus; sed junior valde compactus, leviter amaricans. Stipes nunc marginato-bulbosus, nunc inter muscos humidos subæqualis, 3 unc. circiter, fibrillosus. Pileus etiam depressus, 2-3 unc latus. Lam. subtenues, demum cinnamomeæ. *Ubique, sed præsertim in silvis abiegnis subhumidis omnium præcocissimus. Jun.-Oct.* (v. v.)

18. *A. rufo-olivaceus*, pileo plano viscoso subrufo, lamellis confertis olivaceis, stipite æquali, basi bulboso. — *Pers. syn. p.* 285.

Magnus, sed difficilis ab aliis determinatu! Stipes 3 unc. firmus. Pileus demum depressus, 4 unc. latus, "variat stramineus, olivascens" *A. S. p.* 156. Lam. antice latiores, 3 lin. *Mihi in ericetis raro; locis similibus & pinetis v. gr. Lusatiæ ubique nimius. In Amer. boreali.* Torrey. *Aug.-Oct.* (v. v.)

19. *A. callochrous*, pileo æquali lævi viscoso, lamellis confertis violaceo-purpureis, stipite bulboso e violaceo albido. *Spreng. Mant.* 1. *p* 16.

a. carne fracta stipiteque subtenui purpureo-violaceis. A. purpurase. *Fr. Obs.* 2. *p.* 68. A. porphyrop. *A. S. p.* 153. A. subpurpurascens. *Batch. C.* 1. *f.* 74. A. badius? *Pers. syn. p.* 279.

b. carne stipiteque albidis. A. callochrous, A. decoloratus. *Pers. syn. p.* 282, 283. *Obs.* 1. *p.* 52. A. call. *Fries l. c.*

Inodorus, insipidus, colore lamellarum elegan-ti sat persistenti, demum vero cinnamomeo mox dignoscitur. Stipes solidus, longus, nunc marginato-bulbosus, nunc tantum attenuatus. Pileus non compactus, planiusculus, 1-3 unc., *variat* pallidus, argillaceus, luteus, lilacinus, purpureus, (*A. hamatus* Schum. p. 330 nullo recedit charactere), fuscescens, badius, lividus; coelo sereno, ut in omnibus! siccus. — a. junior est forma, tempestate pluvia nata; jam post aliquot siccos dies minus succosa. *In dumetis, silvis, pratis &c. Aug.-Oct.* (v. v.)

80. *A. decoloratus*, pileo æquali lævi viscoso, lamellis confertis fugacissime cæsiis subargillaceis, stipite subbulboso albo.

Colore lamellarum numquam purpurascenti et pilei, qui mihi constans albidus l. argillaceo-albus visus, a prioribus distinguitur. Succosus, minor; caro et stipes numquam coerulescentes. *In pinetis montosis, raro. Sept. Oct.* (v. v.)

82. *A. glaucopus*, compactus, pileo subolivaceo-fuligineo, juniori viscoso, demum rivuloso-inæquabili, lamellis coerulescenti-argillaceis, stipite crasso coerulescenti,

A. glauc. *Schæff. t.* 53. *Sowerb. t.* 223. *Pers. syn. p.* 282. *Swartz l. c.* 1809. *p.* 83. A. araneos. *Bull. t.* 96.

Magnus, compactus, insipidus, plerumque gregarius. Stipes 2-3 unc. longus, 1 unc circiter crassus, junior sublanatus, e cœruleo-albus. Pileus 2-5 unc. latus, colore varius, margine sæpius cœrulescente villoso. Lam. non tenues, serrulatæ, demum cinnamomeæ. *In silvis, ericetis &c. vulgaris. Aug.-Oct.* (v. v.)

23. *A. varius*, firmus, pileo luteo subsquamoso, humido viscoso lamellis confertis serratis albido-cæsiis, stipite attenuato albo.

A. varius. *Schæff. t.* 42. *Pers. Comm. p.* 17. A. subgranulat. *Batsch. El. f.* 22, male. A. turbinatus. *Sowerb. t.* 102. *Swartz l. c.* 1808. *p.* 19. A. glaucop. var. *Pers. syn p.* 282. A. pachypus. *Holmsk. 11. t.* 39. *Schum. p.* 322. A. multiformis. *Fries Obs. 2. p.* 63.

b. A. truncatus. *Schæff. t.* 251.

Quoad staturam omnium maxime variabilis, ut A. anomalus; sed color sat constans. A præcedentibus differt stipite numquam cœrulescente. Lam. juniores pallidæ, albæ "purpurascentes" Schæff., demum dilute argillaceo-cinnamomeæ. Stipes brevis et elongatus, marginato-bulbosus et subæqualis, lævis et squamosus etc. etc. Apparent certe hujus monstrositates variis locis in mycologorum scriptis, quæ e descript. numquam determinandæ ex gr. *A. pansa, balteatus.* Fries Obs. 2. *Aug.-Oct. Ubique nimius.* (v. v.)

24. *A. turbinatus*, mollis, pileo viscoso lævi flavo l. fulvo, lamellis confertis integerrimis e flavescenti cinnamomeis, stipite bulboso albo.

Am. *Hall. helv. n.* 2411. A. turbinat. *Bull. t.* 110. *Fries Obs. 2. p.* 66. Am. *Lam. Enc. 1. p.* 106.

b. pileo subrepando. A. subrep. *Pers. p.* 300.

Quamvis color nullo modo violascens, ob totam staturam, substantiam succulentam inter Ino-

lomata referri debet. Bulbus sæpe marginatus, hæc vero nota, ut jam satis superque demonstravi, nullo modo constans l. essentiali. Stipes 3-4 unc. longus. Pileus pro more antecedentium demum depressus, 2-3 unc., colore plus minus intenso, siccus nitidus. *In Quercetis, fagetis &c. passim. Sept.-Nov.* (v. v.)

Species hujus non æque acute ac prioris sectionis distinguuntur. Quæ inquirendarum loco ponendæ essent, aut status vetustos decoloratos (*A. ferruginasc.* Batsch. f. 187 & *A. angustatus* Schum. p. 320) exhibent, aut in plures species (*Buxb. Cent. IV. t. 22* & *A cyaneus* Pers., *A. cærulescens* Schæff. t. 34. — potissimum A. callochroi formæ!) quadrant.

Trib. XX. PHLEGMACIUM.

CHAR. Velum viscosum, tenue, fugacissimum, in fila arachnoidea sæpe solutum. Stipes solidus, firmus, attenuatus. Pileus carnosus, convexus, mox planus, lævis, firmus, siccus nitidus, junior et irrigatus viscosus. Caro alba, succulenta Lamellæ adnatæ, subdecurrentes, subconfertæ *Color nunquam cœrulescens; pileus lutescens, stipes albidus.*

Obs. Nomen, a Φλεγμα *pituita*, analogiam cum Limacio, Myxacio et Gompho indicabit. Fungi terrestres, firmi, persistentes, in cibariis haud recepti. *(Var. A. varii.)*

1. *A. saginus*, pileo obtuso luteo, lamellis decurrentibus pallidis, stipite subbulboso flavente.

Valde gregarius, subcæspitosus. Stipes 3 unc. longus, 1 unc. crassus et ultra, fibrillosus, intus molliusculus. Pileus subirregularis, 4-5 unc. latus. Lam. 4-5 lin. latæ, minus confertæ, margine erosulæ, sordide (olivascenti?) pallidæ dein cinnamomeæ. *In pinetis densis muscosis Smolandiæ superioris. Fil. Aug.* (v. v.)

2. *A. coruscans*, pileo obtuso ochraceo-luteo, lamellis dente decurrentibus ochraceis, stipite æquali albo.

Subregarius. Stipes 3-6 unc. longus, ½ unc. crassus, fibrillosus, striatus. Pileus regularis, demum depressus, 4 unc. circiter latus. Lam. confertissimæ, 1-2 lin. latæ, lineares, integerrimæ, læte ochraceæ. Odor l. sapor nullus. *Locis nemorosis, raro. Aug.-Sept.* (v. v.)

3. *A. vibratilis*, olidus, pileo fulvo-luteo, lamellis pallidis, stipite molli niveo basi incrassato.

Nulla cum A. vario affinitas. Magnitudo valde variat; substantia mollis; odor et sapor peculiares. Stipes longus, 2-4 unc. longus, sæpe incurvus et flexuosus. Pileus disco carnosus, margine tenuis patens, passim late obtuse umbonatus, lævis, 1-2 unc. latus, vere viscosus; exsiccatus nitens, expallens. Lam. pileo dilutiores, tenues, adnatæ, raro subdecurrentes, confertæ, ochraceæ l. dilute cinnamomeæ; variant emarginatæ *In pinetis Sueciæ vulgaris*; *fagetis passim. Aug.-Nov.* (v. v.)

Trib. XXI. DERMOCYBE.

Cortin. & Gymnop. sp. *Pers. syn. l. c.*

CHAR. Velum siccum, araneosum, fugacissimum Stipes subæqualis, nec vere bulbosus, fibrillosus, firmus, in junioribus farctus, dein sæpius cavus. Pileus plus minus carnosus, immo submembranaceus, margine tenuis, e convexo l. conico-expansus, subumbonatus, fibrillis (raro glutine) vestitus. Lamellæ inæquales, latiusculæ, subconfertæ. *Color varius.*

Obs. Tribus a δερμα & κυβη dicta, Clitocybi analoga, varia. Fungi persistentes, medii l. minores, vix cibarii. Subtribus sequentes:

1. RAPHANOIDEI. Pileus squamulis l. fibrillis innatis. Stipes pileo concolor l. dilutior. *Terrestres.*
2. LEUCOPODII. Pileus glaber, sed fibrillis superficialibus obductus. Stipes albus. *Terrestres.*
3. LYSIOPHYLLI. Pileus viscidulus l. villosus. Lam. liberæ. *Epiphyti.*
4. LIGNATILES. Pileus glaber, siccus. Lam. adfixæ.

Subtr. 1. RAPHANOIDEI.

Differunt a Leucopodiis stipitis indole, pilei superficie odore et sapore plerumque Raphani — et facillime ex habitu. Telamoniæ † † propriis pertinent, sed velum contextum, stipes subbulbosus, lamellæ distantes.

* *pileo carnoso, primo convexo.*

1. *A. callisteus,* pileo carnoso subobtuso minute squamoso fulvo, lamellis subdecurrentibus stipiteque farcto subbulboso flavis. *Fr. 2. p. 51.*

Affinis A. limonio; similis A. sulphureo. Stipes 2-3 unc. longus, 3-5 lin. crassus, firmus, demum fulvescens. Pileus 2 unc., absque facie sericea Lam. latæ, subconfertæ, arcuato-decurrentes. *In pinetis montosis. Sept. Oct.* (v. v.)

2. *A. bolaris,* pileo carnoso obsolete umbonato rufescente, squamulis maculæformibus obscurioribus, lamellis subdecurrentibus, stipite æquali variegato.

Pers. syn. p. 291. Fries Obs. 2. p. 52.

Elegans Stipes 2-3 unc. longus, 3-5 lin. crassus, apice albidus. Pileus 1-3 unc., convexus, epidermide rupta flavescens. Lamellæ admodum confertæ, testaceo-cinnamomeæ. *In fagetis, non raro. Aug.-Oct.* (v. v)

3. *A. purpureus,* pileo carnoso obtuse umbonato squamuloso stipiteque brevi æquali coccineo-rubris, lamellis adnatis obscurioribus.

Bull. t. 598. f. 1. Pers. syn. p. 290. Dec. fr. 2. p. 197.

Eximie pulcher, odore pro more Raphani. Stipes 1 ½ - 2 unc. longus, 3-4 lin. crassus, firmus; intus flavescens. Pileus junior campanulatus, dein expansus, 2 unc. et ultra, margine subsericeus. Lam. subinde decurrunt, 3 lin. latæ, detritæ obscure puniceæ. *In fagetis v. gr. Smolandiæ. Sept.-Nov.* (v. v.)

4 *A. sanguineus*, pileo leviter carnoso subsquamuloso stipiteque tenui æquali obscure sanguineis, lamellis adfixis obscurioribus.

A. santal. *Scop. p.* 441. A. sanguin. *Wulf. in Jacq. Coll. 2. p. 107. t. 15. f. 3. Sowerb. t. 43. Pers. syn. p.* 289. *Fries Nov. Suec. p.* 18. A. rubens. *Bolt. t.* 36.

Colore unice a sequente tenuiore distinguendus. Stipes pro more junior farctus, dein cavus; lamellæque nunc adnatæ, nunc emarginatæ. Pileus convexus, umbonalis l. parum ultra. *In fagetis, abieguis &c. frequens. Sept.-Nov.* (v. v.)

5. *A. cinnamomeus*, pileo leviter carnoso obtuse umbonato sericeo subcinnamomeo, lamellis adfixis confertis, stipite tenui æquali lutescente.

a. *semisanguineus*, firmior, lam. nitidissimis sanguineo-ruberrimis (Pileus cinnam., helvolus &c.) Am. *Hall. n.* 2447. A. cinnam. *Linn. Suec.* 1205. A. sanguin. medius. *A. S. p.* 158.

b. *cinnamomeus*, firmior, pileo lamellisque rubrocinnamomeis. *Bolt. t.* 150. *Sowerb. t.* 205. *Pers. syn p.* 297. *Fries Obs. 2. p.* 35. A. betulin. *Scop. p.* 445.

c. *conformis*, pileo helvolo-cinnamomeo, lam. nitidis croceo-fulvis! *Mich. t.* 75. *f.* 4. A. toment. *Hoffm. t. 2. f.* 1.

d. *croceus*, medius, lamellis flavo-croceis. (Pileus colore variat.) *Hall. helv. n.* 2431. A. icterin. *Scop. p.* 439. A. croceus. *Schæff. t.* 4. *Pers. syn. p.* 297 *Swartzl. c.* 1808. *p* 19. A. squamulosus. *Batsch. f.* 117. A. iliopodius. *Bull. t.* 586. *fig. inf.*

e. pileo stipiteque luteis, lam. flavis. *Vail. t. 12. f* 12-14.

f. *paludosus*, pileo squamuloso olivascente, lamellis stipiteque olivaceis — aliæque.

Hoc sub nomine junxi seriem formarum constantium (*Inolom. phlegmacioidea* vix magis diffe-

runt), sed maxime affinium. Stipes 3 unc. longus, 2-3 lin. crassus fibrillosus, æqualis, demum cavus. Pileus planiusculus, obsolete squamosus, 1-3 unc. latus. Lam. latæ, nitidæ. *In silvis ubique; etiam locis paludosis &c. Jun.-Dec.* (v. v.)

6. *A. Raphanoides*, subolivaceus, pileo leviter carnoso obtuse umbonato sericeo, lamellis adfixis minus confertis, stipite farcto deorsum incrassato.

Mich. t. 75. f. 2. — Pers, syn. p. 324. A. S. p. 170.

Præcedenti affinis. Stipes 3 unc. longus, 4 lin. crassus, subadscendens, fibrillosus, basi villosus. Pileus humidus fuscescenti —, siccus lutescenti-olivaceus, junior convexus, dein explanatus, 2 unc. latus. Lam. latæ, obscuriores, variant pro more adnatæ et emarginatæ. *In fagetis, pinetis passim. Jul.-Oct.* (v v)

β. venetus, pileo irregulari demum subdepresso tomentoso flavo-viridi, lamellis ex olivaceo-ferrugineis, stipite subcavo inæquali. *Friss Obs. 2. p. 76.* (v. v.)

7. *A. depexus*, pileo leviter carnoso obtuso fibrilloso testaceo-pallido, lamellis adfixis croceis dein ferrugineis, stipite æquali pallido.

Stipes sæpe adscendens, 2-3 unc. longus, 2-4 lin. crassus, apice nitens. Pileus demum umbonatus, sericeus, 1-2 unc. latus, isabellino-flavus etc. Caro alba. Lam. minus confertæ, latæ; variant emarginatæ. — b. *A. subsquamulosus*. Batsch. f 101. sec. Fr. Obs. 2. p. 54. *Rarius in silvis. Aug.-Oct.* (v. v.)

* * *pileo subcarnoso, primo campanulato.*

8. *A. hemitrichus*, pileo subcarnoso dein acute umbonato canescente-tomentoso, lamellis adnatis argillaceis, stipite pallido. *Pers. syn. p. 206.*

Gregarius; odore Raphani, sapore amaricante. Stipes farctus, dein cavus, 2-3 unc. longus, 2-3 lin. crassus, subnitens, etiam albo-squamosus. Pileus

junior fuscescens, dein fusco-lutescens, expallens, uncialis, Lam. confertæ, latæ, serratæ, dein cinnamomeæ. *In pinetis, fagetis, pratis muscosis &c. passim. Aug.-Oct.* (v. v.)

9. *A. flabellus*, pileo subcarneso dein obtuse umbonato sericeo, lamellis adnatis olivaceo-ferrugineis, stipite undulato floccoso pallido.

Odor fortis; sapor Raphani. Stipes 3 unc. longus, 2 lin. crassus, e farcto cavus; floccis fibrillosis adpressis albis squamosus etc. ut A. flexipedis. Pileus $\frac{3}{4}$ - 1 $\frac{1}{4}$ unc. latus, obsolete fibrillosus, humidus olivaceo-fuscus, siccus alutaceus. Lam. confertæ lineares. *In pinetis Smolandiæ montosis; fagetis Scaniæ. Sept. Oct.* (v. v.)

10. *A. iliopodius*, subcinnamomeus expallens, pileo subcarnoso dein umbonato, lamellis adnatis latis, stipite æquali tenui.

A. iliopod. *Eull.* — sed diversissimos admiscet. Formæ: A. dulcamarus & cervicolor. *Pers. syn. p.* 324, 325.

Proteus in hac subdivisione, ut A. cinnamomeus in priori; sed hujus formæ infinitæ undique confluentes seorsim proponi nequeunt. Olidus, sapore Raphanoideo accedens. Stipes e farcto cavus, 2-4 unc. longus, 1-2 lin. crassus, basi præcipue fibrilloso-squamosus, cinnamomeus, siccus pallidus; raro fuscus, lilacinus etc. Pileus expansus subacute umbonatus, $\frac{1}{2}$ - 1 unc. latus, subsericeus, etiam rimosus et squamulosus, humidus margine striatus, siccus alutaceus lævis; variat fuscescens, cervinus etc. Lam. latæ, juniores pallide, dein obscure cinnamomeæ. *In Quercetis, fagetis, ubique; pinetis raro. Jul.-Nov.* (v. v.)

11. *A. Cucumis*, pileo subcarneso dein umbonato glabrinsculo purpureo-fusco, lamellis adfixis ventricosis ferrugineis, stipite fusco.

A. nigripes. *Sowerb. t.* 344. A. cucum. *Pers Obs. 1. p.* 45. *Syn. p.* 316. *A. S. p.* 166. *Fr. Obs. 2. p.* 40.

Cognatus priori. Odor fere cucumeris. Stipes e farcto cavus, 2-3 unc. longus, 1-2 lin. crassus. Pileus uncialis et ultra, acute umbonatus, fuscus etc. Lam. etiam secedunt. Major, pileo obtuse umbonato, 2 unc.; stipite crasso etc. in humidis pineti. *Cum priori. Aug.-Oct.* (v. v.)

12. *A. urens*, pileo subcarnoso obtuso glabriusculo, lamellis adnexis ferrugineis, stipite longo pallido.

Bull. t. 528. f. 1. Pers. syn. p. 333. Dec. fr. 2. p. 185.

Sapor sec. nomen urens videtur. Stipes farctus, 4-5 unc. longus, 2 lin. crassus, maculatus, basi villosa subincrassata. Pileus 1 ½ - 2 unc. latus, humidus — ?, siccus pallidus. Lam. confertæ, 1 ½ lin. latæ. *Inter folia decidua Galliæ.* (v. ic.)

*** *pileo submembranaceo, primo subconico.* (A. decipiens.)

13. *A. detonsus*, pileo submembranaceo dein obtuse umbonato glabriusculo subalutaceo, lamellis adnexis croceis, stipite longo pallido.

Statura prioris, affinis A. hemitricho etc. Subfragilis, odore Raphani. Stipes 3-4 unc. longus, 2 lin. crassus, sursum leviter attenuatus, basi villosus. Pileus subhemisphæricus, 1 ½ unc. latus, testaceo-alutaceus, expallens. Lam. latæ, subdistantes, demum obscure testaceæ. *In silvis humidis inter Polytricha. Sept.-Nov.* (v. v.)

14. *A. saniosus*, pileo submembranaceo dein obtuse umbonato glabriusculo lamellisque ventricosis testaceis, stipite deorsum sanguineo sublactescente.

A. crocatum revocat; sed cum seqq. A. helvolo subaffinis. Stipes subfarctus 3 unc. longus, 1 lin. crassus, subtortus, compressus liquorem sanguineum fundit. Pileus ½ unc. et ultra, subconvexus, lævis. Lam. latæ, sinuato-adfixæ, minus confertæ. *In silva abiegna colliculosa semel. Sept.* (v. v.)

15. *A. acutus*, pileo submembranaceo dein acute umbonato ferrugineo, sicco ochraceo, lamellis adnatis linearibus, stipite tenui æquali.

Pers. syn. p. 316. Fries Obs. 2. p. 37.

Gregarius, tenuis. Stipes dein fistulosus, 3-5 unc. longus, 1-2 lin. crassus, æqualis; pileo concolor, siccus albidus. Pileus humidus striatus, siccus lævis, ½ unc. latus. Lam. angustæ, subdistantes, obscure ochraceæ. "Umbonem nigrum" A. S. p. 166 non vidimus. *Locis humidis silvarum, copiose. Aug.-Nov.* (v. v.)

16. *A. obtusus*, pileo submembranaceo obtuse umbonato ferrugineo, sicco ochraceo-alutaceo, lamellis adnatis latis, stipite brevi.

Priori affinis, nec cum A. leucopode commutandus. Gregarius, parvus, subolidus. Stipes dein cavus, subventricosus, 2 unc. longus, 3 lin. crassus, mollis, fragilis, fibrillosus; pileo dilutior siccus albus; velum subinde contextum. Pileus 1-2 unc. latus, mollis, campanulatus; humidus dilute cinnamomeus, margine striatus. Lam. 2-4 lin. latæ, non confertæ, dilute cinnamomeæ. *In pinetis, jove pluvio, abunde. Aug.-Oct.* (v. v.)

Subtr. 2 LEUCOPODII.

CHAR. Velum sericeum; album. Stipes albus, raro violascens. Pileus politus, glaber, sed fibrillis superficialibus (veli) secedentibus passim obductus. Odor non Raphani, subnullus. (*A. turbinatus.*)

1. *A. vespertinus*, pileo carnoso obtuso molli luteo, lamellis emarginatis, dein cinnamomeis, stipite longo subtenui basi incrassato.

Proximus A. turbinato et vibratili, colore et substantia molli laxa Phlegmatiorum. Stipes solidus, 3-6 unc. longus, 1-4 lin. crassus, basi leviter incrassatus villosus. Pileus convexus, dein planus,

glabriusculus ; colore pallescente- l. ochraceo-flavo. Lam. latissimæ, confertæ. *In Quercetis Scaniæ. Sept.-Nov.* (v. v.)

2. *A. ochroleucus*, pileo carnoso subobtuso albo-pallescente, lamellis subliberis argillaceo-ochraceis, stipite subventricoso firmo.

Pers. syn. p. 295. — *Schæff. t.* 54. ?

Odor nullus, sed sapor amaricans. Stipes 3 unc. longus, 4-5 lin. crassus, apice e cortina fibrillosus, albus. Pileus disco præcipue carnosus, ut in sequ., campanulato-convexus, dein obtusissime umbonatus, 2 unc., sub lente obsolete sericeus. Lam. juniores leviter adnexæ, postice latiores, confertæ, 3 lin. latæ, demum cinnamomeæ. *In Quercetis &c. infrequens. Sept.-Nov.* (v. v.)

3. *A. subferrugineus*, pileo carnoso glabriusculo ferrugineo testaceove, lamellis emarginatis subdistantibus fulvo-ferrugineis, stipite inæquali pallido. *Fries Obs. 2. p.* 62.

Medius inter A. bivelum et armeniacum. Stipes subnudus, sæpe curvatus, non albus. Pileus plerumque obtusus, margine tenuis, lamellæque latæ, opacæ, nec nitidæ. Variat uti sequ. *In silvis, passim. Aug.-Oct.* (v. v.)

4. *A. armeniacus*, pileo subcarnoso dein obtuse umbonato fulvo-cinnamomeo expallente, lamellis confertis cinnamomeis, stipite farcto sursum attenuato albo.

A. helvolus. *Bull. t.* 531. A. armeniac. *Schæff. t.* 81. *Pers. syn. p.* 299. *A. S. p.* 161.

b. pileo badio, ferrugineo &c. A. badius & castan. *Schum. p.* 326, 327, (sæpe cum A. castaneo confusus. *Fries Obs. 2. p.* 44. *Bolt. t.* 10.

Multiformis, subolidus. Stipes submollis, fibrillosus, 2-3 unc. longus, apice subinde violascens. Velum rarius contextum. Pileus campanulatus, mox convexus expansus, margine tenui patente, 2-4 unc. latus, humidus, nec viscosus, exsiccatus hel-

volo-alutaceus etc. Lam. distinctæ, 2-3 lin. latæ, juniores aquose cinnamomeæ. 1. *Vægrandis*, pileo obtusissimo umbonato, stipite conico 1-2 unc. crasso. 2. *medius*. 3. *tenuis*, pileo acutiuscule umbonato, stipite elongato 2-3 lin. crasso. *Ubique in silvis* 1. *inter folia Pini.* β. *locis muscosis humidis. Jul.-Nov.* (v. v.)

β. *falsarius*, pileo subobtuso humido lamellisque ventricosis flavescentibus, stipite obeso duro.

γ. *A. dilutus*, rigidus, expallens, pileo subobtuso, lamellis latis dente decurrentibus. *Pers. syn. p.* 300. *In pinetis.* (v. v.)

5. *A. lucidus*, ferrugineus, pileo carnoso obtuse umbonato nitente, lamellis decurrentibus obscurioribus, stipite farcto subincurvo.

A. lamproc. *Bull. t.* 544. *f.* 2. A. luc. *Pers. syn. p.* 299.

Priori valde affinis; subcæspitosus. Stipes 2 ½ unc. longus, 3-4 lin. crassus. Pileus 2 ½ - 3 unc. latus. Lam. latiusculæ. *In Gallia.* (v. ic.)

A nitidulus *Dec. fr.* 6. *p.* 50. pileo fulvo-luteo nitente, lamellis liberis, stipite æquali prioribus videtur magis affinis.

6. *A. tortuosus*, pileo subcarnoso dein umbonato ferrugineo expallente, lamellis adnatis latis fulvis, stipite subcavo torto argenteo.

Stipes fragilis, 3-4 unc. longus, 3 lin. crassus, striatulus, basi haud incrassatus. Pileus 2 unc., tenuis, fragilis, siccus ochraceus etc. Lam. 2-3 lin. latæ, subconfertæ, detritæ purpurascentes l. obscure sanguineæ. *In silvis abiegnis montosis subuliginosis. Sept. Oct.* (v. v.)

7. *A. castaneus*, pileo subcarnoso convexo dein obtuse umbonato castaneo, lamellis adfixis confertis e violascenti-testaceis, stipite brevi firmo.

Bull. t. 268, 527. *f.* 2. *Pers. syn. p.* 298. *A. S. p.* 161. *Fr. Obs.* 2. *p.* 42. *excl. var.* A. leucopesus, *Holmsk. II. t.* 37.

Gregarius, inodorus, sat firmus, edulis. *Pers. Ch. com.* Stipes junior pro more farctus, dein cavus, rigidus, 1-2 unc. longus, 2-4 lin. crassus, fibrillosus, albus, subviolascens. Pileus subglaber, late et obtuse umbonatus, coloris intensitate varius, expallens testaceus etc. Lam. ventricosæ, purpurascentes; variant adnatæ. *Ubique ad terram; copiose in fagetis, quercetis &c. Jul.-Nov.* (v. v.)

β. A. cæsius, pileo depresso obtuso castaneo-fusco, lamellis adnatis aquose cinnamomeis, stipite gracili etc. *Fl. Dan. t.* 1010 (v. v.)

8. *A. decipiens*, pileo submembranaceo umbrino, umbone conico nigrescente, lamellis adnatis cinnamomeis, stipite tenui pallido.

Pers. syn. p. 298. *Fries* 2. *p.* 42. (A. mammosus. *Linn. Suec.* 2. *n.* 1218. *desc. ad p.*)

Gregarius. Stipes junior farctus, 3-4 unc. longus, 1-2 lin. crassus, tenax, albus, superficie sæpe undulata. Pileus subglaber, etiam dilute castaneus, 1 unc. fere latus. Lam. confertæ, 2 lin. latæ. *In silvis & pratis muscosis, vulgaris. Aug.-Nov.* (v. v.)

9. *A. leucopus*, pileo subcarnoso dein acute umbonato helvolo, sicco alutaceo, lamellis subliberis cinnamomeis, stipite æquali candido.

Bull t. 533. *f.* 2. *Dec. fr.* 2. *p.* 193. *Pers. syn. p.* 333. *Fries Obs.* 2. *p.* 39. *excl. g.*

Stipite candido insignis, qui junior farctus, dein cavus, uncialis et ultra. Pileus conicus, dein expansus, uncialis fere. Lam. ventricosæ, dilute cinnamomeæ, sed pileo expallente obscuriores. *In pinetis. Sept. Oct.* (v. v.)

10. *A. pluvius*, pileo submembranaceo campanulato helvolo-pallido viscidulo, lamellis adnatis pallidis, stipite molli albo.

Stipes farctus, 1 ½ unc. longus, 2-3 lin. crassus, glaber, raro basi incrassatus. Pileus valde te-

puis, disco tantum carnosulus, obtusus, glaber, non expansus, ½ - 1 unc. latus. Lam. adscendentes, postice arcuatæ. *In abiegnis muscosis roridis, raro. Sept.* (v. v.)

Species inquirendæ subtr. 1 & 2:

1. Monomyces aromaticus. *Batt. t.* 21. *T.*
2. 3. Mon. &c. *Batt. t.* 19. *L.*; 9. *B.*
4. A. Zinziberatus. *Scop. p* 455. olidus, flavus.
5. A. sideroides. *Bull. t.* 588. similis A. acuto.
6. A. holosericeus. *Plan. Erf. p.* 17.
7. A. rigens *Pers. syn. p.* 288. Pileus glaber, 2 unc. & ultra, pallescenti-albus. Lam. subdecurrentes. Stipes longus basi bulbosa.
8. A. decumbens. *Pers. l. c. p.* 286. *Fries Obs.* 2. *p.* 49. Pileus albidus. Stipes adscendens, bulbosus. *Species non, sed affinitas dubia.*

Apud Haller, Scopoli &c. species mancæ descriptæ restant. Sic ex. gr. *A albipes* Scop. in plures e Leucopodiis, *A. filamentosus* Ejusd. in Raphanoideos varios, *A. strigneus* Ejusd. in A. limonium, *A. rigidus* & *longipes* in A. iliopod. &c. quadrare possent.

Subtr. 3 LYSIOPHYLLI.

CHAR. Velum fugacissimum. Stipes subcavus, æqualis Pileus leviter carnosus, obtusus, viscosus l. villosus. Lam. liberæ, ventricosæ, confertæ. Odor nullus. *Plurimi epiphyti.*

1. *A. barbatus*, pileo lævi stipiteque longo viscosis candidis, lamellis ochraceo-fulvis. — *Batsch. El. p.* 163. *f.* 11.

Stipes cavus, 3 unc. longus, 3 lin. crassus, basi villosus Pileus planiusculus, 1 ½ unc. latus. Lam. rotundatæ. *In silvis, locis humidis.* (v. ic.)

2. *A. semiglobatus*, flavidus, pileo lævi, lamellis latissimis, stipite brevi striato. *A. S. p.* 169.

Stipes tenuis, uncialis, strictus. Pileus carnoso-membranaceus, hemisphæricus, subviscosus, ½ lin. latus. Lam. postice truncatæ, subconvexæ *In pinetis siccis Lusatiæ. Sept. (In arvo similem vidi.)*

3. *A. crocco-cœruleus*, pileo lævi dilute violaceo, lamellis emarginatis, stipite glabro albo.

Pers. ic. & descr. t. 1. f. 2. Syn. p. 341. Fr. 2. p. 85.

Stipes cavus, 2 unc. longus, 2-3 lin. crassus. Pileus leviter carnosus, convexo-planus, subviscosus. Lam. croceæ. *In fagetis umbrosis, Sept.* (v. v.)

4. *A. reticulatus*, pileo reticulato dilute violaceo, lamellis rotundatis, stipite fibrilloso albo.

Pers. ic. & descr. t. 4. f. 4-6. Syn. p. 341.

Stipes fistulosus, fragilis, apice striatus. Pileus tenuis, subviscosus, disco demum umbilicatus nigrescens, 1-2 unc. latus. Lam. dilute croceæ. *Ad truncos Fagi &c., locis montosis. Aug. Sept.* (v. v.)

5. *A. aleuriatus*, pileo tenui livido, margine striato, lamellis rotundatis, stipite pulverulento albo. *Fr. Obs. 1. p. 49. excl. syn.*

Proximus priori; totus fragilis, tenuis. Stipes fistulosus, 2 unc. longus, 1 lin. crassus. Pileus obtusus, planiusculus, haud uncialis, valde viscosus; variat cæsius et roseus, etiam ellipticus (*A. ellipticus* Pers. syn. p. 406.) Lam. vere liberæ, croceo-argillaceæ. *Cum priori, sed frequentior. Jul.-Oct.* (v. v.)

6. *A. ephebeus*, pileo villoso purpureo-violaceo, lamellis rotundatis, stipite farcto albo. *Fries 2. p. 187.*

A. villosus. Bull. t. 214. Dec. fr. 2. p. 189.

Stipes 2 unc. longus, 2-3 lin. crassus, incurvus. Pileus campanulatus, expansus, 1-2 unc. latus, minus tenuis. Lam. ochraceæ. *Cum prioribus, raro. Sept.* (v. v.)

Statura, substantia, pileus, lamellæ, locus &c. eximiam cum *Hyporhodiis Pluteis* indicant analogiam (colore vero Leptoniæ). Cf. A. ephebeum & hispid., A. aleuriat. & nanum, A. reticulatum & phlebophorum, barbatum & Prunuloidem &c.

Subtr. 4. LIGNATILES.

CHAR. Velum fugacissimum. Stipes firmus, subæqualis, radicatus. Pileus carnosus, obtusus, siccus, glaberrimus. Lam. adfixæ. *Color lutescens &c.*

Obs. Habitus potius Dermini, quam Cortinariæ, sed lamellis et sporidiis dignoscuntur. Fungi medii, gregarii, subcæspitosi, persistentes, subamaricantes, lignatiles, valde varii hinc duas modo attuli species, sensu latiori sumtas. Cf. *Flammulas.*

* 1. *A. sapineus*, pileo carnoso lutescente, lamellis adfixis albido-flavis, passim fulvo-cinnamomeis, stipite subfarcto striato pallido.

A. penetrans. *Fries Obs. 1. p. 23. hujus forma.*

Admodum variat. Solitarius l. subcæspitosus. Stipes subæqualis, 2 unc. circiter longus, 3-5 lin. crassus, dein cavus, fibrillose-striatus, basi albido-villosus. Pileus convexus, dein planus, obtusus, 1-2 unc. et ultra, proprie lævis, sed sæpe rimosus *diffracto-squamosus!*; variat aurantiacus, fulvus etc. Caro pallida, subamara. Lam. 2-3 lin. latæ, demum passim fulvo-cinnamomeo-maculatæ, nec more consueto decolorantes. *Ad truncos Pini, abunde, Majo-Nov.* (v. v.)

β. *A. hybridus*, pileo convexo humido aurantiaco l. fulvo, lam. luteis, stipite subcavo.

Sowerb. t. 221. Swartz. l. c. 1809. p. 90. Fr. Obs. 2. p. 312.

Pileus magis carnosus; colores saturatiores. (v. v.)

** 2. *A. picreus*, cæspitosus, pileo leviter carnoso lævi cinnamomeo, lamellis tenuibus luteis, stipite fistuloso umbrino.

Pers. ic. & descr. p. 14. t. 4. f. 7. Syn. p. 315. A. S. p. 165. Fries Obs. 1. p. 28.

Formæ minores A. campanellam fere referunt, sapor amaricans, sed etiam mitis. Stipites tenues, subpruinosi, demum compressi. Pileus e campanulato convexus, lævis, variat rufus, badius, fulvus

cinnamomeus. Legi *varietatem* ferrugineo-luteam, lam. subdecurrentibus, sporidiis ferruginascentibus. *Ad truncos pineos, ubique. Jul.-Nov.* (v. v.)

Dubius: *A. incurvus*, pileo carnoso demum infundibuliformi flavo-ferrugineo, lamellis decurrentibus stipiteque farcto inæquali pallidioribus. *Schæff. t.* 65. *A. testaceus*, *With. p.* 176. *A. flavidus*. *Sowerb. t.* 360.

Series quarta.

Trib. XXII. PHOLIOTA.

Lepiotæ & Gymnopi spec. *Pers. l. c.*

CHAR. Velum siccum, annuliforme, nunc membranaceum, nunc floccoso-radiatum. Stipes teres, subsquamosus, vix bulbosus. Pileus convexus, demum planiusculus, non umbilicatus. Lamellæ, ut in tota serie, inæquales, exsuccæ, decoloratæ. *Sporidia ferruginea, raro fulvo-ferruginea.*

Obs. Nomen a Φολὶς, squama. Tribus valde varias (distinctas quoque) continet species, sed series ita cohærens, ut subtribus vix admittenda. Spec. 1-4 terrestres, arrhizi, majores, pileo carnoso, lamellis leviter adnexis; 5 lignatilis, radicatus, pileo carnoso lævi, stipite squamoso, lamellis sublibris; 6-11 lignatiles, subcæspitosi, pileo carnoso subsquamoso, lam. adnatis; 12-15 pileo leviter carnoso, stipite fistuloso; 16 est Galera annulata.

* 1. *A. Vahlii*, aurantio-ferrugineus, pileo carnoso glabro, lamellis liberis, stipite solido lævi, annulo erecto albo-punctato.

Schum. Sæll. 2. p. 258. Fl. Dan. t. 1496.

Speciosus, amplus, solitarius. Stipes basi incrassatus, 8 unc. usque longus, 1 unc. crassus, pallidior. Annulus amplus, undulatus. Pileus hemisphæricus, lævis, 3-4 unc. Caro alba. Lam. postice latiores, secedenti-liberæ. *In Sællandiæ fagetis. Oct.* (v. ic.)

2. *A. aureus*, fulvus, pileo carnoso, squamis rarioribus pilosis, lamellis adnexis, stipite farcto glabro, annulo parvo.

Matusch. Sil. p. 331. *Lumn. Pos. p.* 517. *Bull. t.* 92. *Sowerb. t.* 77.! *Pers. syn. p.* 269. *Swartz l. c.* 1808. *p.* 13.

Magnus, subcæspitosus. Stipes æqualis, 4-6 unc. longus, sæpe adscendens, intus fibrosus. Pileus 2-4 unc. latus, convexo-planus, carne sulphurea amaricante. Lam. olivaceo-pallidæ, dein ferrugineæ. Annulus patulus striatulus. *Ad terram humosam. Sept. Oct.* (v. v.)

3. *A. caperatus*, pileo lacunoso citrino, villo albido disco uniformi, marginem versus squamuloso consperso, stipite solido albo, supra annulum reflexum squamuloso.

Pers. Obs. 1. *p.* 48. *Syn. p.* 273. (Pileus ex errore glaber) *Fries Obs.* 1. *p.* 5 *Fl. Dan. t.* 1675! A. macropus. *A. S. p.* 151. A. incrustatus. *Schum. p.* 254.

b. pallidus. A. pudicus. *Bull. t.* 597. *f.* 2.

Solitarius, amplus. Stipes validus, 4-5 unc. longus, 1 unc. crassus, æqualis, raro bulbosus. Annulus magnus, superus, striatus. Pileus convexo-explanatus, 4 unc. latus, disco carnosus, de cetero tenuis. Lam. adfixæ, secedentes, argillaceæ, raro violascunt, ut in *A. collinito*, affini. Ob descr. mancam Persoonii potius *A. macrop.* Pers. crederes; hunc tamen p. 215 attulimus. *In silvis montosis ubique. Jul.-Oct.* (v. v.)

4. *A. togularis*, pileo carnoso glabro subargillaceo, lamellis rotundatis, stipite cavo glabro, annulo reflexo.

Bull. t. 595. *f.* 2. *Pers. syn. p.* 262. *Dec. fr.* 2. *p.* 206.

Potius prope A. blattarium locandus et forsan A. præcocis varietas. Stipes 3 unc. longus, 3 lin. crassus, subæqualis, fragilis, pallidus, annulo albo. Pileus mox planus, 3 unc., pallescens. Caro tenuis mollis alba. Lamellæ ventricosæ, subliberæ,

pallidæ, dein dilute cinnamomeæ. *Inter gramina æstate.* (v. v.)

** 5. *A. radicosus*, pileo carnoso glabro pallido, lamellis rotundatis, stipite solido concentrice squamoso, basi incrassato radicato.

Bull. t. 160. *Pers. syn. p.* 266. *Dec. fr.* 2. *p.* 204.

Nemini affinis, gregarius; odore forti, subdulci, sat grato, sapore peculiari. Stipes firmus, 3-4 unc. longus, ½ unc crassus, albus, intus spongiosus; infra annulum distantem erectiusculum (demum subliberum) squamis erectis floccosis vestitus, apice pruinatus. Pileus convexo-planus, lævis, subsiccus, 3-5 unc., subargillaceus, dein e sporidiis ferrugineis rufo-maculatus. Lam. subliberæ, confertissimæ, 3 lin. fere latæ, pallidæ, demum rufescenti-ferrugineæ. *In silvis umbrosis, truncis infixus. Oct.* (Reften. 1819. v. v.)

*** 6. *A. aurivellus*, compactus, pileo luteo, squamis sparsis adpressis, lamellis rotundatis, stipite solido fibrilloso radicato.

A. filamentosus. *Schæff. t.* 209. A. auriv. *Batsch. C. I. f.* 115. *Fries Obs. 2. p.* 17. A. villosus. *Bolt. t.* 42. male. A. squarros. var. *Pers.* — A. salicinus. *Schum. p.* 262. var.

Plerumque solitarius. Radix præmorsa, subvillosa. Stipes durus, longitudine varius, incurvus, subbulbosus, albidus, intus basi rhabarbarinus, ipso apice velatus. Velum annulatum l. floccoso-radiatum! Pileus junior hemisphæricus, 2-3 unc., dein explanatus 4 unc. et ultra; variat pallidus, luteus, fulvus. Lam. adfixæ, latissimæ, planæ, olivaceo-pallidæ, demum ferrugineæ. *Ad truncos Betulæ, Salicis &c. Oct. Nov.* (v. v.)

β *A. heteroclitus*, pileo excentrico etc. *Fries Obs. 2. p.* 223!

7. *A. adiposus*, cæspitosus, pileo carnoso viscoso luteo, squamis concentricis ferrugineis, lamellis primo flavis, stipite squarroso basi incrassato.

A. squarros., adiposus & imbricatus. *Batsch. f.* 31, 113, 114. A. squamosus. *Schum. p.* 264.

Diversissimus ab A. squarroso. Stipites farcti, læte flavi, viscidi. Velum subfloccoso-radiatum. Pileus squamis superficialibus secedentibus!, valde viscidus, nitens. Lam. adnatæ, demum ferrugineæ. Plerumque giganteus; vetustus obscurior, absque squamis, fere ut *A. macroceph.* Schum. l. c. *Ad fagos copiose & frequens. Jul.-Oct.* (v. v.)

8. *A. squarrosus*, cæspitosus, pileo carnoso sicco croceo-ferrugineo, squamis confertis revolutis, lamellis olivaceo-pallidis, dein ferrugineis, stipite squarroso, deorsum attenuato. *Fries Obs. 2. p.* 19.

Am. *Hall. helv.* 2412. A. floccosus. *Schæff. t.* 61. *Curt. Lond. 1. t.* 264. A squamos. *Bull. t.* 266. *Dec fr. 2. p.* 201. A. squarros. *Fl. Dan. t.* 491. male. *Pers. syn. p.* 268. *Schum. Sæll. p.* 256. *Swartz. l. c. p.* 12.

Magnitudine varius. Odor nunc fortis putridus, nunc fere nullus. Stipes farctus, velo integro l. floccoso-radiato. Pileus obtuse umbonatus, squamis minoribus innatis, nec secedentibus. Caro flava. Lam. dente decurrunt, confertiores. *Ad radices truncorum, nimius. Aug.-Dec.* (v. v.)

β. *A. Müllerí*, pileo obtuso pallido, lam. pallidis fuscescentibus, stipite æquali. *Fl. Dan. t.* 831. *f.* 3. (A. scaber.)

Præcocior, valde olidus. Stipites flexuosi, annulo integro. Pileus albidus etc.: subhumidus, neutiquam vere viscosus. *In ligno Fagi.* (v. v.)

γ. *A. reflexus*, pileo cuspidato-umbonato piloso squamoso ochraceo, stipite longo subcavo æquali.

A. pilosus. *Schæff. t.* 80. A. reflex. *Pers. syn. p.* 311.

Utique distinctus; sed A. squarroso affinis. Olidus. Pileus leviter carnosus, subcampanulatus. Lam. olivaceo-argillaceæ, dein pallide cinnamomeæ. *Locis umbrosis. Aug. Sept.* (v. v.)

9. *A. flammans*, cæspitosus, pileo carnoso sicco luteo, squamis pilosis sparsis, lamellis primo flavis, stipite æquali squarroso.

A. flammans. *Batsch. El. f.* 30. A. Rheoides. *With. arr. 4. p.* 214. A. rhabarbar. *Pers. syn. p.* 271.

Priori minor, elegantior. Stipes farctus, demum cavus, subflexuosus, 3 unc. longus, 2-3 lin. crassus, flavissimus, annulo integro approximato. Pileus obsolete umbonatus, margine juniori inflexo, dein repando, 1 ½ - 3 unc. latus, squamis concentricis flavis, vix innatis. Lam. subtenues, confertæ, absque dente adnatæ, demum ferrugineæ. Sapor amarus. *Ad truncos pineos, passim. Jul.-Oct.* (v.v.)

10. *A. Junonius*, pileo carnoso obtuso sicco stipiteque solido lævibus luteis, lamellis adnatis luteo-fulvis.

Solitarius, minor, pulcher. Stipes incurvus, 1 ½ unc. longus, 4 lin. crassus, æqualis, subexcentricus. Annulus inferus, reflexus, pileo approximatus, supra quem stipes furfuratus. Pileus glaber, 2 unc. Lam. planæ, confertæ, latiusculæ. *Ad truncos putridos, raro. Oct.* (v. v.)

11. *A. tuberculosus*, gregarius, pileo carnoso obtuso sicco adpresse-squamoso, lamellis primo flavis, stipite cavo subbulboso incurvo.

Schæff. t. 79. *figg. inf.* (reliquæ potius ad A. caudic.) A. curvipes. *Pers. syn. p.* 312. absque velo.

Stipes obsolete squamosus, ¾ - 1 ½ unc. longus, 2-3 lin. crassus, flavus; variat excentricus et æqualis. Annulus submembranaceus, reflexus, raro cortinæformis. Pileus 1-2 unc. latus, squamis minutis adpressis. Lam. latæ, serrulatæ, emarginatæ, passim flexuosæ. *Ad truncos Sorbi, Betulæ &c. Aug.-Oct.* (v. v.)

*** 12. *A. muricatus*, pileo leviter carnoso obtuso fulvo-luteo, squamulis stipatis villoso, lamellis adnatis primo flavis, stipite fistuloso.

a. regularis, pileo stipiteque squarrosis, annulo distincto. *Fr. Obs.* 1. *p.* 12. A. scariosus? *With. p.* 206.

b. inæqualis, stipite fibrilloso velato. *Batt. t.* 22. A. luteus. *Bolt. t.* 50. A. flammula. *A. S. p.* 149.

c. inæqualis, pileo stipiteque cortinato villosis. A. limulatus. *Fries l. c. p.* 28.

Distinctissimus, valde varius, solitarius l. cæspitosus. Stipes 1-2 unc. longus, 1-2 lin. crassus, sordide luteus. Velum in a. simile A. granulosi. Pileus campanulato-convexus, dein planus, etiam depressus, 1-2 unc. latus, luteus, squamulis minutis obscurioribus. Lam. latæ serrulatæ. *Vulgaris ad truncos varios. Jul.-Oct.* (v. v.)

13. *A. mutabilis*, pileo leviter carnoso glabro cinnamomeo expallente, lamellis subdecurrentibus confertis pallide ferrugineis, stipite fistuloso tenui.

a. *caudicinus*, cæspitosus, stipite squamoso. Fungi multi &c. spec. 3. *J. Bauh. XL. c.* 33. Ag. 28. *Gled. p.* 131. *Linn. Suec.* 1208. A. mutab. *Schæff. t.* 9. A. xylophilus. *Bull. t.* 530. *f.* 2. A. annul. *Bull. t.* 543. *f. O. P.* A. truncigen. *Schrank Bav. p.* 598. A. polymorph. *Baumg. Lips. p.* 618. — *Ellr. t.* 2. *f.* 3. A. caudic. *Pers. syn. p.* 271. *Swartz l. c. p.* 15. A. ochroleucus. *Vahl. N. H. S. Skr.* 2. *p.* 200.

b. *denudatus*, subcæspitosus, ochraceo-ferrugineus, stipite fibrilloso lævi. A. mutabilis & marginat. *Batsch. C. II. p.* 207, 208. A. acutus. *Schum. p.* 257. — *Mich. t.* 80. *f.* 7?

c. solitarius, minor, pallens, stipite fibrilloso &c. A. unicolor. *Schum. p.* 277.

Edulis. *Pers. Ch. comest.* Stipites tenaces, æquales, longitudine varii, inferne umbrini, superne pallidi. Annulus distinctus, sed etiam fugax. Pileus planiusculus, siccus alutaceo-pallens, subumbonatus, lævis; rarissime squamosus. Lam. confertæ, juniores pallidæ, adnatæ; "sinuatæ" *Trott. Essb. Schw. p.* 50. *t. E.* Formæ allatæ cum quam plurimis! aliis utique conflunnt. — d. minimus solitarius, pileo badio lamellis rotundatis, stipite glabro. *Ad truncos ubique; b. c. etiam ad terram. Majo-Nov.* (v. v.)

14. *A. erebius*, pileo leviter carnoso ruguloso lurido, lamellis adnatis, stipiteque cavo lævi pallidioribus, annulo subcampanulato.

Gregarius, fragilis, raro solitarius firmior. Stipites basi cohærentes, obsolete adpresso-squamulosi, 2 unc. longi, 3 lin. crassi, substriati, pallescentes. Annulus superus, sulcatus, albus, dein laceratus. Pileus obtusus, 2 unc. latus, glaber, ferruginascenti-luridus, expallens, margine striatus. Lam. subdistantes, sordide cinnamomeæ *In graminosis umbrosis, raro. (Lund, Femsjö) Sept. Oct.* (v. v.)

15. *A. blattarius*, parvus, pileo subcarnoso glabro ferrugineo expallente, lamellis liberis, stipite fistuloso lævi, annulo reflexo.

Solitarius l. gregarius. Stipes 2 unc. longus, 2 lin. crassus, æqualis, sericeus, albus. Annulus distans, lævis, albus. Pileus planiusculus, disco subumbonato obscuriore lævi, margine striato, ½ - 1 unc. latus. Lam. rotundatæ, ventricosæ, aquose cinnamomeæ. *In cultis, graminosis &c. Aug. Sept.* (v. v.)

**** 16. *A. Mycenoides*, pusillus, ferrugineus expallens, pileo membranaceo striato, lamellis adnatis, stipite fistuloso lævi, annulo integro.

Gregarius, tenellus, fragilis, pulcher. Stipes vix ½ lin. crassus, 1 ½ unc. longus, glaber, fulvo-ferrugineus. Pileus campanulatus, mox hemisphæricus, subobtusus, centro subinde obscuriore, glaber, ½ unc. latus. Lam. planæ, subdistantes, dente decurrente. Annulus albus, persistens ab omnibus Galeris tute distinguit. Occurrit major, pallidior. *In paludosis silvaticis. Aug.-Oct.* (v. v.)

Cum inter hujus tribus species distinctissimas, exoticas, a me non visas, inserere nolui, specierum inquirendarum numerus ingens evasit. Præcipue plures species pileo lævi in Europa austr. occurrere; nostri vero squarrosi desiderari videntur:

1. Fung. *Mich. N. G. t.* 80. *f.* 6. Cæspitosus, rufo-aureus, dein fulvus, lævis, stipite fistuloso bulboso.

2. Polymyc. tomentosus, rufus, *Batt. t.* 10. *f. E.* Major, stipite solido brevi, annulo angusto.

3. Fung. vagus &c. *Batt. t* 8. *A.* Pileus convexus lævis albidus. Lam. subadnexæ, ex albido-rufæ. Stipes lævis. Huic proximi (*Dec. fr.* 6. *p.* 50, 51.) videntur, forsan mere formæ:

   a. *A. attenuatus*, pileo sordide albo, stipite sursum incrassato apice annulato. *Lam. & annulus* (e sporid.) *fulvæ.*

   b. *A. cylindricus*, pileo disco fusco, lamellis albidis (*juniorib.*) stipite æquali, apice annulato. *Cum priori ad Salices.*

   c. *A. cortinatus* stipite cavo & cortinato a priori differt, quas vero notas supra sæpe varias vidimus. *In Ilicetis.*

   d. *A. cortinellus* differt a priori: stipite basi tomentoso, pileo magis convexo flavente, lam. rufescentibus.

4. Fung. *Batt. t.* 9. *D.* Subrufus, solitarius, pileo tomentoso, stipite valido &c. *Ad arbores.*

5. A. unicolor. *Fl. Dan. t.* 1071 *f.* 1. Habitus A. Mycenoidis; sed stipes solidus, lam. liberæ &c.

6. A. constrictus. *With. p.* 190. Ab A. caudicino stipite farcto differre videtur.

Polymyc. Batt. t. 6. f. C. D. E., t. 11. A. distincti, sed forte Leucospori. Cf. p. 31.

Trib. XXIII. MYXACIUM.

CHAR. Velum universale, viscosum, fugax. Stipes farctus, validus, longus, æqualis, mollis, primo velato-ubviscosus, dein protrusus in squamas adpressas floccoso-gelatinosas ruptus, a pileo discretus. Pileus plus minus carnosus, campanulato-explanatus, glaber, viscosus. Caro non firma, mucida. Lam. adnatæ, facile secedentes, subdecurrentes, non tenues, demum obscure ferrugineæ. *Stipes albus!*

Obs. Nomen a μύξα, mucus. Fungi majores, solitarii, terrestres, mucosi, inodori, non cibarii. Cf. *Flammulas viscosas.*

1. *A. collinitus*, pileo carnoso lævi aurantio-fulvo; lamellis purpurascentibus, dein ferrugineis, stipite transversim in squamas cœrulescentes getinosas rupto.

Buxb. Cent. IV. t. 9. A. mucosus. Bull. t. 596. f. 1.! Dec. fr. 2. p. 200. A. collin. Sowerb. t. 9. Pers. syn. p. 281. Swartz l. c. 1809. p. 83. A. S. p. 154.

Stipes firmus, 4-8 unc. longus, 4 lin. crassus, et ultra!, tomento adglutinato viscoso, dein in squamas adpressas (rarius albidas i. ferrugineas) rupto. Pileus 2-4 unc. latus, obtuse umbonatus, valde glutinosus. Lam. adnatæ, serrulatæ, distinctæ, subconfertæ, 3-5 lin. latæ; juniores etiam violascunt. A. caperato certe affinis. *In silvaticis mixtis vulgaris. Jul.-Nov.* (v. v.)

β *A. mucosus*, robustior, lamellis albidis, dein ferrugineis, stipite firmo lævi albo subsericeo. — *Bull. t. 519. f. D. E. F.*

A. propria specie parum abest. Stipes 2-4 unc. longus, ½ - 1 unc. crassus, firmus. Pileus multo carnosior, obtusus. Lam. obsolete emarginatæ. *In pinetis ubique.* (v. v.)

2. *A. elatus*, pileo subcarnoso plicato-rugoso sordide ochraceo, lamellis brunneo-ferrugineis, stipite albo-squamuloso longissimo.

Batsch. Cont. II. f. 188. Pers. syn. p. 332.

Priori procul dubio proximus. Stipes farctus, 5-8 unc. longus, ½ unc. et ultra crassus, utrinque subattenuatus, longitudinaliter fibrosus, squamulis disruptis subviscosis. Pileus disco tantum leviter carnosus campanulatus, explanatus subreflexus, 2-3 unc., fragilis, humidus viscosus livido-flavus. Lam. venoso-connexæ, subdistantes, adnatæ, latitudine maxime variæ. *In pinetis frequens. Aug.-Nov.* (v. v.)

3. *A. longicaudus*, pileo subcarnoso lævi subalutaceo, lamellis cinnamomeis, stipite longo sublævi. *Pers. l. c.*

Priori affinis. Stipes 4 unc. longus, 3-4 lin. crassus, albus, vix squamosus. Pileus margine fere membranaceus, convexus, mox planus, obtusus, 1 ½ unc. latus, viscosus; variat fuscescens. Lam. facile secedunt, confertæ, opacæ. *In pinetis montosis. Oct.* (v. v)

A. flexuosus. *With. p.* 174. A. repandus. *Schum. p.* 331. *Fl. Dan. t.* 1497. — Forsan sequentis varietas.

Trib. XXIV. HEBELOMA.

CHAR. Velum marginale, floccosum, siccum, tenue, fugax. Stipes farctus, medius, firmus, fibroso-squamosus. Pileus carnosus, convexus, dein planus, glaber, lævis, humidus viscosus. Lamellæ emarginatæ l. rotundatæ, confertæ, aquose cinnamomeæ. Sporidia ferrugineo-argillacea, reliquis pallidiora! *Terrestres, olidi, venenati.*

1. *A. fastibilis*, olidus, pileo subrepando opaco, stipite squamuloso albo, sporidiis subargillaceis.

A. gilvus. *Schæff. t.* 221. *Pers. comm. p.* 91. A. crustuliniformis. *Bull. t.* 308 546. A. cereaceus, lateritius, subtestaceus, clavus, *Batsch. f.* 195, 198, 199. A. offa. *Gmel* A. circinans. *Pers Obs* 1. *p.* 10. A. fastibilis. *Syn. p.* 326. A. obesus. *Schum. p.* 312.

Odor nauseosus, sapor ingratus. Stipes 1 ½-3 unc. longus, subæqualis, demum etiam cavus. Pileus firmus, obtusus, humidus viscosus. Lam. sæpe serratæ l. guttulas stillantes. — Varietates infinitæ. Conf. *Pers. syn. l. c.*, *Fries Obs. 2. p.* 54. nec dubium videtur, hunc fungum, qui peculiarem tribum non potest non constituere, eodem jure in plures species esse dividendum ac Russula etc! Color pilei albus, stramineus, pallidus, ochraceus, testaceus fulvus, rufus, spadiceus; lamellarum pallidus, subincarnatus, terreus etc. — *In silvis, ubique. Jul.-Nov.* (v. v.)

Ag. punctatus. *Schæff. t.* 40. valde affinis.

Trib. XXV. FLAMMULA.

Cortin. & Gymn. spec. *Pers. l. c.*

CHAR. Velum marginale, fibrillosum, fugacissimum, non glutinosum. Stipes junior farctus, dein plerumque cavus, non bulbosus, firmus, fibrillosus, (nec e velo transversim rupto adpresse squamosus), in pileum leviter diffusus. Pileus carnosus, convexo-expansus, lævis, glaber; (rarissime squamulis superficialibus, non innatis), siccus l. viscosus. Caro non crassa, sed firma. Lam. non emarginatæ, variæ.

Obs. Fungi gregarii, subcæspitosi, firmi, persistentes, subamaricantes, esculenti, colore subluteo (unde nomen) facile distincti. *Cortinar. lignatiles* colore sporidiorum unice differunt.

†. PHOLIOTIS proximi. Pileus siccus. Lamellæ adnatæ. *Cæspitosi, lignatiles.*

1. *A. alnicola*, cæspitosus, pileo flavo, marginem versus fibrilloso, lamellis adnatis e pallido-ferrugineis, stipite radicato squamuloso.

Valde diversus ab *A. aurivello* etc., subsimilibus. Stipes farctus, demum cavus, 2-3 unc. longus, 3-5 lin. crassus, curvato-flexuosus, flavus, dein ferrugineus. Pileus obtusus, irregularis, subhumidus, neutiquam viscosus, 2-3 unc. et ultra. Lam. latæ, planæ. Velum neutiquam radiatum, ut in Pholiot. — *A. velatus*, Schum. h. l. *Ad truncos alneos, passim. Sept.-Nov.* (v. v.)

2. *A. flavidus*, cæspitosus, pileo lævi flavido, lamellis adnatis e luteo-ferrugineis, stipite fibrilloso.

Fungi multi &c. sp. 1. *Bauh. Hist. XL. c.* 53. *A. testac. Huds. p.* 615. *A. flavidus Schæff. t.* 35. *Pers. syn. p.* 295. *Roue. Fl. Nord. fr.* 11. *p.* 481. *Fr. Obs. 2. p.* 29. *Aman. Lam. Enc. 1. p.* 110. *A. lignatilis. Bull. t.* 554. *f.* 1. *Dec. fr. 2. p.* 176.

Magnitudine admodum variat. Stipes farctus, dein cavus, basi ferrugineus; etiam attenuatus. Pileus obtusus, 1-2 unc. et ultra, numquam viscosus, humidus sordide flavus. Lam. obtuse adnatæ. Cortina tela alba, subinde annulata! *Ad truncos, præcipue Pini, abunde. Aug.-Nov.* (v. v.)

3. *A. ilicinus*, cæspitosus, pileo lævi sicco rufofulvo, lamellis adnatis rufescentibus, stipite glabro basi incrassato. *Dec. fr.* 6. *p.* 48.

Stipes pro more farctus et cavus, lentus, rufescens; 10-20 conjuncti. Pileus convexus, dein planus, glaber. Lam. pallidæ. In Gallia meridionali cibarius. *Ad truncos Quercus Ilicis. Autumno.*

4. *A. socialis*, cæspitosus, pileo fulvo, disco subsquamuloso, lamellis decurrentibus rufis, stipite æquali pallido. *Dec. fr.* 6. *p.* 48.

Stipites 15-20, subtorti, basi rufescentes l. nigrescentes. Pileus planus, margine involutus. Uti prior editur Monspelii, et nomine *pivoulade d'eouse, frigoule* notus. *Ad truncos Ilicis.*

5. *A. astragalinus*, cæspitosus, pileo lævi sicco aureo-incarnato, lamellis adfixis pallidis, demum ferrugineis, stipite flexuoso squamoso-fibrilloso.

Eximiæ speciei. Sapor amaricans, peculiaris. Stipes tenuis, elongatus (2-4 unc.), 2-3 lin. crassus, subfistulosus, æqualis l. deorsum attenuatus, pallidus. Cortina alba. Pileus 1-2 unc. et ultra, obtusus, etiam sub pluviis siccus, circa marginem obsolete sericeum pallens. Caro in junioribus vulnerata passim nigrescit! Lam. confertæ, latæ, juniores pallide flavæ, basi sæpe incarnatæ, varie adfixæ. Colores omnes peculiares, sic et sporidiorum! *Ad truncos Pini Sueciæ, non raro. Aug.-Nov.* (v. v.)

6. *A. inopus*, subcæspitosus, pileo lævi glabro flavescente, lamellis adfixis flavis, stipite farcto fibrilloso pallido. *Fries Obs.* 2. *p.* 32.

A. radicato-ram. *Bolt. t.* 148. **A. cennat.** *With.*

Majorem formam l. c. descripsi. Occurrit alius minor subochraceus, stipite 2 unc. longo, 2 lin. crasso, æquali. Pileus recens humidus, non viscosus, 2 unc. Lam. latæ, confertæ, planæ, pallidæ. *Ad truncos a. frondosarum. b. acerosarum arborum, raro ad terram. Sept. Oct.* (v. v.)

††. MYXACIIS similes. Pileus viscosus. Lam. adnatæ. *Non vere cæspitosi, lignatiles & terrestres.*

7. *A. spumosus*, flavidus, pileo lævi viscoso, lamellis adnatis, stipite cavo basi attenuato.

Batt. t. 22. *C.!* **A. silacei var.** *A. S. p.* 205.

Gregarius, subcæspitosus. Stipes tenuis, 2-4 unc. longus, 2 lin. crassus, obsolete fibrillosus. Pileus leviter carnosus, subumbonatus, planiusculus, 2 unc. circiter latus, disco obscurior. Caro flavo-virens, sapore subaquoso. Lam. e flavo ferrugineæ. *Ad truncos & terram, in pinetis &c. vulgaris. Aug.-Nov.* (v. v.)

8. *A. carbonarius*, pileo lævi viscoso fulvo, lamellis adnatis argillaceo-fuscescentibus, stipite rigido squamoso. *Fries Obs.* 2. *p.* 33.

Gregarius, parvus, priori maxime affinis. Stipes subfistulosus, uncialis et ultra, 1 lin. crassus, pallidus. Pileus planus, nunc umbonatus, nunc depressus, uncialis. Caro lutea. *Ad terram deustam & carbones, frequens. Majo-Nov.* (v. v.)

9. *A. thelephorus*, pileo viscoso-papillato crustallino, lamellis aquose cinnamomeis, stipite solido subferrugineo utrinque pallido. *Pers. syn. p.* 307.

Stipes 1 ½ unc. longus, 3-4 lin. crassus. Pileus convexo-planus, unc. et ultra, disco papillis difformibus viscosis. Lam. confertæ, 2 ½ lin. latæ. Caro compacta, pallida. *In pinetis hercynicis.*

10. *A. lubricus*, pileo viscoso fulvo, lamellis adnatis argillaceis, stipite solido fibrilloso albo.

Pers. syn. p. 307. *Fries Obs.* 2. *p.* 139.

Major. Stipes 2-4 unc. longus, 3-5 lin. crassus, siccus, sursum leviter attenuatus. Pileus obtusus, 2-4 unc., cinnamomeus. Caro alba. Lam. subdecurrentes, latiusculæ. *In silvis ad terram, circa bases truncorum &c. Aug.-Oct.* (v. v.)

β. pileo dilatato, disco fulvo squamoso, margine pallido, lam. albidis. *Inter gramina pinguia.*

11. *A. lentus*, albidus, pileo lævi viscoso, lamellis adnatis. stipite farcto squamoso.

Pers. syn. p. 287. *Fries Obs.* 2. *p.* 30! *A. S. p.* 157.

Gregarius, subcæspitosus. Stipes dein cavus, 2-3 unc. Pileus planus, obtusus, 2-3 unc., jove pluvio valde glutinosus; variat disco flavente, lividopallens. *Ad ramenta lignea & terram, ubique. Sept.-Nov.* (v v.)

12. *A. maculosus*, pileo subviscoso albido umbrinosquamoso, lamellis adnatis, primo albis, stipite squamoso albo. *Pers. syn. p.* 288.

Cæspitosus, fragilis. Stipes 3 unc. longus, ½ unc. et ultra crassus, fibrillosus, apice striatus. Pileus obtuse umbonatus, 2 unc., squamis latis difformibus. Lam. tenues, confertæ, demum incarnato-cinereæ. *In silvis rarius.*

†††. HEBELOMATI analogi. Pileus siccus. Lamellæ subliberæ. Stipes politus. *Terrestres, gregarii*

13. *A. cohærens*, pileo molli rugoso cinnamomeo, lamellis subadnexis aquose cinnamomeis, stipite cavo nitente-badio.

Pers. syn. p. 306. *A. S. p.* 163!

Ex elegantissimis, admirabile naturæ artificium. Stipites basi membrana communi uniti, subfasciculati, rigidi, cornei, glaberrimi, (4 unc.) lucidi, pulcherrime castanei, sursum pallidi. Pileus subcarnosus, hemisphæricus, obtuse umbonatus,

1 - 1 ½ unc., velutinus quasi. Lam. ventricosæ, basi venis connexæ. *Inter folia putrida, rarius ad truncos. Aug.-Oct.*

14 *A. lugubris*, e pallido ferruginascens, pileo subirregulari lævi, lamellis liberis, stipite radicato glabro, intus spongioso.

Gregarius. Stipes 4 unc. longus, 3-4 lin crassus, intus spongiosus albus, extus cartilagineus, rigidus, glaber, pallens, dein ferrugineus. Pileus carnosus, campanulatus, expansus, 2-3 unc., ex isabellino ferrugineus. Lam. latæ, confertæ, distinctæ, serratæ *In betuletis montosis declivibus* (Barnarp) *inter gramina. Jul.-Aug.* (v. v.)

15. *A. hilaris*, pileo æquali lævi fulvo, lamellis liberis flavo-ferruginascentibus, stipite cavo nitente-flavo.

A. xanthopodius. *Dec. fr. 6. p. 49. ut videtur.*

Gregarius, cæspitosus. Stipites 1-2 unc. longi, 3 lin crassi, æquales, glabri; (etiam badii visi.) Pileus leviter carnosus, primo campanulatus, glaber, uncialis, margine subinflexo. Lam. postice obtusæ, confertæ, distinctæ. *In pinetis ad terram. Sept. Oct.* (v. v.)

Obs. A liquiritiæ *Pers. syn. p. 506.* ad A. astragalinum l. sapinarum pertinere videtur.

H. l. videtur *A. striatus Mey. Ess. p. 300.*

Trib. XXVI. INOCYBE.

Cortin. & Gymnopi spec. *Pers. l. c.*

CHAR. Velum e fibrillis pilei continuatum, fugacissimum. Stipes solidus, raro cavus, subæqualis, firmus, squamulis l. fibrillis vestitus, a pileo discretus. Pileus plus minus carnosus, e campanulato-convexus, dein expansus subumbonatus, siccus, firmus, totus e fibrillis longitudinalibus innatis sericeus l. squamosus. Caro alba. Lamellæ proprie

liberæ, sed ob pilei formam mutatam sæpius adnexæ, confertæ, ventricosæ, albidæ, decoloratæ sæpe denticulatæ l. margine discolori. *Color albidus, subfuscus &c.*

Obs. Tribus vix alii affinis, ab ἴνα & ὄψη dicta. Fungi medii l. minores, solitarii, terrestres, æstivales, persistentes, non, quantum novimus, venenati; sed ob odorem subnauseosum suspecti. Radix annua.

†. Stipes fibrosus l. fibrilloso-squamosus.

* 1. *A. repandus*, pileo leviter carnoso lævi lutescente, margine infracto flexuoso, lamellis liberis, stipite longo solido, apice fibroso squamoso

Bull. t. 423. *f.* 2. (habitu quidem reredit, sed vix ullo charactere.) *Pers. syn. p.* 319. *Dec. fr.* 2. *p.* 192.

Odor nauseosus. Stipes 2 unc. et ultra, 3 lin. crassus, æqualis, striatus, albidus. Pileus præsertim disco carnosus, campanulatus, irregularis, longitudinaliter rimosus, sericeus, sordidus, 3 unc. usque latus. Lam. semilanceolatæ. 2-3 lin. latæ, pallidæ. *In pinetis ericetosis arenosis. Jul.-Sept.* (v. v.)

2. *A. pyriodorus*, pileo carnoso umbonato fibrilloso subsquamoso fuligineo-pallescente, lamellis adnexis, stipite cavo fibroso.

A. furfuraceus. *Bull. t.* 532. *f.* 1. *Dec. fr.* 2. *p.* 190. A. pyriod. *Pers. syn. p.* 300. *A. S. p.* 162.

Odor peculiaris, "pyrinus" l. "Violæ odoratæ". Stipes 2 unc. longus, 4 lin. crassus, albidus. Pileus rarius repandus, nec infractus. Lam. albido-fuscescentes. Varietatem exhibet *A. pallidus* Sowerb. t. 365. *In pinetis juxta vias arenosas &c. Jun.-Aug.* (v. v.)

3. *A. scaber*, pileo carnoso obtuso squamoso fuligineo pallescente, lamellis subliberis, stipite solido fibrilloso.

Fl. Dan. t. 832. *f.* 3? *Sowerb. t.* 207. *Fries* 1, *p.* 7.

Stipes æqualis, 1 ½ unc. longus, 3-4 lin. crassus, albidus. Pileus 1 ½ unc. latus, squamis lamellisque demum obscurioribus. *In pinastretis &c. Aug.* (v. v.)

4. *A. relicinus*, pileo carnoso conico-expanso squarroso-tomentoso stipiteque solido fibrilloso fuligineis, lamellis adnexis lutescentibus.

Gregarius. Stipes 2 unc. longus, 2 lin. crassus, utrinque dilutior. Pileus primo conicus obtusus, 4 lin. altus, expansus uncialis et ultra. Lam. confertæ, alternæ, demum olivaceo-fuligineæ *In silvis abiegnis paludosis inter Sphagna, non raro. Jul.-Sept.* (v. v.)

** 5. *A. plumosus*, pileo subcarnoso hemisphærico stipiteque solido tenui longo squamoso-squarrosis murinis, lamellis subliberis.

Bolt. t. 33. Pers. syn. p. 347.

Ab affinibus videtur diversus. Stipes 4 unc. longus, 1 lin. et ultra crassus, sæpe undulatus. Pileus 1 ½ unc. Lam. albidæ. *Batt. t. 20. H.* simillimus, sed pileus lutescens. *In silvis ad Halifax.* (v. ic.)

6. *A. calamistratus*, pileo subcarnoso campanulato stipiteque solido basi cœruleo fuscis squamoso-squarrosis, lamellis adnexis.

Odor fortis, admodum peculiaris. Stipes durus, subradicatus, intus rubescens, sæpius 2 unc. longus, 2 lin. crassus. Pileus obtusus, 1-2 unc.; margine primo infracto, dein explanatus. Lam. latæ, secedentes, albidæ, demum ferrugineæ, margine albicantes. *In pinetis locis sabulosis, sæpe uliginosis, frequens. Jul.-Oct.* (v. v.)

7. *A. cincinnatus*, pileo subcarnoso convexo-plano villoso-squamoso fusco, lamellis adnexis stipiteque solido squamoso fusco-violaceis.

A. cristatus. *Scop. Carn. p. 449.*

Subgregarius. Stipes rigidus, gracilis, 1 ½ unc. longus, fibrilloso-squamosus, Pileus obtusus l. obsolete umbonatus, ½ unc. et ultra. Lam. secedentes, ventricosæ. *In nemoribus frondosis, Smolandiæ, Scaniæ &c. Aug.-Oct.* (v. v.)

8. *A. lanuginosus*, pileo subcarnoso convexo squamuloso-villoso, lamellis liberis stipiteque solido tenui fibrilloso pallidis.

Vaill. par. t. 13. f. 4-6. — Bull. t. 370. With. arr. 4. p. 232. Dec. fr. 2. p. 199. Fries Obs. 1. p. 20.

Sequenti proximus, sed magis gracilis, firmus, lamellis angustioribus, primo adfixis, dein secedentibus. Pileus umbonatus, subuncialis. *In silvaticis, juxta vias &c. Jul.-Sept.* (v. v.)

9. *A. lacerus*, pileo subcarnoso fibrilloso subsquamoso murino, lamellis adnexis ventricosis stipiteque solido fibrilloso ex albido-concoloribus.

b. A. rimosus. β. vialis. *Pers. syn. p. 310. A. S. p. 164.*

c. A. maritimus. *Fries Obs. 2. p. 41.*

Inodorus. Stipes tenax, 1-2 unc. longus, 1-2 lin. crassus, deorsum attenuatus, rarius æqualis, apice neutiquam pulverulentus; intus rubescens. Pileus convexus, obtuse umbonatus, uncialis, dein subrimosus squarroso-squamosus; colore sordido, umbrino etc. *Ad terram humidam, rivulorum margines, limum exsiccatum &c. b. ad vias. c. in arenosis maritimis, ubique. Majo-Oct.* (v. v.)

††. Stipes apice squamulis albis farinaceus.

10. *A. sambucinus*, pileo carnoso obtuso sericeo-lævi stipiteque solido obeso subnudo albis, lamellis adnexis.

A. obesus. *Pers. syn. p. 330. excl. syn.* (A. obesus Batsch. f. 216. pileo glabro viscoso — dubiæ tribus; forsan Phlegmacium) A. candidus. *Fries Obs. 1. p. 8. excl. syn.*

Olidus. Stipes æqualis l. basi incrassatus, 1-1 ½ unc. longus, ½ unc. et ultra crassus, striatus, apice subtiliter albo-pulverulentus. Pileus convexus, sæpe repandus, etiam rimosus, 1 ½ - 2 ½ unc. latus; variat lutescens. Lam. latiuscullæ. Analogus & affinis A. repando. *In silvis arenosis, passim. Jul.-Sept.* (v. v.)

11. *A. rimosus*, pileo carnoso campanulato, expanso longitudinaliter rimoso fusco-lutescente, lamellis adnexis, stipite solido apice albo-farinaceo

a. rimosus. *Bull. t.* 388, 599. *Sowerb. t.* 323. *Pers. syn. p.* 310. A. aurivenius. *Batsch. f.* 107.

Stipes 1-2 unc. longus, 2 lin. circiter crassus, basi subtuberosus, pallidus. Pileus primo obtusus, tandem obtuse umbonatus, 1-2 unc. latus; variat lævis & squamosus; lutescens, rufescens, spadiceus &c. — Occurrit etiam multo major. *Ad terram nudam in silvaticis ubique. Jun.-Sept.* (v. v.)

12. *A. lucifugus*, pileo leviter carnoso convexo-plano fibrilloso, lamellis adnexis, stipite solido æquali apice albo-farinaceo. *Fries* 2. *p.* 50.

Medius inter antecedentem & sequentem. Stipes 2-3 unc. longus, pallidus, numquam basi incrassatus. Pileus subobtusus, non rimosus, 1 unc. latus; variat colore albido, rufescente, luteo &c. Vix distincta species! *In umbrosis, paludosis &c. Aug.-Oct.* (v. v.)

** 13. *A. geophyllus*, pileo subcarnoso conico, dein expanso umbonato sericeo, lamellis adnexis, stipite farcto tenui albo-pulverulento.

a. pileo albo. A. inodorus. *Bull. t.* 524. *f.* 2. *Dec. fr.* 2. *p.* 193. A. argillac. *Pers. syn. p.* 372. *Fr. Obs.* 2. *p.* 47. A. albus. *Schum. p.* 309.

b. pileo lilacino. A. iliopodius. *Bull. t.* 578. *f.* L. A. geophyll. *Sowerb. t.* 124. Ag. affinis. *Pers. ic. & descr. t.* 1. *f.* 1. A. geophil. *Syn. p.* 340. *Fries fl. e. p.* 86.

c. pileo fuscescente.

d. pileo lutescente. A. geophyll. *Bull. t. 522. f. 2. Dec. fr. 2. p. 194.* A. auricomus. *Batsch. El. f. 21.*

Gregarius. Stipes 2 unc. longus, 1-2 lin. crassus, subæqualis. Pileus $\frac{1}{2}$ unc. & ultra, demum rimosus. Lam. argillaceo-fuscescentes, non cinnamomeæ, latiusculæ, facile secedentes. *Ubique in silvis. Jul.-Oct.* (v. v.)

β. stipite decumbente, subbulboso. A. candidus. *Batsch. Cont. 1. f. 106.* (Affinis A. furfuros. *With. p. 183.*)

14. *A. vatricosus*, pileo subcarnoso convexo-plano lævi albido, lamellis adnexis, stipite fistuloso contorto albo-pulverulento. *Fries Obs. 2. p. 46.*

Odor non ingratus. Stipes uncialis, 1 lin. crassus, basi villosus. Pileus $\frac{1}{2}$ unc., subumbonatus. Lam. latæ, albido-fuscescentes. *In pinetis humidis, raro. Aug. Sept.* (v. v.)

15. *A. scabellus*, pileo subcarnoso planiusculo umbonato albido rufo-piloso, lamellis liberis albidis, stipite farcto rufo furfuraceo. *A. S. p. 189.*

Odor vix distinctus. Stipes strictus, 1-2 unc. longus, lin. vix crassus, striatulus, apice pallens. Pileus admodum tenuis, demum depressus, 4 lin. latus; variat zonatus. *In versuris graminosis. Jul.-Sept.* (v. v.)

16. *A. petiginosus*, pileo subcarnoso convexo rufo-fuscescente cano-sericeo, lamellis liberis ciliatis flavis, stipite farcto rufo pulverulento. *Fr. 2.*

A. rufipes. *Pers. ic. & descr. t. 1. f. 5.* nec in Syn.

Pulcherrimus, sed oppido ex hac tribu. Gregarius. Stipes deorsum subattenuatus albido-villosus, 1-2 unc. longus, 1 lin. crassus, etiam fuscescens, testaceus &c. Pileus 4-8 lin. latus, fuscescenti-pallidus, demum rimosus; variat minute umbonatus. Lam. juniores subadnexæ, ventricosæ, confertæ, pallidæ, demum spadiceæ. *Ad terram silvarum nudam frequens. Aug.-Oct.* (v. v.)

1. Monomyc. totus villosus. *Batt. t.* 18. *A.*
2. M. pileo descisso. *Batt. t.* 19. *C.*
3. Ag. obscurus. *Pers. p.* 347. (neutiquam *A. S. p.* 1759) vix a calamistrato l. lacero diversus.

Trib. XXVII. NAUCORIA.

CHAR. Velum cum integumento (epidermide) pilei squamuloso homogenum, fugacissimum. Stipes subfistulosus, æqualis, tenuis, squamulosus, intus flocculosus. Pileus carnoso-membranaceus, e campanulato-planiusculus, squamulis l. fibrillis innatis adpressis, raro secedentibus, tectus. Lamellæ cinnamomeæ.

Obs. Fungi minores, gregarii, epiphyti, *(in stipulis, lignis, foliis, humo limoso &c.)*, persistentes, fragiles, inodori. Statura quidem Collybiæ; sed velum ejusdem inodolis ac Lepiotarum, naucum (unde nomen) referens. — Spec. 1-3 pileo subcarnoso obtuso, lamellis adfixis secedentibus; 4-6 pileo submembranaceo minute umbonato, lamellis adnexis; 7-8 pileo subcarnoso demum umbilicato, lamellis subdecurrentibus &c. dignoscuntur. — Accedunt aliæ species pileo glabro.

† Genuini.

* 1. *A. escharioides*, pileo subcarnoso obtuso squamuloso pallido, lamellis adfixis latis alutaceo-pallidis, stipite fistuloso apice glabro. *Fries Obs. 2. p.* 131.

Gregarius, cæspitosus. Stipes 1 unc. & ultra; ut totus fungus pallidus, etiam in statu recenti. Pileus ½ unc. circiter, e convexo explanatus. Lamellæ primo subdecurrentes, dein secedunt; in b. *naucoso* l. c. emarginatæ, stipite fuscescente *In terram humosam locis humidis umbrosis. Sept.-Nov.* (v. v.)

2. *A. conspersus*, pileo subcarnoso furfuraceo-squamuloso rufo-cinnamomeo, lamellis emargina-

tis linearibus cinnamomeis, stipite apice squamuloso.

Pers. ic. & descr. t. 12. *f.* 3. *Syn. p.* 318.

Gregarius, fragilis, lamellis exceptis expallens ochraceus, in quo statu var. *β. A. S. p.* 166. Stipes fistulosus, æqualis, fibrillosus, apice squamulis furfuraceis, 1 - 1 ½ unc. longus, 1 lin. crassus, pileo concolor. Pileus e campanulato-explanatus ½ - 1 unc. latus. Lam. vix 1 lin. latæ, subconfertæ. — b. *uliginosus*, pileo umbonato squamoso fusco-rufescente, stipite longo torto, basi albo-tomentoso. Vulgari 2-3-plo major. *In silvis humidis, graminosis, sphagnosis &c. frequens* b. *locis limosis. Jun.-Oct.* (v. v.)

3. *A. siparius*, rufo-ferrugineus, pileo subcarnoso obtuso stipiteque farcto villoso-squamosis, lamellis adnatis latis, margine villosis.

Gregarius, statura A. inquilini. Ductus cavi in stipite unciali, apice pulverulento, oculo armato tantum observatur. Pileus 3-5 lin. latus, convexus, dein planus, obtusus. Lam. quaternæ, subdistantes. *Ad stipites Aspidii filicis feminæ, locis humidis, perraro.* 7, 10 *Sept.* (v. v.)

** 4. *A. pannosus*, pileo submembranaceo fuscescente, pilis albis sericeo, lamellis adnexis ventricosis, stipite glabriusculo pallidiori.

Inter Agaricorum delicia eximium sibi occupat locum. Gregarius, pusillus. Stipes obsolete fistulosus, uncialis, tenuis, subfragilis, undulatus, sub lente fibrillosus. Pileus convexus, planiusculus, plerumque umbonatus, 3-4 lin. latus, vix striatus, tenellus. Lam. subconcolores, obovatæ, distantes, paucæ inæquales, facile secedentes. *Ad terram humosam locis udis umbrosis, raro. Aug. Sept.* (v. v.)

5. *A. graminicola*, pileo convexo papillato sericeo fuscescente, lamellis adnexis pallidioribus, stipite tenui hirsuto. *Nees Syst. p.* 202. *f.* 186.

Priori utique affinis. Sparsus, solitarius, stipite unciali filiformi, basi floccis adnexo; pileus videtur submembranaceus, 2-3 lin. latus. *Ad culmos gramineos emortuos, autumno.* (v. ic. — & forte v.)

Affinem vidi speciem colore pallido distinctam supra folia faginea.

*** 7. *A. furfuraceus*, gregarius, pileo subcarnoso dein umbilicato squamoso sericeove, lamellis subdecurrentibus cinnamomeis, stipite fistuloso furfuraceo.

a. pulverulent. *Schæff. t.* 226. (forte; sed sporidia pallida.) A. viridarius. *With.* A. furfurac. *Pers. syn. p.* 454. *Fries Obs. 2. p.* 24.

b. gracilior, rigidior, colore obscuriore, stipite squarroso. A. squarrosus. *Bull. t.* 538. *f.* 3. *Dec. fr. 2. p.* 163!

Velum squamulosum totius fungi, in pileo secedens & præcipue circa marginem perspicuum, albidum. Stipes 1-2 unc. longus, rigidus, basi albopubescens; in b. fere spadiceus. Pileus junior convexus obtusus, humidus cinnamomeus, siccus expallens canescenti-alutaceus, ½ - 1 unc. latus. *In ramentis, foliis dejectis, ad terram &c. ubique. Aug.-Oct.* (v. v.)

7. *A. segestrius*, pileo subcarnoso subdepresso sericeo, sicco alutaceo, lamellis adnatis dilute cinnamomeis, stipite fistuloso fibrilloso. *Fries 2. p.* 29.

Cæspitosus l. solitarius. Stipes 1-2 unc. longus, 1 lin. crassus, flexus, basi byssoideus. Pileus humidus alutaceo-testaceus, ½ - 1 unc., non squamosus. Lamellæ non decurrunt, confertæ. *Ad ramenta lignea, raro. Aug.-Oct.* (v. v.)

††. *Species inter priores & Galeras mediæ, pileo subcarnoso convexo-plano cum illis, nudo vero & veli indole cum his convenientes.* Olim propria tribus.

* 8. *A. centunculus*, pileo subcarnoso planiusculo obtuso sublurido, lamellis adfixis stipiteque fistuloso pulverulento cinereo-flavis.

Stipes uncialis, 1-2 lin. crassus, firmus, apice albo-pulverulentus. Pileus 4-8 lin. latus, lævis, colore peculiari inter luteo-viridem & cinereum medio. Lam. secedunt subdistantes. *Ad truncos in umbrosis, raro. Aug.-Oct.* (v. v.)

β. concolor, pileo submembranaceo, lamellis liberis ventricosis stipiteque flavo-griseis.

Priori minor, tenuior, sed color idem. Pileus margine striatus, sæpe excentricus. *Ad ligna putrida madida, frequentior.* (v. v.)

** 9. *A. arvalis*, pileo subcarnoso tenaci glabro, ochraceo, lamellis adnexis fusco-albis dein ferrugineis, stipite fistuloso radicato.

Sparsus. Stipes 2-3 unc. longus, 1 - 1 ½ lin. crassus, æqualis, tenax, pileo dilutior, apice albo-pulverulentus, sub lente quasi sericeus. Pileus convexus siccus, rugosus, margine subobscurior, uncialis. Lam. leviter ventricosæ, distinctæ. *In arvis, graminosis pinguibus.* (Femsjö). *Aug. Sept.* (v. v.)

10. *A. vervacti*, pileo subcarnoso fragili lævi luteo, lamellis adnatis subferrugineis, stipite glabro albo.

Gregarius. Stipes 1 - 1 ½ unc. longus, 2-3 lin. crassus, lævis, subfragilis. Pileus convexus, mox planus, obtusus, unc alis & ultra. Caro alba. Lam. subdecurrentes, confertæ, latæ. *In arvis, aggeribus prope Lund. Sept.-Nov.* (v. v.)

11. *A. pumilus*, pileo subcarnoso lævi ochraceo, lamellis adnexis distantibus dilute cinnamomeis, stipite cavo tenui. *Pers. syn. p.* 317.

Solitarius, parvus. Stipes uncialis, 2 lin. crassus. Pileus subhemisphæricus, tenuis, 4 lin. latus. Lam. 2-3 lin. latæ, planæ, distantes. *Pers. In agrorum versuris & montosis sabulosis. Sept.-Nov.* (v. v.)

12. *A. pygmeus*, pileo subcarnoso glabro pallescente, lamellis liberis ventricosis ferrugineis, stipite fistuloso albo.

Bull. t. 525. f. 2. Dec. fr. 2. p. 166. (ex syn. *Schum. Sæll. p. 320*; sed male quadrat.)

Gregarius. Stipes uncialis, æqualis, basi pubescens. Pileus planiusculus, ½ unc. latus, margine striatus. *Circa truncos putridos in Gallia* (v. ic.)

13. *A. pusillus*, pileo submembranaceo lævi luteo, lamellis adnatis planis confertis, stipite fistuloso flavo.

Pusillus, pulcher. Stipes vix uncialis, nec lin. crassus, tenax, flexilis, glaber. Pileus 4-6 lin. latus, subhumidus, hemisphæricus, obtusus; variat viridiflavus. Lam. latæ, aquose cinnamomeæ. *In versuris graminosis, raro.* (Sularp.) *Oct.* (v. v.)

*** 14. *A. inquilinus*, pileo subcarnoso lævi subtestaceo, lamellis subdecurrentibus, demum fuscis, stipite brevi tenaci spadiceo. *Fr. 2. p. 170.*

Species valde diversa. Gregarius. Stipes uncialis & ultra, deorsum attenuatus, fibrillosus, interdum flexuosus. Pileus e convexo planus, subumbonatus, 3-6 lin., colore varius, humidus fuscescens, subtestaceus; siccus pallidus, ochraceus &c. Lamellæ ad stipitem latissimæ, ferrugineæ. *Ad terram, stipites, ligna frequens. Aug.-Oct.* (v. v.)

1. **Bulla pileolo tomentoso.** *Batt. 28. F. G.*

2. **A. hippopinus.** *With. p. 204.*

3. **A. punctulatus.** *Schum. Sæll. 2. p. 281.*

Trib. XXVIII. GALERA.

Bullæ spec. *Batt. p. 55.* **Mycen. sp.** *Pers. l. c.*

CHAR. Velum floccosum, fugacissimum, sed in omnibus certe adest. Stipes fistulosus, æqualis l. sursum attenuatus, gracilis, a pileo discretus; raro nudus, sed plerumque pruinatus l. fibrillosus. Pileus membranaceus, conicus, mox campanulatus, raro magis expansus, humidus substriatus, siccus

lævis expallens, omnino absque squamis l. fibrillis adnatis. Lamellæ adnexæ l. adnatæ, variæ. *Color ferrugineo-ochraceus &c.*

Obs. Fungi graciles, fragiles, sat persistentes, plurimi terrestres, præcipue loca humida eligentes. Odor & usus nullus. Nomen a Galea.

* 1. *A. ravidus*, pileo submembranaceo hirto griseo-flavo, lamellis adnatis ochraceis, stipite pubescente æquali. *Fr. Obs.* 2. *p.* 132.

Gregarius. Stipes 1 - 1½ unc. longus, fragilis. Pilei striæ obsoletæ Cum A. teneri var. non commutandus. *Ad truncos, Aug.* 1815. (v. v)

2. *A. apaius*, pileo submembranaceo glabro pallescente, lamellis subliberis croceis, stipite longo villoso albo. *Fries Obs.* 2. *p.* 142.

Stipes spithameus, sursum attenuatus, strictus, fragilis. Pileus campanulatus, obtusus, lævis, 1 unc. altus & latus. Lam. lineares, angustæ, distinctæ, dein ferrugineæ. *A. colus* With. p. 282 huc spectat; forte & *A. tener vaporarius* A. S. p. 194. *In ruderatis, graminosis pinguibus ad pagos &c. Jul.-Oct.* (v. v.)

3. *A. lateritius*, pileo submembranaceo lævi ferrugineo-expallente, lamellis subliberis subcinnamomeis, stipite longo glabro albido.

Bulla lateritia. *Batt. p.* 58. *t.* 28. *T. A.* cinnamomeus. *Schum. Sæll. p.* 359.

Stipes 3 unc. & ultra, sursum attenuatus, lævis, strictus, fragilis. Pileus primo grandiformis, dein campanulatus, obtusus, 1 unc. altus, humidus striatulus. Lam. ut in priori, sed obscuriores. *In fimetosis silvaticis rarior. Jul.-Oct.* (v. v.)

4. *A. tener*, pileo obtuso, humido striato, sicco lævi ochraceo, lamellis adnatis linearibus, stipite longo glabro stricto.

Fungi vulgares perniciosi. *Clus.* — *Buxb. C. IV. t.* 34. *Batt. t.* 28. Z. A. tener. *Schæff. t.* 70. *Sowerb. t.* 33. *Pers. syn. p.* 386. A. foraminulosus. *Bull. t.* 535. *f.* 1, 403. *f. b. c.* Am. *Hall. helv. n.* 2426.

Humidus totus unicolor pallide ferrugineus, siccus pileus stipesque præcipue expallent. Stipes 3-4 unc. longus, sursum striatus, fragilis. Pileus conico-campanulatus, ½ unc. circiter altus Lam. 1 lin. latæ. In aquosis totus aquose ochraceus. *In graminosis alibique vulgaris. Majo-Nov.* (v. v)

β. *A. pilosellus*, pileo stipiteque pilosis. *Pers. syn. p.* 387. Priori tenuior. *Ad truncos udos, in fimo equino &c.* (v. v.)

γ. *A. pilosus*, pileo glabro obscuriori, stipite inferne piloso *Schum. p.* 282. (v. v.)

δ. *A. siligineus*, tenuior, stipite toto albo-pulverulento. *Fries Obs. 2. p.* 168. *In umbrosis humidis fagetorum.* (v. v.)

** 5 *A. melinoides*, pileo obtuso, margine striato ochraceo-helvolo expallente, lamellis adfixis ventricosis stipiteque subpruinato dilutioribus.

Bull. t. 560. *f.* 1. *Pers. syn. p.* 387. *Dec. fr. 2. p.* 162. *Fries Obs. 2. p.* 169. (A. circumseptus & lacrimalis. *Batsch.* affines.)

Gregarius. Stipes 2 unc. longus, demum compressus. Pileus submembranaceus, hemisphæricus, explanatus, ½ unc. latus. Lamellæ valde ventricosæ, serrulatæ demum aquose cinnamomeæ. *In pratis muscosis sat frequens. Oct.-Dec.* (v. v.)

6. *A. sparteus*, pileo obtuso lævi subcinnamomeo, lamellis postice latioribus adnatis confertis, stipiteque glabro pallidis.

Stipes subtiliter fistulosus, 1 ½ unc. longus, æqualis; glaber, pallide cinnamomeus non strictus. Pileus submembranaceus, campanulatus, expallens, nunquam striatus, 3 lin. altus, 5 lin. latus. *In campis graminosis, raro. Oct.* (v. v.)

7. *A. Hypnorum*, pileo campanulato subpapillato, humido sulcato subochraceo expallente, lamellis adnatis sublatis distantibus, stipite flexili apice pruinoso.

Mich. nov. gen. t. 80. *f.* 8. A. campanul. *Schæff. t.* 63. Am. *Hall. helv. n.* 2429. A. plicatus. *Fl. Dan. t.* 1009. *f.* 3. (male) A. hypni. *Batsch. f.* 96. A. hypnor. *Schrank. - Pers. syn. p.* 385. *Swartz l. c.* 1808 *p.* 95.

Miner. Stipes uncialis & ultra, non strictus, tenuis, pileo dilutior, expallens. Pileus membranaceus, campanulatus, 3-5 lin. latus, humidus etiam ferrugineus. Lam. adscendentes, latitudine ubique æquali, non expallentes, margine sub lente flocculosæ. Legi formam colore aurantio-ochraceo, forte *A. acicula* Auct.-Schæff. t. 222. Varietates sqq. potius distinctæ species! *Inter muscos vulgaris. Jul.-Nov.* (v. v.)

β. *A. Bryorum*, pileo obtuse umbonato expallente, lamellisque ventricosis cinnamomeis, stipite longo pallido, apice pruinoso. *Pers. l. c. Schum. p.* 283.

Priori major, pileo $\frac{1}{2}$ unc. & ultra. *Inter muscos humidos.* (v. v.)

γ. *A. Sphagnorum*, pileo convexo umbonato flavo-ochraceo expallente, lamellis planis subtriquetris stipiteque longo glabro laxo pallidis. *Pers. l. c.*

Stipes 2-4 unc. longus, fragilis, obsolete fibrillosus, apice nudus. Pileus $\frac{1}{2}$ unc. latus, humidus striatus, papilla lævi. Lamellæ (& subinde stipes) demum fulvæ *In paludosis.* (v. v.)

δ. *A. aquatilis*, pileo convexo-planiusculo aquose melleo, lamellis latis, stipiteque elongato stricto glabro apice nudo pallidis. *Cum priori.* (v. v.)

ε. *A. rubiginosus*, pileo subobtuso lamellisque ferrugineis, stipite longo rubiginoso. *Pers. syn. p.* 385.

Huc *Mich. t.* 75. *f.* 8. Omnes allatæ varietates pileo campanulato, humido sulcato a sequenti differunt. *Inter muscos.* (v. v.)

8. *A. stagninus*, pileo hemisphærico obtusissimo badio-ferrugineo expallente, circa marginem squamoso, lamellis decurrentibus, stipite longo rubiginoso.

Stipes 4 unc. longus, 1 lin. crassus, æqualis, sat tenax, subspadiceus, basi villosus; variat apice pruinosus. Velum sæpe persistens. Pileus submembranaceus, 3-6 lin. latus, humidus leviter striatus, siccus lævis subochraceus, sæpe circa marginem squamis albis superficialibus tectus. Lam. pileo concolores, latissimæ, triquetræ. Varietas est *A. brunneus*. Schum. p. 283. *A. atrorufus* Bolt. t. 51. f. 1. quoad colorem & formam cum hoc præcipue convenit. *In paludosis silvaticis, abunde. Aug.-Oct.* (v.v.)

*** 9. *A. temulentus*, pileo convexo substriato ferrugineo, sicco lævi ochraceo, lamellis adnatis umbrinis, stipite undulato.

Stipes 2 ½ unc. longus, 1 lin. crassus, albidus, ferruginascens, tenax, apice subpruinatus, basi fibrillosus. Pileus disco leviter carnosus, ½ - 1 unc. latus, subhumidus, explanatus subumbonatus. Lam. primo concolores, antice attenuatæ, dein planæ obscure umbrinæ. Habitus *A. callosi*, sed sporidia ferruginea. *In humidis silvarum. Sept.-Nov.* (v. v.)

10. *A. pityrius*, pileo viscoso striato lurido, lamellis adnexis aquose cinnamomeis, stipite argenteo apice albo-pulverulento.

Stipes 2 unc. & ultra, 2-3 lin. crassus, æqualis, vix fibrillosus. Pileus submembranaceus, junior campanulatus, dein expansus, 1 unc. latus, siccus lævis expallens. Lam. confertæ, subferrugineæ. *In nemoribus humidis, raro. Aug. Sept.* (v. v.)

1. A. nuceus. *Bolt. t. 70* Gracilis, pileo umbilicato.

2. A. canerinus. *Mey. Essequ. p. 300*, pileo striato flavescente, lamellis dilute ochraceis, stipite bulbose, sordide albo. *In cavernis Canerorum. Aprili.*

Cf. quoque *A. melinoidem, Hypnorum &c.*

Trib. XXIX. TAPINIA.

Omph. spec. *Pers. syn. p.* 447.

CHAR. Velum marginale, villosum, fugax. Stipes aqualis, in pileum subdiffusus. Pileus plus minus carnosus, lævis, nudus; junior plano-convexus, margine involuto villoso; dein depressus, late umbilicatus. Lamellæ adnato-decurrentes, subconfertæ. *Color varius.*

Obs. Fungi varii, a ταπεινοῦ dicti, subterrestres, persistentes, vix cibarii. Subtribus tres continet, quas vero ab minorem specierum numerum non separo. *(A. furfuraceus.)*

* 1. *A. fragilis*, pileo leviter carnoso glabro fragili, stipite solido brevi subfibroso.

Batsch. C. II. f. 215. *Pers. syn. p.* 455. *Mart. Erl. l. e.*

Tener, fragilis, subudus. Stipes uncialis, 1 lin. crassus, teres, pallidior. Pileus convexus, umbilicatus, inæqualis, 1 ½ unc. fere latus (humidus ferruginascens, siccus ochraceus, margine albente?). Lam. "luridæ, carneo-rubellæ." *Ad terram Germaniæ.* (v. ic.)

2. *A. cupularis*, pileo subcarnoso lævi flavescente, stipite cavo longo albicante.

Bull. t. 554. *f.* 2. *Pers. syn. p.* 454. *Dec. fr.* 2. *p.* 171.

Figg. C. H. apud *Bull. l. c.* fungum humidum subfulvum, reliquæ siccum expallentem sistere suspicor. Stipes 3 unc. fere longus, ultra lineam crassus. Pileus vix unciam attingens. Lam. 1 ½ lin. latæ, obscuriores (non expallentes) confertæ. *Ad terram Galliæ.* (v. ic.)

3. *A. hirneolus*, cinereus, pileo subcarnoso glabro albescente, stipite tenui basi albo-villoso.

A. nigrella. *Pers. syn. p.* 463. (forma minor, junior?) A. ericetorum. *Schum. Sæll. p.* 329. A. hirneol. *Fries Obs.* 2. *p.* 211.

Species valde diversa, habitu omnino Omphaliæ l. potius Ecciliæ. Gregarius, major & minor. Stipes junior farctus, tenax, 1-2 unc. longus, demum cavus, apice pruinatus, pileo concolor. Pileus plano-umbilicatus, tenax, humidus margine striatus, junior subfuscus, dein magis magisque albescens, nitens, etiam zonatus. Lam. cinereæ, subconfertæ. *Ad terram, inter muscos &c. non raro. Aug.-Oct.* (v. v.)

β. *A. undulatus*, pileo inæquali undulato, lamellis stipiteque cavo griseis.

Bull. t. 535. *f.* 2. (color non quadrat) *Pers. syn. p.* 371. *Schum. Sæll. p.* 274. (bene.)

Prioris varietas luxurians; major, gregarius, subfragilis. Stipes sæpe compressus & undulatus. Pileus ½ - 2 unc. latus, obscure griseus, dein cum micore albescens, zonatus. Sporidia supra lamellas sparsæ rubescunt, uti A. variabilis. *Cum priori.* (v. v.)

** 4. *A. Tricholoma*, albidus, pileo subcarnoso, pilis adpressis, margine strigosis ciliato, stipite tenui farcto squamuloso. *A. S. p.* 188.

Cum sq. Inocybis proximus. Solitarius. Stipes 1-3 unc. longus, 1-2 lin. crassus, attenuatus, sursum præcipue fibroso-squamosus. Pileus planiusculus, depressus, ½ - 1 unc. latus, viscosus l. siccus nitens, pilis demum obsoletis. Lam. decurrunt, tenues (1 lin. vix latæ, argillaceo-fuscescentes. *In nemorosis silvaticis, passim. Aug.-Oct.* (v. v.)

5. *A. strigiceps*, albidus, pileo carnoso subdepresso sericeo, margine strigoso, stipite farcto villoso.

Sparsus, inodorus. Stipes firmus, 1 ½ - 2 unc. longus, 2 lin. fere crassus, albus, junior præsertim villosus. Pileus convexus, explanatus, non semper depressus, ½ - ¾ unc. latus, siccus, pilis longis strigosis hinc inde rufescens; margine juniore pilis longis deflexis eleganter ciliato. Lam. confertæ, albidæ. *In fagetis inter folia, rarior. Sept. Oct.* (v.v.)

β. *A. eriocephalus*, pilei margine villoso, lamellis subferrugineis, stipite rufescente. *Dec. fr.* 2. *p.* 174.

Icon Bulliardi (*A. gnaphaliocephalus* Bull t. 576. f. 1.) nostro major pauloque aliter coloratus, de cetero non differre videtur. *In Gallia.* (v. ic.)

6. *A. subreflexus*, pileo carnoso subinvoluto candido, lamellis subumbrinis, stipite solido tenui flavescente. *Otto Ag. p.* 77.

Stipes 1 - 1 ½ unc. longus, 1-2 lin. crassus. Pileus uncialis, depressus. Statura videtur prioris, colores sequentis. *In Saxonia.*

7. *A. Lepista*, pileo carnoso glabro albo, margine involuto, lamellis obscurioribus, stipite subcavo attenuato subrufescente.

Major, statura sequentis. Stipes 2-3 unc. longus, 3 lin. circiter crassus, basi villosus. Pileus lævis, uncialis & ultra, subhumidus, non vero viscosus, demum depressus. Lam. decurrentes, confertæ, basi simplices, fuscescentes; in b. argillaceo-olivaceæ. *In silvis* a. *frondosis* b. *acerosis*, *raro*. *Sept. Oct.* (v. v.)

*** 8. *A. involutus*, compactus, pileo depresso subferrugineo, margine involuto tomentoso, lamellis dichotomis basi poriformibus, stipite obeso.

a, regul[illegible] terve tri[illegible]. *Buxb. Cent. IV. t.* 26. (bene.) *Schæff.* [illegible] A. involutus. *Batsch. C. I. f.* 61. *Pers.* [illegible] 448. *Swartz. l. c.* 1808. *p.* 241. A. contig[illegible] *Bull. t.* 240, 576. *f.* 2. *Sowerb. t.* 98. A. adust[illegible] *With. arr.* 4. *p.* 177.

b. subexcentricus, truncicola. A. cyathif. *Schæff. t.* 252. A lateralis. *Id. t.* 72. (A. adscendens. *Bolt. t.* 55.)

Tactus colorem mutat & sordidus evadit. Stipes 2-3 unc. longus, ½ - 1 unc. crassus, sæpe maculatus. Pileus 3 unc. & ultra, subhumidus. Lamellæ dilutiores, subinde simplices. b. magis ex-

plicatus, margine subnudo. *In silvis ad terram.* b. *ad truncos; vulgaris; in Amer. boreali Torrey. Aug.-Nov.* (v. v.)

1. Fungus albus, oris conniventibus. *Batsch. IV. t. 36. f. 1.*
2. A. planus. *Sowerb. t. 362.* pallide testaceus, pileo plano inflexo biuncialis stipite æquali glabro. An genus Hebeloma, sed lam. adnatæ.

Trib. XXX. CREPIDOTUS.

Synonyma vid. sub Pleuroto.

CHAR. Velum tenuissimum, fibrillosum. Statura varia, sed pileus inæqualis, excentricus l. lateralis. Lamellæ inæquales, decoloratæ. *Sporidia ferruginascentia* nunc *pallidiora subargillacea*, nunc *subrufa.*

Obs. Fungi varii, ad duas tresve subtribus pertinentes, quas vero ob specierum numerum exiguum & seriem contiguam non separo. Lignatiles l. epiphyti, vix cibarii. Transeunt ad Pratellas.

†. Majores, pileo carnoso glabro.

1. *A. atrotomentosus*, pileo carnoso excentrico rivuloso ferrugineo, lamellis basi ramosis, stipite firmo elastico velutino.

Batsch. El. f. 92. Pers. syn. p. 374. A. S. p. 226. Swartz in Vet. Ac. Handl. 1809. p. 95. Nees l. c. f. 175.

Affatim cognatus priori, sed sporidia pallidiora subargillacea, ut in Hebelomate. Stipes solidus, mollis, firmus, curvatus, radicatus, 2 unc. circiter longus, ultra $\frac{1}{2}$ unc. crassus; tomento denso molli violaceo-fusco, atropurpureo l. griseo obductus; dissectus intus passim cœrulescit. Pileus siccus, margine involutus; variat regularis infundibuliformis, & resupinatus, vertice porrecto. Lam. vix decurrunt, basi subanastomosantes, lutescentes, venoso-connexæ, 3 lin. usque latæ. *Ad truncos pineos, "Salicis" &c., rarior. Aug.-Oct.* (v. v.)

Antecedenti proxime accedunt. a) *A. aurantio-ferrugineus*, pileo convexo squamoso rimoso (3-5 unc.) lamellisque irregulariter adfixis aurantio-ferrugineis, stipite valido (1½ - 3 unc.) sublaterali. *With. arr.* 4. *p.* 30[illegible] (*Ad radices Quercus*) — & b) *A. fœtidus*, pileo convexo [illegible]oso, dein corrugato sordide fusco (1½ - 2½ unc.), margine involuto lamellis adnatis [illegible]contibus, stipite duro crasso nigrescente. *With. l. c.* (*Ad cortices Salicum*) — sed distinctæ omnino videntur species.

2. *A. olearius*, varius, rufo-aureus, pileo carnoso lævi, lamellis inæqualibus decurrentibus, stipite curvato.

Fungus perniciosus, intense-aureus &c. *Mich. gen. p.* 191. Oreille de l' olivier. *Paulet Champ. 2. p.* 112. — ex *Dec. fr. 6. p.* 44. (A. olearius.)

Quoad formam admodum variabilis, cæspitosus, raro solitarius. Stipes plus minus longus, solidus, lateralis, excentricus & raro centralis ("deorsum attenuatus" Mich.). Lam valde decurrentes. Colore intenso, subinde superne obscuriori, distinguitur. Venenatus; etiam phosphori instar lucere fertur. (Simile phænomenon Rumphius in Agarico quodam epixylo Amboinæ observavit.) *Ad Ulmos aliasque arbores Europæ australis. Vere & autumno.*

3. *A. panuoides*, luteus, pileo carnoso sessili obovato glabro, lamellis decurrentibus subramosis crispatis.

Buxb. C. II, t. 49. *f.* 2. — *Fries Obs. 2. p.* 228.

Prope ad A. atro-tomentosum accedit sporidiorum colore & pileo subinde rivuloso. Solitarius. Pileus postice porrectus. Colore pallidiori variat. *Ad truncos pineos rarior. Aug. Sept.* (v. v.)

4. *A. vulpinus*, imbricatus, sessilis, fulvus, pileo carnoso obovato marginem versus squamoso. *Sow. t.* 361.

Pallide fulvus, 1-2 unc. longus, disco lævi. Caro sordide alba. Lam. carne angustiores, non decurrunt. Sporidia? *In cavis arboribus Angliæ.* (v. ic.)

5. *A. mollis*, pileo subsessili lævi flaccido pallido, lamellis aquose cinnamomeis

A. mollis. *Schæff. t.* 213. *f.* 1. *Sowerb. t.* 98. *Pers. syn. p.* 480. *Swartz l. c.* 1808. *p.* 253. A. canescens. *Batsch. El. f.* 38. A. lateralis. g. *Schum. Sæll p.* 364.

b. pileo e sporidiis rufo. A. parietinus. *Scop. Carn. p.* 459. A. violaceo-fulvus. *Fl. Dan. t.* 1073. *f.* 1.

Gregarius, mollis; carne plus minus crassa, subgelatinosa, aquose pallida. Stipitis rudimentum subtrigosum subinde adest, Pileus 1-3 unc., glaber, albido-canescens, dein e sporidiis rufo-maculatus; in majoribus sæpe luxurians, lobatus. Lam. confertæ, lineares, (1-2 lin.) primo albidæ l. griseæ. *Ad truncos varios, passim. Aug.-Oct.* (v. v.)

6. *A. proboscideus*, ochraceus, pileo carnoso resupinato vertice porrecto stipitiformi, lam. concurrentibus.

A. resupinat. *Fl. Dan. t.* 1072. — *Fr. Obs. 2. p.* 232.

Cum in cryptis tantum crescat, monstrosa tantum videtur progenies. Extus pubescens, basi tomentosus, $\frac{1}{2}$ - 1 unc. *Ad ligna pinea. Exeunte Aug. repertus.* (v. v.)

††. Minores, pileo submembranaceo (villoso.)

7. *A. haustellaris*, pileo reniformi villoso alutaceo-pallido, lamellis rotundatis ferrugineis, stipite laterali sursum attenuato albo.

A. Flurstedtensis. *Batsch. C. I. p.* 171. (icon pessuma) A. resupinat. *With. p.* 304. A. haust. *Fr. Obs. 2, p.* 232.

Parvus, sporidiis ferrugineis. Stipes 2-4 lin. longus, villosus, junior adscendens. Pileus leviter carnosus, $\frac{1}{2}$ unc. & ultra. *In ramis putridis Populi tremulæ &c. Aug.-Oct.* (v. v.)

8. *A. translucens*, subsessilis, lateralis, sordide albus, lamellis liberis rufescentibus. *Dec. fr.* 6, *p.* 43.

Stipes nullus, l. brevissimus lateralis. Pileus rotundatus, irregularis, pellucidus; dein, ut in affinibus, e sporidiis rufescens. Lam. inæquales, juniores pallidæ. Jejunus cibus pauperis Monspelii. *Ad Salices Galliæ.*

9. *A. variabilis*, pileo membranaceo e resupinato reflexo sericeo tomentoso albo, lamellis albido-rubiginosis.

Petiv. Gaz. 95. 8. A. niveus. *Jacqu. Fl. Austr. t.* 288. *Sowerb. t.* 97. A. sessilis. *Bull. t.* 152, 581. *f.* 3. *Schum. p.* 366. *Fl. Dan, t.* 1556. A. pubescens. *Fl. Dan. t.* 1073. *f.* 2. A. variab. *Pers. Obs. myc.* 2. *p.* 46. *t.* 5. *f.* 12. *Syn. p.* 483. *Swartz. l. c.* 1808. *p.* 257. *Dec. fr.* 2. *p.* 135.

β. A. albidus. *Balb. misc. p.* 67. *t.* 11. *f. inf.*

γ. Ag. squamosum &c. *Mich. t.* 65. *f.* 4. multoties major.!

δ? Ag. sinuatus. *Pers. Obs.* 2. *p.* 48. (lam. spadiceis.)

In hoc & sequentibus pileus junior integer, sæpius stipitem incurvum e centro exserens, dein reflexus, stipite obliterato & lateralis. Radiculæ nullæ. Valde variat, sed colore facile distinguitur. Sporidia in fundo albo rufa, in nigro ut in A. atrotoment. apparent. *Ad truncos putridos, cortices, stipites & terram, ubique præsertim autumno.* (v. v.)

10. *A. epibryus*, pileo tenui verticali sericeo candido, lamellis confertis gilvis.

Videtur a priori diversus, sed *Bull. t.* 152. *f. C. D. E.* nostrum quoad lamellarum colorem referunt. Pileus lævis, 2-3 lin. latus & ultra. Lam. tenues, confertæ, parallelæ. *In muscis majoribus, præcipue Trichostomo heterosticho. Oct.-Dec.* (v. v.)

11. *A. depluens*, pileo tenui reniformi rufescente-cano, basi villoso albido, lamellis distinctis divergentibus rufescentibus.

Batsch. Cont. I. f. 122. *Lumn. Pos. p.* 523. *Nees Syst. f.* 179. A. epigeus. *Pers. Obs. Myc.* 2. *p.* 47. *Syn. p.* 484. A. gramineus, *Otto Ag, p.* 103.

Valde ab A. applicato & tremulo diversus, & prioribus nimis affinis. Aquosus, fragilis, uncialis usque, obsolete tomentosus, margine substriatus. Lam. latæ, juniores griseæ. Stipes in junioribus adest, villosus; dein evanescens. *Ad terram supra muscos &c., passim; autumno pluvioso.* (v. v.)

12. *A. violaceo-fulvus*, pileo tenui reniformi tomentoso, lamellisque ventricosis violaceo-fulvis.

Batsch. El. f. 39. *Pers. syn. p.* 483. *Nees syst. f.* 180.

In statu vetustissimo modo observatus videtur; inde omnino sessilis, planus, absque stipitis rudimento. Fotus tenuis, fragilis, fusco-purpurascens. *Ad trabes humidas.* (v. ic.)

13. *A. byssisedus*, pileo tenui villoso griseo, lamellis adnato-decurrentibus ventricosis, stipite incurvo radiculis byssoideis.

Am. Hall. helv. n. 2334. — *Pers. ic. & descr. t.* 14. *f.* 4. *Syn. p.* 482.

Junior resupinatus, demum horizontalis, stipite magis distincto, sursum attenuato, ½ unc. Pileus expallens. Lam. latiusculæ, albido-cinereæ. *Ad truncos cariosos præcipue Fagi, passim. Jun.-Oct.* (v. v.)

14. *A. Pezizoides*, cyathiformis, sessilis, olivaceo-fuscus, extus granulosus, lamellis concurrentibus. *Nees Act. Nat. Cur. IX. p.* 249. *t.* 6. *f.* 18.

Gregarius, tremelloso-carnosus, 1 lin. altus & latus, basi fibris tenuissimis albis affixus. Lam. crassæ, ventricosæ, 12 circiter. Sporidia? *Ad asseres subputridos Helvetiæ.* (v. ic.)

1. Ag. squamosum adiposum fœtidum . . . supra Balænæ ossa adhuc pinguedine referta. *Hort. Pis. t.* 3.
2. Agaric. *Mich. t* 65. *f.* 3. (6-7?)
3. Ag. ochraceus. *Jacqu. Coll. p.* 100. *t.* 16. *f.* 9. Proximus videtur A. molli.

Sporidiis fusco-ferrugineis, inter hanc & sq. seriem mediis, instructi sunt *A. præcox, pediades-arvalis, vervacti,*

Series quinta.

Trib. XXXI. VOLVARIA.

Fung. ord. *Mich. gen. p.* 181—183. Ag. spec. 6. *Gled. p.* 92. ad p. Volvati. a. *Batsch. El. p.* 51. Aman. spec. *Pers. syn. p.* 246.

CHAR. Velum simplex, universale, discretum; junius fungum totum ovatum involucrans, dein stipite protruso laciniato-rupta. Pileus carnosus, campanulatus, dein expansus, sericeus l. viscidulus, a stipite discretus. Caro haud compacta, mollis. Lamellæ liberæ, ventricosæ, latæ, e thecis prominulis denticulatæ, confertæ; &, ut in tota serie, inæquales, decolorantes, nebulosæ. *Sporidia obscura, copiosa. Lamellæ ex albo-carneæ, dissolubiles.*

Obs. Oppido ad hanc seriem, ante A. campestrem locanda, pertinet naturalissima tribus. Fungi majores minoresve, locis pinguibus stercoratis l. ligno innascentes, æstivales, molles, minus persistentes; majores edules perhibentur.

* 1. *A. lejocephalus*, candidus, pileo sericeo sicco, stipite brevi basi crasso, volva ampla. *Dec. fr. 6. p.* 53.

Odor gratus. Stipes absque annulo. Pileus convexo-planus. 7-8 unc. latus, lævis, carne firma. De lamellis decolorantibus nulla mentio, sed & A. cretaceus inter Psalliotas diu immutabilis persistit, & demum tamen dissolubiles evadunt lamellæ, hinc huc retuli. *Circa Montpellier.*

2. *A. bombycinus*, pileo sericeo candido, lamellis carneis, stipite solido attenuato incurvo, volva laxa.

Mich. Nov. Gen. t. 76. f. 2. Ag. bombycinus. *Schæff. t. 98.* Ag. incarnatus. *Batsch.* Am. *Pers. syn. p.* 248. *Fries Obs. 1. p. 1.* Am. calyptrata. *Lam. Enc. I. p.* 105. A. denudat. *Schrad. spic. p.* 115.

Volva ampla, laxa. Stipes 3-6 unc. longus, glaber. Pileus 3-7 unc. latus, e globoso-explanatus, subumbonatus. Caro mollis. Edulis. *Pers. Ch.*

Comest. Ad truncos (Aceris & Fagi) *a Suecia in Italiam usque. Jul. Aug.* (v. v.)

3. *A. volvaceus*, pileo adpresse piloso virgato, lamellis carneo-rubris, stipite solido subæquali glabro, volva laxa.

Bull. t. 262. *Sowerb. t.* 1. *Dec. fr.* 2. *p.* 211. Aman. virgata. *Pers. syn. p.* 249.

Volva inæqualiter divisa, fuscescens. Stipes 3-5 unc. longus, ½ unc. crassus, albus. Pileus obtusus, pallide cinereus, lituris cinereis nigrisque, 3 unc. latus. Lam. postice obtusæ, fere remotæ. *In hortis inter pulverem coriarium. Jul. Aug.* (v. v. Hafniæ &c.)

** 4. *A. speciosus*, pileo glabro viscoso albo-griseo, lamellis incarnatis, stipite solido attenuato volvaque laxa villosis.

Mich. gen. p. 183. Am incarnata. β. *A. s. p.* 142. A. pubesc. *Schum. Sæll. p.* 227. A. spec. *Fr. Obs.* 2. *p.* 1.

Stipes subbulbosus, 4-8 unc. longus, dein glabriusculus, volva magis concreta. Pileus lævis, subumbonatus, absque volvæ squamulis, 3-5 unc. *In fimetis* (Femsjö), *ruderatis* (Malmö), *silvis humosis* (Esperöd), *supra ramenta cannabina* (Skårstad) &c. *reperi. Majo-Aug.* (v. v.)

5. *A. glojocephalus*, pileo glabro viscoso albo-griseo, lamellis rufescentibus, stipite solido æquali, volva obliterata. *Dec. fr.* 6. *p.* 52. *Mich. l. c.*

A priori distinguendus videtur volva parva, membranacea, tuberis instar adnata (glabra ?); pileo minore (2 unc.), margine leviter striato, & a reliquiis volvæ squamulosis tecto. *Circa Montpelier. Oct.*

6. *A. medius*, pileo glabro viscoso albo, lamellis roseis, stipite solido glabro, volva vaginata.

Schum. Sæll. 2. *p.* 227. *Fl. Dan. t.* 1676. *f.* 1.

Medius inter antecc. & seq. Stipes 2 unc. longus, volvaque 4-5-fida libera albi. Pileus leviter carnosus, demum subumbonatus, 1 ½ unc. latus. *Ad folia Pini Abietis Sællandiæ. Nov.* (v. ic.)

*** 7. *A. pusillus*, pileo tenui sicco albido, lamellis roseis, stipite fistuloso, volva laxa.

Mich. g. p. 182. A. volvac. β. *Bull. t.* 530. Am. pus. *Pers. Obs.* 2. *p.* 36. *Syn. p.* 249. *Fries Obs.* 1. *p.* 2. *Dec. fr.* 2. *p.* 211.

Parvus, subgregarius. Stipes tenuis, uncialis, fragilis, albus; volva 4-5 fida, extus sericea. Pileus 4 lin. latus, planiusculus, obsolete pilosus, umbonatus, pellucidus, demum deliquescens. *In domesticis, hortis &c., raro. Aug.* (v. v.)

8. *A. coprinus*, pileo tenui subviscoso flavo, lamellis fusco-purpureis, stipite fistuloso, volva laxiuscula. *Fries Obs.* 2. *p.* 2.

Similis A. semiglobato. Volva extus glabra, exigua. Stipes 2-3 unc. longus, albidus. Pileus hemisphæricus, subumbonatus, glaber; raro e volvæ fragmentis squamulosus. Lam. juniores adnexæ. *Ad vias rarissime. Aug.* (v. v.)

Obs. Leucomyc. *Batt. t.* 4. *E.* — inquirendus. Huc videtur Fung. nox. gen. 13. *Clusii.*

Tribus inquirenda: VAGINATA.

Fung. ord. *Mich. gen. p.* 189. — *Nees Syst. p.* 191.

CHAR. Velum universale, concretum. Stipes subcavus. Pileus carnosus, haud compactus, ovato-campanulatus, mox expansus obtusus, epidermide a velo formata, in squamas secedente. Lam. liberæ, alternæ, vix ventricosæ. *Analogi Lepiotis; certe a Volvariis diversi. Forsan vero Coprini species; nullam enim vidi.*

1. *A. ocreatus*, pileo convexo adpresse squamoso, stipite farcto inferne vaginato. *Holmsk. II. p.* 64. *t.* 36. *Nees syst. f.* 168.

Stipes 3 unc., supra vaginam (cum pilei epidermide primo contiguam) lævis, albus. Pileus 2-3 unc., e rubro-gilvus. Lam. cinereæ. *Ad Aarhus Jutlandiæ in silvis graminosis. Sept. Oct.* (v. ic.)

** 2. *A. cepæstipes*, pileo campanulato sparsim squamoso stipite cavo ventricoso, inferne lævi. *Sowerb. t.* 2. *Pers. syn. p.* 416. *excl. syn.*

Cæspitosus, albus l. luteus. Stipites 3-4 unc., basi angustata, annulo infero erecto. Pileus 1 - 2 ½ unc. Lam. 2 lin. latæ. *In cortice vaporario, æstate.* (v. ic.)

3. *A. prælatus* Gmel., pileo ovato floccoso fulvo-ferrugineo, stipite fistuloso æquali. *Mich. t.* 81. *f.* 3. *Ag. spec.* 8. *Gled. p.* 95.

Velum annuli instar stipitem tantum cingit, cum lamellis griseum. Pileus vix uncialis, dein nudus. *In Italia, Majo.* (v. ic.)

Huc & A. echinatus β. *A. S.* — forsan & aliæ e sequente tribu.

Trib. XXXII. PSALLIOTA.

Fung. ord. *Mich. gen. p.* 170. *ad p.* Pratella A. & Lepiotæ spec. *Pers syn.* Pratella Lepiota. *Nees Syst. p.* 208!

CHAR. Velum annuliforme, subpersistens, proprie partiale. Stipes firmus, subæqualis, a pileo discretus. Pileus plus minus carnosus, e convexo l. campanulato-expansus, non-nudus (viscosus aut squamis l. fibrillis tectus). Lam. liberæ l. adfixæ, latæ, fuscescentes.

Obs. Fungi varii, sat persistentes; priores edules. Nomen a ψαλλιον ab analogium cum Armillaria. Veli subuniversalis rudimentum adest in *A. cretaceo, campestri, echinato, æruginoso.*

* 1. *A. cretaceus*, albus, pileo sicco sublævi, lamellis liberis antice latioribus, stipite cavo lævi, annulo adscendente.

Fung. totus albus edulis. *Vaill. Bot. p.* 75. *Raji Syn.* 2. 334. A. cretaceus. *Bull. t.* 374. Am. *Hall. helv. n.* 2353.

Sequenti utique proximus. Stipes firmus, sursum attenuatus, 3 unc. longus, 3-6 lin. crassus, glaber, intus medulla araneosa. Pileus lentiformi-convexus, mox planus obtusus, epidermide nunc lævi, nunc in squamulas secedente, 3 unc. latus & ultra. Caro ut in sequente. Lam. dein remotæ!, diu albæ, persistentes (hinc simillimus A. excoriato), demum vero fuscæ & dissolubiles. Annulus variat lacerus, apice insertus reflexus, iterumque erectus. *Locis ruderatis pinguibus; copiose in aggeribus Lundæ. Aug.-Nov.* (v. v.)

2. *A. campestris*, pileo carnoso sicco subsquamoso sericeove, lamellis liberis ventricosis, demum fuscis, stipite farcto annulato albo.

Μύκης ἐδώδιμ *Diosc. Hist. I. c.* 109. Callo rubens. *Plin. Hist. XXII. c.* 47. Prateoli. *Cæsalp. p.* 618. Fung. esc. gen. IX. sp. 1. *Clus. p.* 268. — *Lob. ic. p.* 271. — *J. Bauh. XL. c.* 4. cum syn.! Pradell. spec. *Sterb. t.* 1. *f. D. C. Mich. gen. t.* 75. *f.* 1. 3. *Batt. t. VII. A. C.* Ag. spec. 21., a, b, c. *Gled. Meth. p.* 116. *Hall. helv.* 2443. A. campestris. *Linn. Suec.* 1203 & *Auct. Fl. Dan. t.* 704. *Schæff. t.* 33. *Sowerb. t.* 305. *Bolt. t.* 45. *Pers. syn. p.* 418. *Nees Syst. f.* 195 A. edulis. *Bull. t.* 134, 514. *Pers. l. c.* A. alutar. *Pers. Swartz. l. c.* 1809. *p.* 82.

Odor nullus, sapor gratus. Stipes firmus, raro squamulosus; variat longus & brevis, tenuis æqualis & amplus marginato-bulbosus. Annulus albus; nunc amplus persistens, nunc imcompletus fugax; subinde omnino cortinæformis. Pileus carnosus, convexo-explanatus, magnitudine admodum varius; albus, flavescens, rufescens, subumbrinus; sericeo-lævis, diffracto — l. piloso-squamosus. Caro mollis, alba; subinde rubens. Lamellæ approximatæ, confertæ, juniores carneæ l. rubræ, dein fuscæ subnigrescentes, raro cinereæ. *A. candidus* Schum. Sall. p. 253. Usus in cibariis præstans, multiplex. Cf. *Retz. Fl. Oec., Tratt. Essb. Schw. t. K. L., Pers. Champ. comest. &c. — In arvis, campis & silvis per omnem Europam, (Lappon. — Ital.) Asiam in Japo-*

niam usque (Thunb. Jap.); *in Barbaria* (Desf. Atlant. p. 433) *& Amer. boreali.* (Mühlenb.) *Majo-Oct.* (v. v.)

Distinguunt Micheli species permultas; Schæffer quattuor (A. camp., *pratensem* t. 96, *silvaticum* t. 242, *arvensem* t. 310, 311); Scopoli (Carn. n. 1467, 1478) & Persoon duas; nulli vero limites constantes reperiuntur, neque characteres acuti.

3. *A. coronillus*, minor, pileo carnoso umbonato glabro, lamellis liberis demum fuscis, stipite cavo annuloque erecto albis.

Bull. t. 597. *f.* 1. *Dec. fr.* 2. *p.* 202. *Syn. p.* 41.

Stipes æqualis, uncialis, annulo parvo integro. Pileus lævis, 1 - 1 ½ unc., convexus, fulvus l. brunneus. Lam. rotundatæ, ventricosæ, juniores albæ, dein rubræ. *In Galliæ silvis.* (v. ic.)

4. *A. hæmatospermus*, tenuis, pileo umbonato glabro argillaceo-rufescente, lamellis liberis demum fuscis, stipite fistuloso, annulo erecto.

Bull. t. 595. *f.* 1. *Pers. syn. p.* 261. *Dec. fr.* 2. *p.* 206.

Stipes æqualis, 2 unc. longus, 1 lin. crassus. Pileus submembranaceus, campanulatus, mox explanatus, 2 unc. latus, subsquamulosus, demum circa umbonem depressus. Lam. rubræ. — Variat pileo nigrescente squamuloso. *In Gallia.* (v. ic.)

** 5. *A. sagatus*, pileo carnoso lævi fulvo, lamellis liberis umbrinis, stipite cavo, annulo patente.

A. mutabilis. *Fl. Dan. t.* 1088. *f.* 2. excl. syn.

Stipes æqualis, 2-3 unc. longus, 2-3 lin crassus, fragilis, demum subcompressus. Annulus persistens, albus. Pileus planus, obtusus, siccus, glaber, 2-3 unc. latus. Lam. confertæ, distinctæ. Sequ. valde affinis. *In pratis humidis post fœnisecium. Aug. Sept.* (v. v.)

6. *A. præcox*, pileo carnoso lævi alutaceo-lutescente, lamellis adnexis dente decurrente e pallido fuscis, stipite subfarcto glabro albo.

A. candicans. *Schæff. t.* 217. A. cereolus. *Schæff. t.* 51. *minor.* A. æstivus. *Auct. - Schum. p.* 259. A. præcox. *Pers. syn. p.* 420. *A. S. p.* 205. *Swartz. l. c.* 1808. *p.* 206.

b. annulo lacerato. *Batt. t.* 20. *C.* A. appendiculatus. *Sowerb. t.* 324.

c. pusillus, pileo flavente (vix ½ unc.), lamellis albidis, stipite tenui nudo.

Variat ut A. campestris. Stipes æqualis, sat firmus, sed dein cavus, 2-3 unc longus. Annulus subpatulus, striatus, albus, fugax, subinde laceratus l. nullus. Pileus convexo-planus, glaber, obtusus, 2 unc. circiter. Caro variat tenuis & compacta. Lam. emarginatæ. — Huc forte & *A. durus.* Bolt. t. 67. f. 1., *A. delicatus* With. p. 169. *In graminosis vere & æstate vulgaris.* (v. v.)

β? *A. sphaleromorphus*, lamellis lutescentibus, stipite clavato. *Bull. t.* 540. *f.* 1. *Pers. syn. p.* 266.

Species antecedens vulgatissima Bulliardo latere non potuit, hinc præsentem proximam huc retuli, formis aliquot intermediis visis. Lam. decurrentes. *In Gallia.* (v. ic.)

7. *A. melanospermus*, pileo carnoso lævi flavo, lamellis rotundato-adnexis e flavescenti-nigris, stipite cavo albido deorsum incrassato.

Mich. gen. t. 74. *f.* 11. A. bulbular. *Batsch. C. I. f.* 108. — *Bull. t.* 540. *f.* 2! *Pers. p.* 420. *Dec. fr.* 2. *p.* 157.

Præcedentem & sequentem inter medius. Stipes 2 unc. longus, annulo albo persistente. Pileus convexus, dein repandus & subdepressus, glaber. 2 unc. *In graminosis pinguibus & arvis. Sept. Oct.* (v. v)

8. *A. obturatus*, pileo glabro sicco flavo, lamellis adnatis purpurascenti-umbrinis, stipite farcto brevi deorsum attenuato.

Stipes firmus, lævis, albus, 1 ½ unc. longus, 3 lin. circiter crassus. Annulus superus, deflexus, albus. Pileus sæpius compactus!, obtusus, convexo-

planus, 1-2 unc. latus, lævis; variat rimoso-squamosus. Caro candida. Lam. absque dente, planæ, confertæ. — Occurrit forma abortiva lamellis angustis distantibus, candidis. *In aggeribus Scaniæ, ubique. Sept.-Nov.* (v. v.)

9. *A. semiglobatus*, pileo hemisphærico lævi viscoso flavo, lamellis adnatis nigro-nebulosis, stipite fistuloso glabro, apice nigro-punctato.

Fungus parvus, albus, cum luteola parte &c. *J. Bauh. XL. c.* 69. (*ic. bona.*) Fungus minor ex albido subluteus pileo hemisphærico. *Raji Hist. II. p.* 97.! A. lustre. *Bull. t.* 566. *f.* 4. A. glutinosus. *Curt. Lond.* 1. *t.* 144. A. semiglobatus. *Batsch. C. I. f.* 110. *Sowerb. t.* 248. *Pers. syn. p.* 407. *Swartz. l. c. p.* 203. A. præcox. *Schum. p.* 315.

Vera omnino Pratella, sporidiis eleganter fusco-purpureis. Gregarius. Stipes 3 unc. circiter longus pallidus, strictus, annulatus; in silvis roridis filiformis. Pileus carnosus, obtusus, $\frac{1}{2}$ unc & ultra. Lam. planæ, latæ. *In fimo in pratis & silvis, frequens. Majo-Nov.* (v. v.)

10. *A. nitens*, pileo umbonato subviscoso flavo, marginem versus squamoso, lamellis adfixis nigris, stipite cavo glabro. *Fl. Dan. t.* 1057.

Gregarius, sat firmus. Stipes 2-3 unc. longus, 2-3 lin. crassus, æqualis, apice subpulverulentus. Annulus integer, patulus. Pileus leviter carnosus, junior conicus, mox hemisphæricus, 1-2 unc. latus. Lam. latæ, planæ, postice angustatæ. *In fimo locis umbrosis, raro. Jul. Aug.* (v. v.)

***11. *A. squamosus*, pileo subviscoso luteo, squamis sparsis concentricis, lamellis adnatis nigricantibus, stipite farcto, infra annulum villoso-squamoso.

a. stipite squamis fibrillosis reflexis. *Pers. syn. p.* 409. *Fr. Obs. 2. p.* 23. A. subcern. *Schum. p.* 255.

b. stipite tomento strigoso obductus. *A. distans Pers. disp. p.* 23. A. sphaleromorph. *Schum. l. c.*

Stipes dein cavus, æqualis, 3-4 unc. longus, 2 lin. crassus, supra annulum integrum distantem pulverulentus. Pileus leviter carnosus, hemisphæricus, dein planus, subobtusus, 1-3 unc. latus, humidus obscurior, siccus ochraceus. Lam. cinereo-maculatæ l. olivaceo-nigræ, margine albidæ. *In silvaticis. b. inter folia decidua Fagi, sat frequens. Sept.-Nov.* (v. v.)

12. *A. Hornemanni*, magnus, pileo compacto glabro subcinnamomeo, lamellis subdecurrentibus, stipite solido infra annulum squarroso.

A. squarros. *Fl. Dan. t.* 1191. — *Fries Obs. 2. p.* 13.

Speciosus, amplus. Stipes 4-6 unc. longus, $\frac{1}{2}$ unc. crassus, æqualis, squamis confertis revolutis albis. Pileus convexus, obtusus, subhumidus, 3-5 unc. latus, e livido-lutescens, sed e sporidiis cinnamomeus. Lam. latæ, primo albidæ, dein e sporidiis copiosis nigræ, quibus vero detritis iterum albicant. *In pinetis Sueciæ & Norvegiæ copiose. Sept.-Nov.* (v. v.)

β. *A. depilatus*, pileo stipiteque glabris. *Buxb. IV. t. 4. fig. major* *)! (minor potius ad priorem speciem.)

13. *A. Gunneri*, atropurpureus, pileo compacto stipiteque solido squamoso-squarrosis, lamellis adnatis.

A. echinat. *Gunn. Norv. II. p.* 125. *t.* 7. *f.* 6.

Priori affinis & pileo compacto & statura robusta a sequenti valde diversus. Antecedenti minor. Pileus convexus, squamis aculeiformibus erectis. *Ad truncos Fraxini in Nordlandia, autumno.* (v. ic.)

---

*) Hoc synonymon in *Fl. Dan. t.* 1192. relatum ad *A. subluteum*, qui e descriptione ad hanc tribum, ex icone ad Pholiotas pertinet. Utcumque sit — pileo umbonato squamuloso luteo margine striato, lamellis decurrentibus, stipite solido lævi — distincta species.

14. *A. echinatus*, pileo subcarnoso squamoso-echinato fuliginoso, lamellis adnatis miniatis, stipite fistuloso squamoso.

Roth. Cat. 2. p. 155. t. 9. f. 1. Pers. syn. p. 419.

Stipes 1 ½ - 2 unc. longus, 1 ½ - 2 lin. crassus, basi incrassatus nigricans, squamis reflexis fuligineis, supra medium glaber purpureus. Annulus incompletus (ni fallor, velum universale). Pileus junior hemisphæricus, dein convexo-planus, uncialis, pulvere copioso cinereo-fusco adsperso. *In vaporariis.* (v. ic.)

15. *A. versicolor*, pileo squamoso virescenti-brunneo, lamellis decurrentibus dein rufo-brunneis, stipite farcto bulboso. *With. arr. 4. p. 166.*

Stipes spongiosus, 2 unc. longus, crassitie pennæ cygneæ, albido-brunneus. Pileus convexus, margine inflexo, dein planiusculus, 1-4 unc. latus, squamis centro confertioribus, Lam. primo lutescenti-albæ. Annulus persistens. *In Angliæ nemoribus. Jul. repertus.*

16. *A. æruginosus*, pileo carnoso flavo, glutine cœruleo secedente collinito, inde viridi, lamellis adnatis planis purpureo-fuscis, stipite cavo squamoso.

Fung. medius, pileo muco ærugineo &c. *Raji Hist. III. p. 19. Am. Hall. helv. n. 2444. A. acuminat. Scop. p. 447. A. viridulus. Schæff. t. 1. A. cyaneus. Bull. t. 530, 170. Bolt. t. 143. Am. Lam. Enc. I. p. 113. A. politus. Bolt. t. 30. Fl. Dan. 1248. A. ærug. Curt. Lond 2. t. 309. Sowerb. t. 264. Pers. syn. p. 419. Swartz l. c. 1808. p. 207. Fl. Dan. t. 1373. A. beryllus. Batsch. Cont. 2. f. 213. A. spilotus. Holmsk. Ot. II. t. 42.*

Junior glutine denso involutus cœrulescens, dein ærugineus, tandem glutine secedente flavescens, quare & ob annulum incompletum fugacem pro Myxacio hujus seriei haberi posset. Pileus convexus, subinde etiam eleganter squamosus. Ma-

gnitudine admodum variat, solitarius & cæspitosus, lamellis purpureis & fuscis; hinc duplex apud Bolton, triplex apud Schumacher *(A. beryllus, viridemarginatus & bicarnosus)*; quadruplex apud Micheliam &c. *In silvis, campis & ad truncos, vulgaris. Aug.-Nov.* (v. v.)

1. F. albidus, sulcis subrufis. *Batt. t.* 10. *B.*

2. A. hispidus. *Scop. Carn. p.* 444.

3. A. litoreus. *With. arr.* 4. *p.* 216. Stipes solidus, albus, uncialis. Annulus persistens. Pileus flavo-brunneus. Lam. adnatæ, rubescenti-griseæ. *Ad Teignmouth, Oct.*

Trib. XXXIII. HYPHOLOMA.

Prat. Cortin. *Nees Syst. p.* 208. *ad p.*

CHAR. Velum: cortina telæ instar contexta, fugax, margini pilei & stipiti adfixum. Stipes subcavus, firmus, a pileo discretus. Pileus carnosus, convexus, dein explanatus. Lamellæ adnatæ, confertæ, subliquescentes. Asci, ut in tota serie, magni.

Obs. Nomen a ὑφὴ & λῶμα. Species prima ad Psalliotas * & Psatyras, reliquæ ad Psalliotas * * * & Psilocybes magis accedunt. Lignatiles, cæspitosi.

* 1. *A. lacrymabundus*, pileo carnoso piloso-squamoso albo-fusco, lamellis umbrinis, stipite cavo fibrilloso.

Bull. t. 525. *f.* 3. *Sowerb. t.* 41. *Dec. fr. 2. p.* 146.

Cæspitosus, fragilis. Stipites 2 unc. longi, 3-4 lin. crassi, basi subincrassati, squamoso-fibrillosi, albido-fuscescentes. Pileus obtusus, junior albidus, dein fuscus, 2-3 unc., sæpe irregularis. Lam. albidæ, dein fusco-purpureæ, 3 lin. latæ. *Ad truncos & terram in silvis frequens. Aug.-Nov.* (v. v.)

β. A. velutinus, pileo umbonato ferrugineo, lamellis fusco-nebulosis &c. *Pers. syn. p.* 409.

b. major, solitarius. *Abbild. d. Schw.* 3. (A. macrourus) A. pyrrotrichus *Holmsk. Ot. II. t.* 35.

Forsan diversus. *In silvis.* (v. ic.)

** 2. *A. lateritius*, pileo carnoso obtuso fulvo-lateritio, lamellis subvirescentibus, stipite farcto valido, cortina nigrescente.

a. cæspitosus. Fung. mediæ magnit. *Raji Hist. III. p.* 17. A. lateritius. *Schæff. t.* 49. *f.* 6. *Pers. syn. p.* 421. A. amarus. *Bull. t.* 30, 262. *Dec. fr* 2. *p.* 155. Am. *Lam. Enc. I. p.* 106. A. auratus. *Fl Dan. t.* 890. *Hedw. Crypt. t.* 38. A. mutabilis. *Scop. p.* 440. A. pomposus. *Bolt. t.* 5.

b. major, solitarius, stipite subbulboso. *Batt. t.* 22. *f. E.* — an A. silac. *Pers. syn. p.* 421.?

Sequenti, cum quo facile confluit, omnibus partibus robustior. Pileus vere carnosus, disco fulvus, margine pallido, juniore sericeo; variat viscosus & squamosus. Sapor amarus. Lam. totæ adnatæ, latæ; dein nigrescunt. minus virent. *Ad truncos, frequens, etiam cum sequ. in America boreali. Majo-Oct.* (v. v.)

3. *A. fascicularis*, pileo subcarnoso umbonato ochraceo, lamellis virescentibus, stipite cavo tenui, cortina nigrescente.

a. cæspitosus. Fungi multi &c. sp. 4. *J. Bauh. hist. XL. c.* 33. *Sterb. t.* 24. *M. Batt. t.* 22. *D. G. N.* A. laterit. *Schæff. t.* 49. *f.* 1. &c. Am. *Hall. helv. n.* 2482. Am. flavida. b. *Lam. Enc. I p.* 110 A. pulverulentus. *Bull. t.* 178. A. fascicularis. *Hudson.* — *Bolt. t.* 29. *Sowerb. t.* 285. *Pers. syn. p.* 421. *Swartz. l. c. p.* 207. *Nees Syst. f.* 198. A. jenensis. *Batsch. f.* 29. A. olivac. *Hoffm.* A. lucidus *Otto Ag. p.* 35.

b. solitarius, minor, stipite tenui. *Pers. l. c.*

Intense amarus. Stipites tenues, æquales, flavi, apice fere virentes. Pileus ½ - 2 unc., margine valde tenuis, pallidior. Lam. tenues, nebulosæ. *Ad truncos putridos, ubique. Majo.-Nov.* (v. v.)

β. *A. marginatus*, gregarius, pileo campanulato subferrugineo, margine pallido villoso, stipite fibrilloso argenteo nitido. *Pers. Obs.* 1. *p.* 11

Stipes strictus, 2 unc., basi villosus Lam. obsolete virent. Cortina fugax. *In pinetis. Aug.-Oct.* (v. v.)

4. *A. capnoides*, pileo carnoso sicco luteo, lamellis cæsiis dein purpurascentibus, stipite fistuloso glabro. *Fries Obs.* 2 *p.* 27.

A. hybridus. *Bull. t.* 398? **A. turfos.** *Schum. p.* 205.

A prioribus valde recedit sapore dulci, cortina fugaci non nigrescente, lamellis numquam virescentibus. Stipes æqualis, pallidus, deorsum ferrugineus. Pileus glaber; variat flavus, fulvus; lamellis junioribus albidis, flavidis, fumatis. *Cum prioribus, præcipue in pinetis copiose. Aug.-Nov.* (v. v.)

Quid Am. *Hall. helv. n.* 2446. spor. cœruleis?

Trib. XXXIV. PSILOCYBE.

Coprini spec. *Pers. syn. p.* 407. **Pratella Gymn.** *Nov. Syst. p.* 209.

CHAR. Velum marginale, tenue, flocculosum, fugacissimum. Stipes cavus, raro junior farctus, tenax, æqualis, subfibrillosus, sæpe viscidus, e conico l. convexo expansus, a stipite subdiscretus. Lamellæ latiusculæ. Substantia tenax, persistens, numquam deliquescens.

Obs. Tribus naturalissima, a ψιλος & κ βη dicta. Species plurimæ terrestres, loca pinguia l. paludosa incolentes, solitariæ l. gregariæ, minores, persistentes, non cibariæ, valde variantes; hinc pauciores tantum distinguere ausus sum. (*A. arvalis, inquilin.*)

†. Lamellæ adnatæ.

1. *A. compactus*, pileo carnoso umbonato viscoso badio, lamellis adnatis badio-purpureis, stipite longo sericeo. *Schum. Sæll. p.* 285.

Stipes cavus, 5 unc. longus, 3-5 lin. crassus, basi attenuatus farctus, fuscescens. Pileus 2 unc. & ultra. Caro albido-badia, stipitis subrosea. *Inter muscos pineti. Oct. Nov.* (v. ic.)

β *A. sarcocephalus*, pileo flavo &c. *Fries Obs.* 1. *p.* 51.

2. *A. pediades*, pileo obtuso sicco ochraceo-pallescente, lamellis subadnatis ferrugineis, stipite pallido.

Gregarius, proximus A. vervacti, sed crescendi modo & statura A. oreadi similis. Stipes 2-3 unc. longus, 1-2 lin. crassus, obsolete sericeus, tenax; basi sæpe bulbillo spurio. Pileus planus, 1-2 unc. latus, lævis. Lam. planæ, sporidiis ferrugineo-fuscis. *Ad vias &c. regionum campestrium. Jul.-Sept.* (v. v.)

3. *A. tenax*, pileo campanulato obtuso, sicco ochraceo, lamellis adnatis demum umbrino-ferrugineis, stipite longo glabro. *Fries Obs.* 1. *p.* 54.

Sparsus. Stipes subfistulosus, 2-4 unc. longus & ultra, 1 lin. crassus. Pileus subcarnosus, dein expansus, uncialis & ultra, numquam viscosus, in statu humido cinnamomeus, circa marginem aquose flavescens. Lam. primo olivaceo-fuligineæ, margine albæ, dein umbrino-ferrugineæ. Sporidia, ut in seqq., fusco-purpurea. *Inter folia Abietis. Aug.-Dec.* (v. v.)

4. *A. Myosotis*, pileo convexo viscoso viridi-olivaceo, lamellis adnatis ex albido ferrugineis, stipite longo fibrilloso. *Fries Obs.* 2. *p.* 34.

Gregarius. Stipes 3 unc. longus, 2 lin. crassus, albidus, apice leviter pruinatus. Pileus subcarnosus, explanatus leviter umbonatus, ¾ unc. & ultra, colore peculiari. Lamellæ denticulo decur-

rente. serratæ, margine sæpe albidæ. *In fagetis graminosis & ad margines paludum, Sept.-Nov.* (v. v.)

5. *A. merdarius*, pileo convexo-plano sicco, dein ochraceo, lamellis adnatis umbrinis, stipite brevi glabro.

Batsch. Cent. IV. t. 15. f. 2. (sat convenit.)

Prioribus affinis; forsan sub *A. fimicola* Pers. comprehensus. Stipes primo farctus, dein cavus, pallidus, æqualis, uncialis l. parum ultra, 1 lin. crassus. Pileus obtusus, non viscosus, humidus fusco-luteus l. cinnamomeus, siccus lutescens; margine striatulus. Lam. latæ, nigricantes; variant emarginatæ. *In fimo passim. Oct.-Nov.* (v. v.)

6. *A. stercorarius*, pileo obtuso lævi viscido livido-flavo, lamellis latis decurrentibus fuscis, stipite stricto fibrilloso.

A. adnatus. *Huds. p.* 691. A. stercor. *Schum. p.* 386? (quamvis lam. liberæ &c.)

Similis A. semiglobato; reliquis minus tenax. Stipes 2-4 unc. longus, 1 lin. crassus, subfragilis, albidus, dein pallescens, apice sub velo pruinatus, basi albo-villosus. Pileus junior hemisphæricus livido-flavus, adultus planus luteus, subnitens, demum expallens, discoideus, ½ - 1 unc. latus. Lam. juniores adnatæ, planæ, fuscescentes, margine albido, dein decurrentes, convexæ, triquetræ, ad latera olivaceo-nigræ. *In fimo vaccino, locis paludosis silvaticis. Jul.-Oct.* (v. v.)

7. *A. ericæus*, pileo convexo lævi nitente, lamellis latis adnatis nigricantibus, stipite elongato nudo.

a. pileo ferrugineo-fulvo, sicco fulvo-luteo. A. helvolus. *Schæff t.* 210. A. eric. *Pers. syn. p.* 413. *Fries Obs. 2. p.* 177.

b. pileo subspadiceo. A. nitidus. *Pers. l. c.* — forte & A. fusco-purp. *With. p.* 249.

Stipes firmus, 3-4 unc. longus, lutescens, subglaber, sed locis limosis etiam pallidus sericeus. Pileus humidus subviscosus, præsertim b, vix umbonatus, uncialis & ultra. Lam. subdistantes, margine albicantes. Varietates plures. *Ad terram locis humidis vulgaris. Jul.-Oct.* (v. v.)

8. *A. udus*, pileo convexo sicco testaceo-fulvo expallente, lamellis adfixis ventricosis e pallido-purpurascentibus, stipite fibrilloso ferrugineo.

Pers. syn. p. 414. A. obscurus. *Schum. p.* 279.

Stipes 2-3 unc. longus, inter muscos valde productus, minus tenax, apice dilatior. Pileus subcarnosus, dein explanatus *subochraceus* rugulosus, vix striatus, subobtusus, ½ - 1 unc. latus. Lam. planæ, dein convexæ, laxæ, latissimæ, juniores albidæ. *In paludosis turfosis, frequens. Jun.-Oct.* (v. v.)

β. A. Polytrichi, pileo obtuso flavo albicante, lam. albido-nebulosis, stipite subfulvo apice pallido. *Fries Obs.* 1. *p.* 51.

Stipes longior, subflexuosus. Pileus dein depressus, ½ unc. Lamellæ non purpurascunt. *Ibidem.* (v. v.)

γ. A. elongatus, pileo submembranaceo obtuso, humido striatulo livido-flavo, sicco lævi flavo, lamellis pallido-nebulosis, stipite tenui.

Pers. ic. & descr. t. 1. *f.* 4. *Syn. p.* 384. *Fr.* 1. *p.* 44.

Stipes flexuosus. Pileus humidus etiam viret. Sporidia, ut in prioribus. *Inter Sphagna.* (v. v.)

9. *A. callosus*, pileo conico sicco, lamellis adnatis adscendentibus atropurpureis, stipite tenaci glabro pallido.

a. pileo albo l. albido. *Bull. Cent. IV. t.* 15. *f.* 1.! — *Fries Obs.* 2. *p.* 180.

b. pileo luteo. A. semigleobat. *Sowerb. t.* 240. *f.* 1. 3. A. semilanceat. *Fries l. c.* 178.

c. pileo livido. A. varius. *Bolt. t.* 66. *Pers. syn.* 414.

d. pileo spadiceo.

Gregarius, admodum tenax. Stipes 2-3 unc. longus, tenuis, sæpe flexuosus, demum a sporidiis inquinatus. Pileus ½ unc. & ultra latus, margine substriatus. Est *A. campanul.* Linn. Suec. 2., sed non ed. 1. *Ad vias alibique locis graminosis, vulgaris. Aug.-Nov.* (v. v.)

10. *A. nucisedus*, pileo convexo lævi flavescente, lamellis adnatis fusco-nebulosis, stipite subfragili glabro. *Fries Obs. 2. p. 176.*

Stipites 2 unc. longi, pallidi, basi subfuscescentes. Pileus obsolete umbonatus, 3-5 lin. latus. Lam. margine albicant. Ulterius inquirendus. *Semel in calycibus Fagi. Autumno.* (v v.)

11. *A. montanus*, pileo convexo obtuso subspadiceo expallente, lamellis adnatis planis umbrinis, stipite brevi glabro.

Pers. Obs. 1. p. 9. Syn. p. 428. Fries Obs. 2. p. 175.

Parvus. Stipes uncialis, pileo concolor; apice pallidior, subpruinatus. Pileus humidus striatulus, siccus lævis, 2-4 lin. latus, expallens alutaceus, pallescens. Lam. subdecurrentes. *Ad terram sterilem apricam ubique. Per totum annum.* (v. v.)

β. *A. atrorufus*, stipite longo fibrilloso. *Schæff. t. 234.*

Stipes 2 unc. longus, albido-fibrillosus. Pileus 4-8 lin. latus, exsiccatus albidus. *In silvis.* (v. v.)

12. *A. obtusatus*, pileo campanulato obtuso nitido dilute badio, lamellis adnatis umbrinis, stipite basi incrassato villoso. *Pers. syn. p. 428.*

Stipes crassiusculus, pallescente-albus. Pileus ¾ unc. altus, demum subrugosus. Lam. lineares, margine albidiores. *Ad truncos putrescentes, rarissime.*

β. *A. hebes*, pileo convexo-plano lurido expallente, lamellis latis triquetris, stipite glabro.

Stipes 1 ½ unc., firmus, striatulus. Pileus tenuis, humidus subviscosus striatulus, siccus lævis alutaceo-ochraceus. Lam. rigidæ, albido-fuscæ. *Ad truncos, rarissime. Sept.* (v. v.)

†† Lamellæ adnexæ l. liberæ. *Rigidi.*

13. *A. ventricosus*, pileo conico expanso lævi umbrino expallente, lamellis adnexis pallide umbrinis, stipite ventricoso radicato.

Bull. t. 411. f. 1. (habitu parum deflectente) Dec. fr. 2 p. 160. Schum. Sæll. 2. p. 278!

Sæpe gregarius. Stipes cavus, 2 unc. longus, testaceo-alutaceus, radice fusiformi. Pileus subcarnosus, 2 unc. latus, junior ovato-conicus, mox campanulatus, demum expansus subdepressus, siccus alutaceo-pallens. Lam. latæ. *Ad terram fimetosam, æstate.* (v. v.)

14. *A. tegularis*, pileo campanulato alutaceo, vertice subtegulatim rimoso, lamellis adnexis fuscescentibus, stipite farcto subbulboso. *Schum. p. 317.*

Caro alba. Stipes 2 ½ unc. longus, apice 1 lin. crassus. Pileus subcarnosus tenuis, junior glandiformis, 1 unc. latus ¼ altus. Lam. postice attenuatæ. *In graminosis fageti Sællandiæ. Sept. Oct.* (v. ic.)

15. *A. canobrunneus*, pileo convexo-plano lævi fuscente expallido, lamellis subliberis fusco-purpureis, stipite radicato squamuloso.

B. A. canobrunn. Batsch. C. I. f. 105.

Sordibus plerumque inquinatus. Stipes firmus, rigidus, cavus, 2 unc. longus, 3 lin. crassus, albidus. Pileus carnosus, glaber, humidus subviscosus incarnato-fuscus, siccus alutaceo-pallens, 1 ½ unc. latus. Lamellæ latæ, confertæ juniores pallidæ, aquose fuscæ. *Ad terram, præcipue locis deustis. Sept. Oct.* (v. v.)

16. *A. campanulatus*, pileo submembranaceo campanulato lævi brunneo, lamellis liberis ferrugineis, stipite lævi obsolete annulato

Bull. t. 552. f. 1. Dec. fr 2. p. 154. Pers. syn. p. 426. Fries Obs. 2. p. 173.

Stipes fistulosus, 4 unc. longus, tenuis, lævis. Pileus siccus pro more lutescens, umbilicatus usque. Lamellæ perlatæ. *Ad terram in silvis. Aug. Sept.* (v. v.)

17. *A. fœnisecii*, pileo subcarnoso glabro dilute umbrino expallente, lamellis adnexis umbrinis, stipite nudo glabro rufescente.

Buxb. IV. t. 28. f. 1. Pers. ic. & descr. t. 11. f. 1. Syn. p. 411.

Stipes 1-2 unc. longus, minus tenax. Pileus e campanulato convexus obtusus, demum planus, rugulosus, $\frac{1}{2}$ unc. & ultra. Lam. forsan adnatæ potius, sed valde ventricosæ, inde emarginatæ apparent. *In graminosis pinguibus, areis hortorum &c. Majo-Oct.* (v. v.)

1. *Mich. gen. t. 73. f. 1.*

2. *Buxb. Cent. IV. t. 14.* Major, albicans.

3. Fungus igneus. *Rumpf. p. 150. t. 56. f. 5.* (Memorabilis, nocte lucet stellæ instar igne cærulescente.)

4. A. extenuatus. *Scop. p. 448.*

Obs. A. cinctulus. *Bolt. t. 152.* ad varios semiexpallidos referri potest.

Trib. XXXV. PSATHYRA.

Pratellæ b. *ad part. Pers. syn. p. 423.* Pratella Mycen. *Nees Syst. p. 209.*

CHAR. Velum marginale, fugacissimum. Stipes fistulosus, æqualis, fragilis, albus, subpruinatus. Pileus submembranaceus, junior glandiformis, dein e campanulato-expansus. planiusculus, obtusus, fragilis, siccus, tactu mollis, vix glaber,

sed plerumque fibrillis l. atomis innatis tectus. Color albido-fuscescens, in statu sicco expallens. Lamellæ adfixæ, rarius liberæ, fuscescentes. *Sporidia fuscopurpurea.*

Obs. Tribus admodum naturalis. a ψαθυρος dicta ob fragilitatem insignem. Plurimæ species incolunt ligna uda, terram graminosam pinguem e. s. p. Sporidia omnium specierum, a me non visarum, hujus & sequentis tribus inquirenda!

† Lamellæ adfixæ. *(A. lacrymab.)*

1. *A. stipatus*, pileo subcarnoso glabro fusco-spadiceo expallente, lamellis adnatis confertis incarnato-fuscis, stipite glabro.

a. cæspitosus. *J. Bauh. XL. c. 33. spec. 5.* A. spadiceus. *Schæff. t. 66.* A. spadiceo-griseus. *Schæff. t. 233.* A. hydrophilus. *Bull. t. 511. Dec. fr. 2. p. 201.* A. concinnus. *Bolt. t. 15.* A. xylophilus. *Quibusd.* A. appendicul. *Pers. comm.* A. stipatus. *Pers. syn. p. 423. Fr. Obs. 1. p. 48. Fl. Dan. t. 1673.*

b. solitarius, A. fuscus. *Schum. p. 280.*

Plerumque valde cæspitosus. Stipites 2-3 unc. longi, 2-3 lin. crassi, æquales, apice striatuli & obsolete farinulenti. Cortina fimbriata, alba. Pileus 2-3 unc. latus, siccus rugulosus. Valde variat: magnus, solitarius, stipite annulato *(A macropus* Pers. syn. p. 402?), pusillus e. s. p. *Ad & juxta truncos in silvis frondosis, communis. Jul.-Nov.* (v. v.)

β. *A. hydrophilus*, major, pileo 3-5 unc., lamellis ad dimidium adfixis lineatim decurrentibus fusco-umbrinis, stipite valido (6 poll. altus, ½ unc. crassus) rigido. *Circa Fraxini truncos in Scania. Oct.* (v. v.)

γ. *A. fatuus*, solitarius, pileo submembranaceo argillaceo-albido, lamellis albidis, stipite inæquali. *In dumetis ad terram. Sept. Oct.* (v. v.) *Stipite glabro, lamellarum colore &c. a sqq. distinguendus.*

2. *A. Candollianus*, pileo subcarnoso lævi, demum albido, lamellis adfixis violaceis decolorantibus, stipitibus fibrillosis, cortina fimbriante.

A. appendicul. *Bull. t.* 392. *Schum. p.* 302. A. mutab. *Fl. Dan. t.* 774. (bene) A. violaceolamell. *Dec. Fl. fr. 2. p.* 143. A. cand. *Fr. Obs. 2. p.* 182.

Cæspitosus. Stipites basi subincrassati, 3 unc. longi, apice striati. Pileus junior spadiceus, mox albidus, 2-4 unc. Lam. rotundato-adfixæ, juniores margine albicante, dein spadiceæ. *Ad terram in fagetis. Sept. Oct.* (v. v.)

3. *A. fibrillosus* Pers., pileo submembranaceo striatulo albido, lamellis adnatis purpureo-nigris, stipite elongato fibrilloso-squamoso. *Fries Obs. 2. p.* 181.

Admodum fragilis. Stipes 3-4 unc. longus, 2-3 lin. crassus, totus squamulis villoso-fasciculatis obsitus. Pileus humidus livescens, siccus albus, non striatus; sed sæpe fibrilloso-squamosus. Lam. primo cinereæ. *Inter folia decidua. Aug.-Oct.* (v. v.)

4. *A. pennatus*, pileo submembranaceo subtestaceo albo-squamoso, lamellis adfixis lividis nigricantibus, stipite brevi villoso apice pulverulento.

Gregarius, fragilis. Stipes unc. ialis & ultra, æqualis, 1-2 lin. crassus. Pileus ½ unc. altus & latus, non striatus, colore varius. Lam. ventricosæ, subsecedentes, margine subalbicantes. *Ad terram locis deustis &c. Aug.-Oct.* (v. v.)

5. *A. coprophilus*, pileo subcarnoso lævi rufescente-fuligineo, lamellis arcuato-adfixis lividis, stipite hirsuto cinerascente.

Bull. t. 566. *f.* 3. *Pers. syn. p.* 412. *Dec. fr. 2. p.* 152.

Stipes 2-3 unc. longus, 1 lin. crassus, sensim glaber. Pileus, pro more affinium, junior ovatus (tum etiam lanuginosus), dein expansus obtuse umbonatus. Lam. ½ unc. latæ. *In fimetis Galliæ.* (v. ic.)

6. *A. bullaceus*, pileo submembranaceo rufo, margine striato, lamellis planis latissimis cinnamomeis, stipite brevi tomentoso.

Bull. t. 566. f. 2. Pers. syn. l. c. Dec. l. c.

Stipes 1 ½ unc. longus, basi subincurvus. Pileus hemisphæricus, minor. Lam. ½ unc. latæ. Sporidia? *Cum priori, gregarius.* (v. ic.)

** 7. *A. cernuus*, pileo submembranaceo hemisphærico livido, sicco albido, lamellis adnatis cinereo-nigricantibus, stipite glabro apice albo-pulverulento.

A. farinulentus. *Schæff. t. 205.* A. cernuus. *Fl. Dan. t. 1008. f. 1. Fries Obs. 1. p. 50.* A. alneti. *Schum. p. 280.*

Stipes 2 unc. longus, 1 lin. crassus, sæpe curvatus. Pileus humidus striatus, sero expanditur, rugulosus, ½ unc. & ultra latus. Lamellæ distantes, latæ, margine albicant. *In silvis ad terram &c. Aug.-Nov.* (v. v.)

8. *A. atomatus*, pileo submembranaceo obtuso albido-roseo, atomis nitentibus furfurato, lamellis adnatis cinereo-nigricantibus, stipite squamuloso.

Gregarius, pulcher. Stipes 2 unc. longus, plus minus pulverulento-squamulosus. Pileus campanulatus, dein convexus, obtusus, ½ - 1 unc. latus, pallidus, siccus rugulosus. Lam. latæ, fragiles, prioris similes. *Ad terram graminosam, juxta vias &c. Jul.-Sept.* (v. v.)

9. *A. corrugis*, pileo submembranaceo campanulato umbonato roseo, lamellis adnatis violaceo-nigricantibus, stipite glabro.

A. carbonar. var. *Batsch. C. 1. f. 91.* A. limbat. *Holmsk. Ot. 11. t. 32.* A. corr. *Pers. syn. p. 424. A. S. p. 206.* — Forte A. pellosp. *Bull. t. 561.*

Stipes 2-4 unc. longus, 1-2 lin. crassus, glaber, basi pilosus. Pileus expallens, siccus pro more corrugatus, uncialis & ultra. Lam. latæ. Plures affines species sub hoc commutatæ. *In hortis, silvarum umbrosis &c. Aug.-Oct.* (v. v.)

10. *A. murcidus*, pileo subcarnoso convexo obtuso spadiceo expallente, lamellis adnatis umbrinis, stipite nudo glabro.

Admodum fragilis. Stipes 3-4 unc. longus, 1 lin. crassus, non pruinatus. Pileus valde obtusus, humidus striatus subspadiceus, siccus lævis alutaceus, raro rosellus, 1 ½ unc. usque latus. Lam. planæ, subdistantes, segmentum circuli referentes, margine concolori. *In fageto umbroso reperi. Oct.* (v. v.)

*** 11. *A. gracilis*, pileo submembranaceo campanulato obtuso, lamellis postice latissimis adnatis cinereo-nigricantibus, margine roseo, stipite tenui glabro.

A. gracilis. *Pers. syn. p.* 425? A. diffusus. *Batsch. C. 2. f.* 111. (minus quadrat.) A. tentaculum. *Sowerb. t.* 385. *f.* 1. quoad habitum.

Gregarius, valde fragilis. Color eximie variat; naturalis in statu humido fuscescens, siccus ochraceus, alutaceus & sæpe eximie albido-roseus. Stipes 3 unc. & ultra, æqualis, vix 1 lin. crassus, basi villosus. Pileus mollis, tenuis, semper obtusus, uncialis, glaber, margine striatulus. Lam. denticulo decurrente, distinctæ, distantes, integerrimæ. *In hortis, silvis alibique inter folia decidua, frequens. Aug.-Nov.* (v. v.)

β. *A. caudatus*, major, radicatus &c. *Fr. 2. p.* 187.

12. *A. torpens*, pileo submembranaceo lævi pallescente, lamellis adnatis basi angustatis fuscis margine albidis, stipite glabro.

Gregarius, fragilis. Stipes 3 unc. longus, æqualis, 1 lin. crassus, nudus, albus. Pileus glaber, ½ - 1 unc. latus, argillaceo-pallescens, incarnatus &c., junior campanulatus, dein hemisphæricus. Lam. confertæ!, adnatæ, subventricosæ, 3 lin. latæ. *Ad terram graminosam Lundæ &c. Oct.* (v. v.)

Species lamellis non adnatis vide sub Coprinario.

1. Bulla. *Batt. t.* 27. *L.*
2. A. cuspidatus. *Bolt. t.* 55. Varietas A. gracilis, sec. Persoon.
3. A. lignys. *Spreng. Maut.* 1. *p.* 20.

Trib. XXXVI. COPRINARIUS.

Coprini & Pratellæ spec. *Pers. l. c.*

CHAR. Velum margine adfixum, raro annuliforme, plerumque fugacissimum. Stipes fistulosus, tenuis, subfragilis, a pileo discretus. Pileus leviter carnosus aut membranaceus, glaber, subpersistens. Lamellæ subliquescentes. *Sporidia nigra.* (In speciebus examinatis.)

† Lamellæ adnatæ, cinereo & nigro variegatæ. Pileus leviter carnosus, lævis, conico-campanulatus l. hemisphæricus, obtusus, nec adultus expansus, senio corrugato-contractus. *Fimicolæ.*

1. *A. semiovatus*, pileo subcarnoso campanulato viscoso argillaceo-albido, lamellis adnatis cinereo-atris, stipite longo albido, annulo integro.

A. separatus. *Linn. Suec. n.* 1220. A. nitens. *Bull. t.* 84. *Dec. fr.* 2. *p.* 202. Am. *Lam. Enc. I. p.* 113. A. ciliaris. *Bolt. t.* 53. *Pers. syn. p.* 416. A. semiovat. *Sowerb. t.* 131. *Pers. syn. p.* 408. *Swartz. l. c.* 1808. *p.* 180. A. coronat. *With. p.* 270. (ex descr.)

Stipes spithamæus, strictus, 2 lin. fere crassus, subbulbosus, nitens, superne e pulvere seminali atro punctatus, sub lente striatus. Annulus distans, albus, persistens. Pileus obtusissimus, 1 unc. altus. Lam. 2-3 lin. latæ, adscendentes, antice evanescentes, facile secedunt. *In fimo vaccino &c. per totam æstatem.* (v. v.)

2. *A. fimiputris*, pileo subcarnoso campanulato humido cinereo expallente, lamellis adnatis cinereo-atris, margine concoloribus, stipite longo rufescente, annulo lacerato.

A. fimiputris. *Bull. t. 66. Dec. fr. 2. p. 151.* **A. semiovatus.** *Schum. p. 359.* A. clypeatus. *Bolt. t. 57.*

Stipes 2-4 unc. longus, æqualis, fragilis, superne lævis, cinerascens, pulverulentus. Pileus humidus nigricante-cinereus, siccus lividus, e velo appendiculatus. Caro sordida. Lam. adscendentes, ventricosæ, deliquescentes. *In fimo equino &c. Aug.-Oct.* (v. v.)

3. *A. papilionaceus*, pileo subcarnoso campanulato sicco nigrescente-fuligineo expallente, lamellis adnatis cinereo-atris, margine albis, stipite longo rufescente, apice striato atro-pulverulento.

Fung. buf. sp. 1. *Clus. p. 278. Bauh. l. c. c. 73. ic.* Fungus parvus galericulatus, striis lividis &c. *Raji Hist. II. p 98. Vaill. par. p. 65. — Buxb. Cent. IV. t. 13. f. 2.* A. acuminat. *Schæff. t. 202.* A. papilionac. *Bull. t. 58, 561. f. 2. Dec. fr. 2. p. 152. Pers syn. p. 410.* A. carbon. *Batsch. f. 6.* A. semiovat. b. *Schum. l. c.* A. varius. *Pers. ic. & deser. p. 40.*

b. minor. *Buxb. C. V. t. 48. f. 2.* A. equinus. *Abb. d. Seh. 3.*

c. stipite guttulis aqueis. *Fries Obs. 2. p. 184.*

Stipes 3 unc. longus, æqualis, 1-2 lin. crassus, rufescens. Pileus demum convexus, exsiccatus subrufescens, lævis, ½ - 1 uncialis, numquam viscosus. Lamellæ adscendentes, confertæ, integerrimæ. Velum fugacissimum. *In fimetis, silvaticis pinguibus &c. Majo-Nov.* (v. v.)

4. *A. fimicola*, pileo subcarnoso hemisphærico fuscescente-alutaceo, lamellis adnatis latis cinereo-atris, stipite glabro apice albo-pulverulento.

Buxb. Cent. IV. t. 28. f. 4. — An *Pers. syn. p. 412?*

Valde affinis priori, sed minor. Stipes 2-3 unc., æqualis, pileo concolor. Pileus ½ - 1 unc. latus, humidus margine striatus, siccus lutescens, rufescens l. disco fulvus. Lam. 2-3 lin. latæ. *In pascuis, hortis &c. vere, raro autumno.* (v. v.)

5. *A. nutans*, pileo hemisphærico subcernuo albido, lamellis adnatis cinereo-nigris, stipite attenuato nudo. *Batt. t. 28. R.*

Stipes 2 unc. longus, lævis, albidus, basi subincrassatus adscendens. apice curvatus. Pileus lævis, uncialis. e velo leviter denticulatus. Lam. confertæ. *In fimo, vere.* (v. ic.)

6. *A. subtilis*, pileo submembranaceo campanulato lævi albido, lamellis adnatis nigris, margine albis, stipite glabro albo.

Tenellus. Stipes 1 ½ unc. longus, filiformis, nudus, lævis, fragilis. Pileus 3 lin. altus & latus, obtusus, lævis. Lamellæ latiusculæ, adscendentes, cinereo-nigricantes. *In fimo locis udis silvaticis. Sept. Oct.* (v. v.)

†† Lamellæ adfixæ l. liberæ, liquescentes. Pileus membranaceus, demum striatus l. fissus, vix revolutus. *Gregarii, fragiles.*

* 7. *A. impatiens*, pileo obtuso glabro furcato-sulcato pallido, lamellis adnatis cinereis, stipite glabro fragili nudo.

Stipes 4-6 unc. longus, 1 - 1 ½ lin. crassus, albus. Pileus campanulatus, mox convexus, uncialis & ultra, disco lævis, humidus lividus, siccus lutescens. Lam. lineares, distantes, fragiles, albidæ, sed e sporidiis nigris, (quibus ab A. gracili distinctus) cinereæ. *In dumetis humidis. Oct. Nov.* (v. v.)

8. *A. striatus*, pileo campanulato, disco lævi rufescente, margine furcato sulcato pallido, lamellis rotundatis brunneis, stipite albo.

Bull. t. 552. f. 2. Dec. fr. 2. p. 153. a.

Ab A. furcato P. certe diversus, de cetero dubius mihi visus Stipes 4 unc. longus, æqualis. Pileus aspectu elegans. *In Gallia.* (v. ic.)

9. *A. hiascens*, pileo campanulato fisso-sulcato lutescente, lamellis adnatis nigris, stipite glabro fragili.

Gregarius, valde fragilis. Stipes 3 unc. longus, lævis, nudus, albus. Pileus membranaceus, obtusus, mox fisso-hiascens, demum margine subrevolutus, glaber, uncialis. Lam. lineares, antice attenuatæ, angustæ, distantes, ex albido-nigricant. Sporidia atra. *In sæpibus humidis Scaniæ Oct.* (v. v.)

10. *A. tergiversans*, pileo conico mox sulcato-hiascente fusco-ferrugineo, lamellis adnatis confertis e cinnamomeo-nigricantibus, stipite glabro.

Huc pertinent synonyma nonnulla infra ad A. ferrugineum allata. Stipes æqualis, nudus, 5 unc. longus, 2-3 lin. crassus, fragilis, apice sulcatus. Pileus disco lævi spadiceo, demum transverse squarroso-rimosus, tandem lacerato-fissus, 1-2 unc. latus. Lam. postice latæ, sensim antice attenuatæ, delicatescentes. *Ad terram pinguem &c. Oct.* (v. v.)

** 11. *A. vitellinus*, pileo campanulato viscido vitellino subfisso, lamellis adnexis argillaceis, stipite æquali squamuloso pulverulento. *Pers. p.* 402.

Stipes 2-3 unc. longus, 2-3 lin. crassus, æqualis, apice farinaceus. Pileus disco carnosulus, obtusus, 1-2 unc. latus, demum minus viscosus. Lam. adscendentes, distantes, non fuscescunt, sed diffluunt *In fimo equino locis campestribus. Vere.* (v. v.)

12. *A. Boltonii*, pileo convexo subumbonato viscoso flavo, lamellis adnexis pallidis, stipite attenuato glabro luteo.

A. flavid. *Bolt. t.* 149. *Sowerb. t.* 96. A. Boltoni. *Pers. syn. p.* 415. *Fries Obs. 2. p.* 186. — (A. equestris. *Bolt. t.* 65. junior videtur.)

Valde affinis priori. Stipes 3 unc. longus, fragilis. Pileus 2 unc. usque latus, etiam diffluit.

Lam. ex albido-lutescunt, dein lividæ. *In fimo locis humidis, vere reperi.* (v. v.)

13. *A. titubans*, pileo tenui plicato viscoso flavo, lamellis adnexis purpurascentibus, dein incarnato-fuscis, stipite æquali nitido.

Bull. t. 425. *f.* 1. *Sowerb. t.* 128. *With. arr.* 4. *p.* 286. *Pers. syn. p.* 415. *A. S. p.* 202. *Dec. fr.* 2. *p.* 152.

Admodum pulcher & delicatus, totus glaber. Stipes 2-3 unc. longus, tenuis, luteus. Pileus junior ovato-campanulatus lævis; mox explanatus, diaphanus, uncialis, disco flavo lævigato, margine pallidiori plicato, demum diffluens. Lam. distantes, 1 lin. latæ. Sporidia hujus & duorum antecedentium non examinavi. *In fimo vaccino, "equino" &c. passim. Aug. Sept.* (v. v.)

14. *A. subliquescens*, pileo conico subviscido pallido, demum explanato fusco-striato, lamellis subliberis albido-fuscis, stipite attenuato. *Schum. p.* 358.

Stipes 5 unc. & ultra, 1 $\frac{1}{2}$ lin. crassus, fibrosus, fusco-pallidus. Pileus subcarnosus, 1 unc. altus, explanatus 2 unc., margine integro. Lam. liquescentes. *In fimo. Nov.* (v. ic.)

*** 15. *A. conocephalus*, pileo conico striato livido-pallescente, lamellis liberis fusco-nigrescentibus, stipite longo albo, basi incrassato.

Bull. t. 563. *Dec. fr.* 2. *p.* 153. *Pers. p.* 427. *A. S. p.* 206. *!*

Statura A. teneri l. potius apali. Noster fungus cum A. S. eximie convenit stipite spithamæo stricto glabro, pileo obsolete striato obtuso sordide albo &c. Bulliardi fungus pileo plicato livido-cinereo, lamellis rufis &c. pingitur. *In domesticis, pinguibus &c. Jul. Aug.* (v. v. Lundæ in horto Retziano.)

16. *A. hydrophorus*, cæspitosus, pileo convexo, disco lævi rufescente, margine fisso griseo, lamellis liberis, stipite subradicato glabro.

Bull. t. 558. *Dec. fr.* 2. *p.* 150. *Syn. p.* 30.

Magis magisque hæc tribus in Coprinos abit. Glaber quidem, sed valde tenuis, pileo primo campanulato, demum expanso margine striato lacero subreplicato. Stipes elongatus albus. *In pascuis silvaticis & hortis.* (v. ic.)

17. *A. papyraceus*, pileo hemisphærico sublævi albido, lamellis liberis purpurascenti-nigricantibus, stipite nudo albo.

Pers. syn. p. 425. A. membr. *Bolt. t.* 11.

Stipes 3 unc. longus, æqualis, crassitie pennæ cygneæ. Pileus 2 unc. latus, diaphanus Lamellæ primo albæ, diffluentes. *Ad truncos Quercus.* (v. ic.)

18. *A. disseminatus*, gregarius, parvus, pileo ovato-campanulato plicato, lamellis adnexis albido-cinerascentibus, stipite incurvo glabro.

Mich. nov. gen. t. 79. *f.* 5. *Batt. t.* 27. C. A. minutulus. *Schæff. t.* 308. A. tintinnabulum. *Batsch. C. I. f.* 3. A. disseminatus. *Pers. syn. p.* 405.

b. A. striatus. *Sowerb. t.* 166.

c. A. digitaliformis. *Bull. t.* 22, 525. *f.* 1. A. congregatus. *Bull. t.* 94. forte.

Mox flaccescit & dissolvitur, sed vix more Coprinorum diffluit. Junior pallide ochraceus, mox albidus, demum cinerascens. Magnitudo varia; stipes plerumque uncialis, incurvus, vix lin. crassus; pileus digitaliformis, 3 lin. altus & latus. Lamellæ angustæ, distantes, in c. liberæ. *Ad truncos, præsertim Salices, Populos, Tilias &c. vulgaris. Vere & autumno.* (v. v.)

Species inquirendæ nullibi plures, quam inter Coprinos & in sectione ultima Coprinarii, restant. Excusent, precor, Mycologi, me summa licet adhibita diligentia omnia synonyma ad species suas referre non potuisse; quin potius species a me ipso lectas omisisse.

1. Fungus &c. *Mich. t.* 74. *f.* 10.

2. Bulla rictu nigricante. *Batt. t.* 22. F.

3. A. androsaceus. *Lour. Cochin. p.* 691. Pileus conicus, plicatus, cinereo-rufus. Lam. nigræ. Stipes filiformis pallidus. *In paleis oryzæ.*

4. A. confertus. *Bolt. t.* 18. Cæspitosus, stipite solido? — de cetero ab allatis ægre dignoscitur.

5–6. Alternatus, bubalinus. *Schum. Sæll. p.* 351 *& sq.* (omnino distinctæ!)

7. A. arenarius. *Dec. fr.* 6. *p.* 45. Stipes glaber, 4-5 unc. Pileus convexus, griseus, 2 unc. Lam. nigræ &c. *In sabulosis maritimis.*

8. A. flocculosus. *Dec. l. c.* Pileus hemisphæricus, striatus, disco rufo, margine cinereo. Lam. liberæ, violaceo-fuscæ, nigrescentes. Stipes undique floccosus, cum rudimento volvæ. *Ad terram.*

A. aquosus *Bolt. t.* 7. *f.* 1. Videtur junior A. tituhans & A. prominens *Schum. l. c.* A. Boltonii proximus.

I. B. COPRINUS. Link.

Fungi sterquilinii. *Veterum.* Hydrophori spec. *Batt. p.* 54. Ag. atramentarii. *Scop. p.* 425. Fugaces. *Batsch. El. p.* 61. Ag. Coprinus. *Pers. syn. p.* 395. *Nees Syst. p.* 210. Coprin. *Pers. disp. p.* 62. *Link diss.* 1. *p.* 37!

CHAR. Lamellæ liberæ, inæquales, tenues, simplices, decolorantes, tandem liquescentes. Asci magni, segregati, quaterna sporidiorum serie. Velum universale, concretum, flocculosum, fugax. — Stipes fistulosus, strictus, elongatus, fragilis, subsquamulosus, albidus. Pileus membranaceus, raro subcarnosus, junior ovato-conicus, mox campanulatus, demum lacerus revolutus, deliquescens; flocculis (veli reliquiis) subsecedentibus tectus; a stipite discretus. *Lamellæ albidæ, demum nigrescentes. Sporidia nigra.*

Obs. Subgenus Agarici admodum naturale, quamvis limites stricti, mediantibus Coprinariis, ægre determinantur. Nomen ob locum natalem imposuit Persoon; verum characterem, e situ spo-

ridiorum, jam a Michelio observatum, indicavit Link. Fungi fugaces, sæpe gregarii, inquinantes, radice annua. Incolunt fimeta, loca graminosa pinguia & truncos cariosos; rariores in regionibus montosis & arenosis; frequentes in campestribus & argillaceis, tempestate autumnali l. pluviosa. Sapor aquosus nauseosus, non cibarii *), usus ad ulcera adusta sananda.

* 1. *A.* COPR. *comatus*, pileo subcarnoso squamoso albo, lamellis albis dein purpurascentibus, stipite subbulboso, annulo mobili.

Fung. nemorum. *Lob. ic. p.* 272. Fung. non vesc. 7 *Lōs. pruss. p.* 89. Fung. typhoid. *Vaill. p.* 72. — *Buxb. Cent. IV. t.* 27. Hydr. comatus. *Batt. t.* 26. *B.* A porcellan. *Schæff. t.* 46. 47. A. masse. *Bull. t.* 16. A. typhoid. *Bull. t.* 582. *f.* 2. Ag. *Mees. Fris. n.* 546. A. fimetar. *Auct Bolt. t.* 44. *Curt. Lond.* 1. *t.* 93. A. cylindric. *With. - Sowerb. t.* 189. A. comat. *Fl. Dan. t.* 834. *Schmid. Ic. t.* 10. *Pers. syn. p.* 395.

Gregarius, magnus. Stipes intus araneosus, sursum attenuatus, fibrillosus, $\frac{1}{2}$ unc. crassus, basi tumidus farctus. Pileus junior cylindricus contiguus, mox vero expansus, superficie in squamas comatas secedente, numquam sulcatus, 3 unc. fere altus, margine sæpe inæqualis; vertice subpersistente livido. Lam. cohærent, 3 lin. latæ. *In hortis, ruderatis, ad sæpes &c. etiam Americæ. Aug.-Oct.* (v. v)

β. A. ovatus, pileo campanulato dense & minute squamoso cinereo, lamellis umbrinis. dein nigris, stipite radicato. *Schæff. t.* 7. (*J. Bauh. XL. c.* 76.)

---

*) *Boletus moschocaryanus* (ad nuces Moschatæ in Bandensibus insulis) & *B. saguarius* (in furfure Sagi) *Rumpf. Amb. XI. p.* 124 huc tamen pertinere videntur & deliciosissimi perhibentur. In regionibus calidis Coprinos magis superbire divinor.

Omnino constantem reperi. Lam. ventricosæ, in prima infantia umbrinæ. *Cum priori, Lundæ &c.* (v. v.)

Antec. proximus videtur *A. molybdites*, pileo brunneo squamoso, lam. albocœrulescentibus. *Mey. Ess. p.* 300.

2. *A.* COPR. *sterquilinus*, pileo submembranaceo sulcato disco squamoso, lamellis purpurascentibus, stipite attenuato, basi annulato.

F. sterquilinus &c. *Mich. t.* 80. *f.* 3.

Egregie distinctus. Stipes 5 unc. longus, 3 lin. crassus, basi solidus, fibrillosus, albus, tactus nigrescens. Annulus exiguus. Pileus ovato-conicus, dein campanulatus, 3 unc. altus, sericeo-villosus, disco imbricato-squamosus; demum profunde sulcatus, fissus. Lam. 3 lin. *In fimo vaccino. Sept. Oct.* (v. v.)

3. *A.* COPR. *picaceus*, pileo membranaceo albido, in squamas latas demum rupto, lamellis nigrescentibus, stipite bulboso nudo.

Bull. t. 206. *Sowerb. t.* 170. *Pers. syn. p.* 397. *Dec. fr. 2. p.* 146. *Schum. Sæll. p.* 349. *Fr. Obs. 2. p.* 185.

b. Batt. t. 26. *C.* — *Fl. Dan. t.* 1499.

Stipes 5 unc. & ultra, 3 lin. crassus, sursum attenuatus, glabriusculus. Pileus tenuis, ex ovato-campanulatus, epidermide rupta fuscus, 2 unc. circiter. Lam. ventricosæ. Legimus quoque formam triplo minorem. *In silvis umbrosis, hortis &c. Sept. Oct.* (v. v.)

Statum quasi intermedium inter antece. & sequ. sistunt A. extinctor. *Bolt. t.* 24. A. cylindric. *Schæff. t.* 8.

** 4. *A.* COPR. *atramentarius*, cæspitosus, pileo subcarnoso fuscescente. vertice squamoso, lamellis ventricosis ex albo purpureo-fuscis, stipite æquali nudo.

Fung. pernic. g. XIV. sp. 3. *Clus.* — *Sterb. t.* 22. *A. Vaill. t.* 12. *f.* 10, 11. *optime! Batt. t.* 26. *D. E. F.*

A. fugax. *Schæff. t.* 67, 68. Am. *Hall. n.* 2479. A. atramentar. *Bull. t.* 164. *Dec. fr. 2. p.* 147. Am. einer. *Lam. l. c. p.* 109. A. ovatus. *Curt. Lond. t.* 100. A. striatus. *Huds.* A. luridus. *Bolt. t.* 54. A. fimetarius. *Sowerb. t.* 138. A. plicatus. Lightf. — *Pers. syn. p.* 396. *Swartz V. A. H.* 1808. *p.* 199. A. deliquesc. *Fl. Dan. t.* 1370. A. sobolif. *Hoffm. nom. t.* 3. *f.* 1.

Velum fugacissimum, tamen adest; subinde volvam exiguam referens. Stipes firmus, spithamæus, 4 lin. crassus, intus zonatus. Pileus diu campanulatus persistens, inæqualis, 2 unc., demum explicatus revolutus, 4 unc. latus; albidus, squamulis adpressis fuscescentibus. *Ad pagos, truncorum radices &c. copiose. Jun.-Dec.* (v. v.)

A. strictus *Pers. syn. p.* 399. pileo subfarinaceo inter hunc & sq. quasi medius. (v. v.) A. rufocandidus *Schæff. t.* 201. A. cinereo affinior. Certe huc spectant A. oblitterat. atramentarius & tuberculosus. *Schum. p.* 355, 356.

5. *A.* COPR. *deliquescens*, subcæspitosus, pileo membranaceo striato fuligineo, lamellis linearibus lurido-nigris, stipite æquali subnudo.

A. fuscescens. *Schæff. t.* 17. A. bicolor. *Fl. Dan. t.* 1070. A. deliquescens. *Bull. t.* 558. *f.* 1 *? sed* 447. *f.* 2. *sequenti simillimus.*

A priori distinguendus, sequenti affinior, sed nondum extra omne dubium non positus! Stipes 4 unc. longus, 3-4 lin. crassus. Pileus tenuis, vix squamosus, subrepandus, 1-2 unc. Lam. margine sæpe albicant. *Ad terram & truncos. Aug.-Oct.* (v. v.)

6. *A.* COPR. *micaceus*, cæspitosus, pileo membranaceo sulcato squamuloso-furfuraceo, lamellis e pallido-nigrescentibus, stipitibus tenuibus æqualibus.

Lob. belg. 306. *fig. sup. sinistra.* (sæpissime repetita!) — *Raji Hist. II. p.* 100. — *Batt. t.* 27. *G. H.* A. micaceus. *Bull. t.* 246, 565. *Dec. fr. 2. p.* 148. *Fl. Dan. t.* 1193. *Schum. p.* 357. A. lignor. *Scop.* — *Schæff. t.* 66. Am. *Hall. helv. n.* 2485. Am. rufesc.

Lam. l. c. A. ferrug. *Pers. syn. p.* 400. — Fungi minimi & *Raji II. p.* 100.

b. lamellis linearibus. A. truncorum. *Scop.-Schæff. t.* 6.

c. A. congregatus. *Sowerb. t.* 261. *Swartz l. c. p.* 204.

d. A. extinctorius. *Bull. t.* 437. *f.* 1. A. ferruginos. *Schum.* A. digitellus. *Batsch. f.* 1. *Fl. Dan. t.* 1371.

Stipites 3 unc. & ultra, 2 lin. crassi, subglabri, subfragiles, sursum sæpe attenuati. Pileus siccus, uncialis & ultra; variat ferrugineus, ochraceus & pallidus, disco concolori l. livido, badio &c. Lam. juniores albæ l. roseæ, confertæ. Formæ allatæ forsan diversæ. *Circa truncos alibique, ubique. Majo-Nov.* (v. v.)

*** 7 *A.* COPR. *gossypinus*, cæspitosus, pileo subplicato ochraceo, lamellis ventricosis, stipite villoso basi incrassato.

Bull. t. 425. *f.* 2. *Pers. syn. p.* 402. *Dec. fr.* 2. *p.* 149.

Habitus A. apali Junior totus velo tomentoso albicante obductus, dein glaber & pallescenti-rufus. Pileus campanulatus, 3 unc. fere latus. *Ad terram Galliæ, exeunte vere.* (v. ic.)

8. *A.* COPR. *cinereus*, pileo sulcato subtomentoso cinereo, vertice calvo lævi, lamellis linearibus, stipite subtomentoso squamoso.

Sterb. t. 22. *f. J. K. L.* F. minor &c. *Raji II. p.* 98. *Mich. gen. t.* 80. *f.* 5. A. fimetarius. *Linn. Suec. n.* 445. *Gort. Belg. p.* 350. A. cinereus. *Bull. t.* 88. *Schæff. t.* 100. *Fl. Dan. t.* 1195 (totus furfuratus) *Pers. syn. p.* 398. *Dec. fr.* 2. *p.* 147. *Swartz l. c. p.* 200. *Vahl Nat. Hist. Skr.* 3. *p.* 175.

Stipes elongatus, 3 lin. circiter crassus, basi incrassatus, candidus. Pileus membranaceus, conicus, demum etiam nudus (*A. pullatus* Bolt. t. 20) revolutus, 1-2 unc. latus. Tomentum nunc plumosum, nunc modo furfuraceum. Lam. lineam latæ, punctatæ, subflexuosæ. *In fimo & in silvis ad truncos, vulgaris. Jul.-Oct.* (v. v.)

β. *A. macrorhizus*, radice fusiformi. *Mich. t.* 80. *f.* 2! *Pers. syn. p.* 398. (v. v.)

γ. *A. tomentosus*, stipite brevi tenui. *Mich. t.* 75. *f.* 3. (color sequentis!) *Bull. t.* 138. *Bolt. t.* 156. (v. v.)

Varietates l. species affines adhuc multæ v. gr. *A. margaritaceus* Schæff. t. 216, *A. strictus* P. e. s. p.

9. *A.* COPR. *niveus*, pileo campanulato squamuloso-farinoso, stipiteque tomentoso niveis, lamellis angustis fusco-nigricantibus.

Fung. nox. g. III. *Clus. p.* 287. *J. Bauh. XL. c.* 63. A. niv. *Pers. syn. p.* 400. *Schum. p.* 351. *Fl. Dan. t.* 1671.

Magnitudine variat. Stipes 1-3 unc. longus, 2-3 lin. crassus, attenuatus. Pileus clavatus mox expansus, demum revolutus, $\frac{1}{2}$ - 1 unc. latus. Lam. stipitem attingentes, subdistantes. *In fimo equino, frequens. Aug.-Nov.* (v. v.)

Huic proximus *A. oblectus* Bolt. t. 142, stipite e squamulis volvæ ad basin annulato. (v. v.)

**** 10. *A.* COPR. *domesticus*, pileo obtuso squamuloso furfuraceo undulato-sulcato fuligineo, lamellis confertis linearibus nigricantibus, stipite subsericeo.

Dill. in Raji Syn. p. 5. *n.* 25. A. domest. *Bolt. t.* 26. *Pers. syn. p.* 404. A. sociatus. *Schum. p.* 353.

Pulchella species, valde fragilis, sæpe caspitosa. Stipes 2-3 unc. longus, 3 lin. crassus, lævis, sursum attenuatus. Pileus membranaceus, campanulatus, vertice sublævi spadiceo, 2 unc. latus. Lam. stipiti approximatæ, juniores albæ, mox rubellæ, dein brunneo-nigrescentes. *Ad muros, pagos &c. jove pluvio.* (v. v.)

11. *A.* COPR. *narcoticus*, pileo obtuso squamulis recurvatis villoso albo, dein nudo striato, lamellis nigricantibus, stipite subvilloso.

Batsch. C. I. f. 77. Pers. syn. p. 405.

Odore omnium gravissimo, alias ab A. niveo aliisque ægre dignoscitur. Stipes 2 unc. fere longus, æqualis, "subulatus", demum glaber. Pileus junior conico-cylindricus, explanatus denudatus, uncialis usque. Lam. ex albo-nigricantes. *In fimo, locis nemorosis. Sept. Oct.* (v. v.)

12. *A.* COPR. *papillatus*, pileo papillato furfuraceo griseo, margine striato, lamellis atris, margine albis, stipite æquali.

Batsch. C. I. f. 78. Pers. syn. p. 406.

Stipes 1 ½ unc longus, apice furfure atro inquinatus. Pileus primo oblongus, 3 lin., dein campanulatus lacerus. *Ad viam repertus. Oct.* (v. ic.)

13. *A.* COPR. *astroideus*, pileo ovato squamoso, dein explicato inverso nudo griseo, lamellis nigricantibus, stipite glabro, basi stellata.

Mich. t. 79. f. 6. A. stellat. Hoffm. Nom. t. 6. f. 2.

Certe peculiaris species. Stipes gracilis, 3 unc. longus, lin. vix crassus, albus. Pileus tenuis, obtusus, ½ unc., demum striatus. Lam. liberæ. *In viridariis, nemoribus, Majo.* (v. ic.)

14. *A.* COPR. *lagopus*, pileo flocculoso albido-cinereo, dein nudo radiato-sulcato, lamellis remotis linearibus nigris, stipite longo lanato.

Stipes admodum debilis, 5 unc. & ultra longus, 1 lin. crassus, utrinque attenuatus. Pileus tenuis, campanulato-explanatus, uncialis, junior eleganter floccosus, dein fissus, disco livido. Lam. subdistantes. *In silvis umbrosis inter folia. Oct.* (v. v.)

15. *A.* COPR. *plicatilis*, tener, pileo umbilicato sulcatoplicato, lamellis annulato-adnexis remotis nigricantibus, stipite glabriusculo.

Mich. t. 79. f. 7. Batt. t. 27. f. D. A. plicatilis, Sow. t. 364. Coprinus subsim. Pers. syn. p. 405.

b. *Buxb. C. II. t.* 50. *f.* 1. justo major! A. plicatilis. *Curt. t.* 200. A. semistriat. *Fl. Dan. t.* 1134. A. pulcher. *Pers. l. c.*

Valde fugax, magnitudine varius. Stipes 1-3 unc. longus, gracilis, lævis, pallidus. Pileus junior cylindricus, furfuratus; dein expansus subnudus, in plicas cæsias subfurcatas fissus, ½ - 1 unc. latus. Color cinereus, ochraceus, fuscescens, albidus. Lam. lineares, juniores confertæ, dein pro more distantes, a stipite remotæ. *Locis humidis subgraminosis, vulgaris.* (v. v.)

16. *A.* COPR. *ephemeroides*, pileo squamuloso albido, disco luteo, lamellis nigricantibus, stipite subbulboso, annulo integro.

Bull. t. 582. *f.* 1. *Dec. fr.* 2. *p.* 145.

Parvus. Stipes intus filum hirsutum recondens, basi nunc glabra, nunc hirsuta. Annulus primo fixus, dein mobilis. Pileus cucullato-ovatus, conicus, dein revolutus, margine striatus. *In fimetis Galliæ.* (v. ic.)

17. *A.* COPR. *ephemerus*, tenuis, mox glaber, pileo campanulato expanso fisso-striato subcinereo, lamellis distantibus, stipite nudo.

Fungus pusillus &c. *Raji Hist. II. p.* 98. *Buxb. C. II. t.* 50. *f.* 2. *Mich. t.* 75. *f.* 9. *Batt. t.* 27. *f. B. Hall. helv. n.* 2484. A. stellaris. *Gunn. Norv. t.* 7. *f.* 8. A. crenulat. *Fl. Dan. t.* 832. *f.* 2. A. moment. *Bull. t.* 128. A. stercorarius. *Scop. - Sowerb. t.* 262 ex *Swartz l. c.* 1808. *p.* 202.

b. A. ephem. *Bull. t.* 542. *f.* 1. *Pers. syn. p.* 149.

Stipes 2 unc. & ultra, tenuis, 1 lin. haud crassus, glaber, albidus. Pileus circiter ½ unc., campanulatus, dein fissus, disco lævi, sæpius rufescente fusco &c., mox involutus diffluens. Lam. parum ventricosæ. *In stercorariis. Majo-Oct.* (v. v)

18. *A.* COPR. *radiatus*, tenerrimus fugax, pileo cinereo-tomentoso, dein radiato-fisso glabro, disco ochraceo, stipite filiformi.

J. Bauh. XL. e. 73. — nec icon rite monente *Raji Hist. II. p.* 98. — *Buxb. C. II. t.* 50. *f.* 3 rudis, A. stercorar. *Bull. t.* 68, 542. *f.* 2. A. radiatus. *Bolt. t.* 39. *f. C. Pers. syn. p.* 407. *A. S. p.* 200.
b. *Mich. gen. t.* 79. *f.* 9.

Priori valde affinis, sed omnium tenerrimus, ut halitu flaccescat. Pileus junior ovatus, sordide ochraceus, dein planus, 1-2 lin. latus. Lam. paucæ, pileo fisso distantes. *Copiose in fimo. Majo-Oct.* (v. v.)

1. Fung. hirsutus, albicans &c. *Raji Hist. III. p.* 19.
2. *Buxb. Cent. IV. t.* 24. Magnus.
3. A. botrytes. *Mich. t.* 79. *f.* 4. *Hall. helv. n.* 1359.
4. A. gigenteus. *Schæff. t.* 84. A. mitrat. *Hoffm.*
5. A. lacunosus *Pers. syn. p.* 401. (*Vaill. par. t.* 12. *f.* 5, 6?) pileo ($\frac{1}{2}$ unc.) subfirmo expallente rugoso, lam. purpurascenti-cinereis, stipite tenui deorsum squamuloso. *Ad truncos.*
6. *A. Aster*, pileo sulcato cinereo, umbone albido, lam. purpureo-atris, stipite tenui. *Mey. ess. p.* 301. *Argilla. Apr.*

A. tenellus *Huds.* est Pilob. roridus. Erronea icon *A. camp.* Bolt. t. 31, qui *A. exaratus* With. Sub *Ag. sp.* 24, 25 varios confundit Gleditsch. Species inter Coprinos caute distinguendæ!

I. B. GOMPHUS. Fries.

CHAR. Lamellæ longe decurrentes, ramosæ, distantes, distinctæ, decolorantes, persistentes, molles, tenaces, integerrimæ. Velum subuniversale, glutinosum, concretum, in stipite fugacissimum, velleris instar pileum tegens. Stipes solidus, firmus, sæpe squamosus, cum pileo contiguus. Pileus carnosus, e convexo-turbinatus, viscosus, glaber, margine inflexo. Asci majusculi. *Sporidia nigra, fusiformia.*

Obs. Analogi Limaciis &c.; nomen ob formam. Fungi majores, solitarii, terrestres, persistentes, vix cibarii, subinsipidi, inodori.

1. *A.* GOMPH. *glutinosus*, pileo obtuso glutinoso purpureo-fusco, lamellis albido-cinereis.

A. lubricus. *Scop. Carn. p.* 447. **Am.** *Hall. helv. n.* 2369. **A. glutinos.** *Schæff. t.* 36. *Sowerb. t.* 7. *Fl. Dan. t.* 1247 *Schum. p.* 259. **A. limacinus.** *Dicks.* **A. velatus.** *With. l. c. p.* 163. *Swartz V. A. H.* 1808. *p.* 17. **A. viscid.** *Pers. syn. p.* 291.

Stipes 2-3 unc. & ultra, diametro ½ unciali, albidus, basi incrassatus luteus; variat nigro-squamosus. Pileus 2-5 unc. Lam. vere ramosæ. *In pinetis, frequens. Jul.-Nov.* (v. v.)

β. *roseus*, minor, pileo roseo, stipite deorsum attenuato subcarneo. — *Nees Syst. f.* 197. (v. v.)

2. *A.* GOMPH. *rutilus*, pileo umbonato subviscoso fusco-rufo, lamellis purpureo-umbrinis.

A. viscidus. *Linn. Suec.* 1229. **A. rut.** *Schæff. t.* 55. *Sowerb. t.* 105. *With. p.* 180. *Pers. Comm. p.* 22. **A. hepatic.** *Batsch t.* 15. **A. je orinus.** *With. p.* 171. **A. Gomph.** *Pers. ic. & descr. t.* 13. *f.* 1—3. *Syn. p.* 18. *Sw. l. c.*

Stipes 3 unc. & ultra, ½ unc. crassus, deorsum attenuatus, intus rhabarbarinus, squamoso-fibrillosus. Velum primo annulatum. Pileus 2-3 unc. & ultra, siccus nitens. Lam. breviores longioribus adnexæ. *In pinetis. Aug.-Oct.* (v. v.)

1. **A. maculatus.** *Scop. p.* 448. Pileus albus, nigro-maculatus. Lam. ramosæ, umbrinæ. Stipes flavus.

2. **A. viscidus.** *l. c.* Totus flavescens. *Schæff. t.* 97.

Sunt forsan, qui nimis frequentes judicant nostras sectiones, quæ tamen, utpote specierum affinitatem indicantes, dispositionis nucleum constituunt & ad *fidam* determinationem specierum maxime conferant. In Floris autem specialibus, ubi specierum numerus inferior, sequentes, minus quidem absolutas sed tironibus faciliores, proponere sufficit. A. LEUCOSPORUS a) *volvati* b) *annulati* (II, III.) c) *subnudi pileo carnoso*, (IV, V, VIII) * Lam. postice æqualibus acutis. * * postice inæqualibus.

* ** postice obtusis. d) *pileo plano carnoso-membranaceo* (IX) e) *pileo membr. campanulato* (X) f) *umbilicato* (XI) g) *excentrici* XII. — B. HYPORHODIUS. C. CORTINARIA. D. DERMINUS. E. PRATELLA. *Cf. A.* F. COPRINUS. G. GOMPHUS. H. GALORRHEUS. J. RUSSULA, quæ lamellis subfurcatis non parum Cantharellis affinis.

De cetero observent velim, has series eodem differre modo ac Collema a Parmeliis sensu latiori (inclusis Lecanora, Borrera, Sticta &c) — & tribus, uti allata Parmeliæ subgenera Collematumque sectiones. Omnes certe vituperarent, si quis Collomatum sectiones sub generibus Parmelioideis (Lecanora-Cornicular. Ach.) disponeret; sic & inter Agaricos, dispositione primaria & secundaria inversis, improbanda tribuum diversæ seriei confusio ex. gr. LEPIOTA * sporidiis albis, ** ochraceis, *** ferrugineis e. s. p. Cf. priores tres maxime affines Coprinarii species.

II. CANTHARELLUS. Adans.

Fung. ord. V. *Vaill. p. 60! - Mich. gen. p. 144 &* Fungoidastri sect. 2. *l. c. p. 201.* Cantharell. *Adans. Juss. gen. p. 6. Pers. disp. p. 26. Link diss. 1. p. 38!* Merulii sp. *Hall. - Pers. syn. p. 488. Nees p. 288.* Ag. spec. *Linn. & Auct.* Peziza sp. *Eorund.* Helvellæ *Gled. Bull.*

CHAR. Plicæ radiantes, ramosæ, subparallelæ, raro anastomosantes, obtusæ, cum hymenio undique thecigero homogeneæ & concretæ. — Pileus carnosus l. membranaceus, adultus subhorizontalis, determinatus, margine liber, cum stipite, quando præsens, contiguus. Velum nullum. Asci majusculi. Sporidia alba.

ABERR. Plicæ (nunc lamellas dichotomas strictas, nunc rugas tumidulas vagas referentes) subinde obsoletæ *(Ch. cornucop., pusillus, lævis)* in

quo statu substantia a Thelephoris distinguet. Occurrit pileo confuso clavæformi (Trib. II); sed species vere resupinatas effusas non reperimus.

HIST. Est Agaricus in Thelephoreas abiens. Nomen gallicæ originis J. Bauhinus primus attulit. Characterem primus perspexit Vaillant; genus cum Meruliis miscens distinxit Haller; disposuit optime Schrader; charactere legitime circumscripsit Link. Species haud numerosæ; rite cognitæ europeæ; nomina dubia vid. apud Mühlenb. &c.

DIVIS. cum reliquis generibus concretis analogæ:

I. MESOPUS. Stipes centralis, in pileum expansum distincte marginatum infundibuliformem l. demum depressum diffusus. Plicæ decurrentes.

II. GOMPHUS. Stipes perpendicularis cum pileo clavæformi vix marginato confusus, latere tenuissime venosus. — I & II *Terrestres*.

III, IV. PLEUROPUS & APUS. Stipes lateralis, verticalis l. nullus, brevis. Pileus expansus, tenuis, submembranaceus, inæqualis. *Epiphyti*.

Trib. I. MESOPUS. Char. ut supr.

Vaill. l. c. - *Schrad. spic. p.* 135. Canth. *Pers. syn. l. c. Gymnop.* Omphal., Lactifluus. *Nees l. c.*

1. *C. umbonatus*, pileo leviter carnoso umbonato cinereo-nigricante, stipite farcto dilutiori, plicis strictis candidis.

A. muscoid. *Wulf. in Jacq. Coll. 2. t. 16. f. 1.* M. umb. *Gmel.* - *Pers. syn. p.* 491. *A. S. p.* 234. *Swartz. in V. A. H.* 1809. *p.* 175. Cant. umb. *Pers. disp. p.* 26.

Sæpe gregarius. Stipes 3 unc. longus, elasticus, basi villosus. Pileus junior convexus, dein depressus, uncialis, lævis, sub lente villosus. Plicæ latiusculæ, confertæ. *Inter muscos humidos, vulgaris. Aug.-Nov.* (v. v.)

β. *M. carbonarius*, radicatus, fasciculatus pileo striato-squamuloso e spadiceo-nigro &c. *A. S. p.* 375.

Reliquæ notæ (caro rubescens & immutabilis &c.) neutri propriæ. *In carbonariis, muscosis.* (v. v.)

2. *C. aurantiacus*, pileo carnoso subdepresso tomentoso stipiteque fareto aurantio-ochraceis, plicis strictis aurantiacis.

A. alectoroloph. *Schæff. t.* 206. male. **Ag. aurant.** *Wulf. l. c. t.* 14. *f.* 3. **Merul.** *Pers. syn. p.* 488. *Swartz. l. c. p.* 173 *A. S. p.* 233. *Nees Syst. f.* 233. — Stipite putredine nigrescente: **Ag. cantharelloid.** *Bull. t.* 503. *f.* 2! **M. nigrip.** *Pers. l. c. p.* 489. *Dec. fr. 2. p.* 129.

Stipes subincurvus, 2 unc. circiter, varius, demum cavus; nigrescentem sæpe vidi. Pileus 2-3 unc., mollis, sæpe excentricus & undulatus, margine involutus. Plicæ repetito-dichotomæ, confertæ, basi sæpe crispæ. Venenatus. *Pers. Ch. Com. Non solum in pinetis vulgaris, sed & in graminosis, arvis. Aug.-Nov.* (v. v.)

β. *C. lacteus*, pileo glabro stipiteque albidis, plicis albis. *Certe prioris varietas. Passim.* (v. v.)

3. *C. cibarius*, vitellinus, pileo carnoso subrepando glabro, plicis tumidis, stipite solido deorsum attenuato.

Gallinacei. *Cæsalp. p.* 619. **Fung. esc. XIV. sp. 2.** *Clus. p.* 271. - *Lob. ic. p.* 273 (sæpe repetita!) *J. Bauh. XL. c.* 27. cum syn. Veter.! *Sterb. t.* 4. *B.* **F. vesc. VI** *Lös. p.* 80. — *Vaill. t.* 11. *f.* 14, 15. **Ag. 12.** *Gled. p.* 103. *Batt. t.* 14. *B. C.* **A. cantharell.** *Linn. Suec.* 1207. *Schæff. t.* 82. *Bull. t.* 62. 505. *f.* 1. *Fl. Dan.* 264. *Bolt. t.* 62. *Sowerb. t.* 40. **Merul.** *Hall. helv. n.* 2326. *Pers. syn. p.* 488. *Sv. Bot. t.*

Reliquis firmior, subcompactus, inodorus, sapore miti; jure inter sapidissimos fungos numeratur. Cf. *Pers. Ch. Comest., Tratt. Essb. Schw. t. P.* Pileus sæpe admodum luxuriat, demum depressus. Plicæ crassæ, angustæ, subdistantes. Huc & *A. luteolus* & *pseudo-unctuos.* Batsch. f. 37, 120. *In pinetis, etiam Americæ, ubique. Jul.-Nov.* (v. v.)

4. *C. violaceus*, purpureus, pileo carnoso repando glabro, subtus plicato-venoso, stipite solido.

Mer. viol. *Hall. helv. n.* 2327. *Fries Obs.* 2. *p.* 285. M. Ottonis *Spreng. pug.* 1. *p.* 66. *

Gregarius, violaceo-purpureus, subtus pallidior. Stipes sursum incrassatus, firmus. Pileus demum infundibuliformis. Icon *Fl. Dan. t.* 655 *f.* 3 justo minor, & habitu fere Peziz. sarcoid., hinc non citata. Specimina perfecta non habui. *In pinetis. Sept. Oct.* (v. v.)

5. *C. albidus*, pileo leviter carnoso repando glabro pallido, plicis divergentibus stipiteque solido albis.

Mer. undulatus. *Fl. Dan. t.* 1295.

Elegans, gregarius, substantia non coriacea Ch. crispi. Stipes 2 unc. fere longus, 2 lin. crassus, subæqualis, glaber. Pileus 1-2 unc. latus, subinfundibuliformis, irregularis, rufescenti-albus. *In fagetis Daniæ.* (v. ic.)

6. *C. sinuosus*, pileo submembranaceo undulato floccoso-villoso fusco-griseo, plicis implexis, stipite farcto pallidioribus.

Vaill. t. 11. *f.* 11—13! Mer. fulig. *A. S. p.* 234!

Gregarius, subcæspitosus, magnitudine varius. Stipes intus floccis farctus, difformis, glaber, 1 unc. & ultra longus, 2 lin. crassus, plicis concolor. Pileus infundibuliformis, dein valde undulatus, villoso-squamulosus, humidus fuscus, siccus griseus, uncialis. Plicæ fere C. lutescentis, tumidæ, cinerascentes. *In nemoribus humidis, quercetis &c. Sept. Oct.* (v. v. Reften &c.)

7. *C. tubæformis*, pileo submembranaceo umbilicato ruguloso-squamoso, plicis rectis cinereo-flavis, stipite cavo luteo.

Vaill. t. 11. *f.* 9, 10! Merul. hispid. & infundib. *Scop. Carn. p.* 462. Helv. tubæf. *Bull. t.* 461. Peziz. un-

dul. *Bolt. t.* 105. *f.* 2. Mer. villosus. *Pers. ic. & descr. t.* 6. *f.* 1. *Dittm. ap. Sturm. t.* 30. M. tubæf. *Pers. syn. p.* 489. (nec Schæff.) *Fries Obs.* 1. *p.* 97.

b. plicis cinereis. A. pruinatus. *Batsch. El. f.* 35. Mer. fuligineus. *Pers. syn. p.* 490.

Gregarius, subcæspitosus. Stipes inæqualis, deorsum subincrassatus, lævis, semper flavus. Pileus ½ - 2 unc. latus, demum undulatus, humidus lutescenti-cinereus, fuscescens, fuligineus, siccus expallens e. s. p. Plicæ strictæ, dichotomæ, distantes, flavæ l. cinereæ. Huc potissimum Sowerb. t. 47. *A. cantharelloid. Ad terram & ligna putrida vulgaris. Aug.-Nov.* (v. v.)

β *C. zonatus*, pileo zonato &c. A. degener. *Schæff. t.* 243. — A. cornucop. *Bull. t.* 208.

8. *C. lutescens*, pileo submembranaceo infundibuliformi undulato subfloccoso, venis implexis, stipite cavo luteo.

Elv. 5. a. *Gled. p.* 41. Elv. tubæf. *Schæff. t.* 157. Helv. Cantharell. *Bull. t.* 473. *f.* 3. Mer. reflexus *Gmel.* Mer. lutesc. *Pers. syn. p.* 489. *A. S. p.* 234. *Fl. Dan. t.* 1617. M. catharelloid. *Sw. l. c. p.* 172. (inde specim.) *Schum. p.* 368.

b. plicis rutilis, A. aurora. *Batsch. f.* 36.

Odor subspirituosus. Stipes sæpe compressus, 2 unc. circiter, inæqualis. Pileus 1-4 unc. latus, mollis, demum lobatus, fusco-lutescens, siccus expallens, sæpe ad basin pervius. Venæ (vix plicæ lamellæformes) decurrentes, implexæ, flexuosæ, confertæ, flavæ, luteo-cinereæ &c. Variat uti prior pileo glabro; inde de synonymis hallucinatus Persoon. *Locis silvarum udis, sphagnosis frequens. Jul.-Nov.* (v. v.)

9. *C. cinereus*, cæspitosus, pileo infundibuliformi pervio squamuloso stipiteque cavo nigrescentibus, plicis distantibus cinereis.

Helv. hydrolips. *Bull. t.* 465. *f.* 2. Merul. fissus. *Roth. Germ. 1. p.* 534. M. hydrolips. *Gmel.* - *Desc.*

Fr. 2. p. 130. Mer. ciner. *Pers. ic. & descr. t. 3. f. 3. Syn. p. 490. A. S. p. 234.* (A. infundib. *Bolt. t. 34.*)

Medius inter antecedentem & sequentem, pileo pervio cum stipite cavo tubiformi, demum undulato e. s. p., sed plicæ manifestæ, crassæ, distantes, fere ut in C. tubæformi. *In silvis muscosis, subapricis. Oct.* (v. v.)

10. *C. cornucopioides*, subcæspitosus, pileo tubæformi pervio squamuloso umbrino-nigro, rugis obsoletis.

Vaill. par. t. 13. f. 2, 3. Mich. gen. t. 82. f. 5, 6. Elv. 5. b. *Gled. p. 41.* Peziza. *Hall n. 2216.* P. cornucop. *Linn. — Fl. Dan. t. 388, 1260. Bolt. t. 103. Sowerb. t. 74.* Helv. corn. *Scop. — Schæff. t. 165, 166. Bull. t. 150, 498. f. 3.* M. purpur. *With. 4. p. 152.* M. corn. *Pers. syn. p. 491. Swartz l. c. p. 174.*

Magnitudine varius. Stipes elasticus, nigricans. Pileus membranaceus, flaccidus, subundulatus, margine reflexus, humidus nigricans, siccus fuligineus. Hymenium lævе, cæsium, roseum &c., demum rugulosum. *In silvis Europæ, Asiæ, Amer. bor. Aug.-Nov.* (v. v.)

11. *C. pusillus*, parvus, pileo subvilloso griseo, subtus lævi cæsio, stipite solido cinerascente. *Fr. Obs. 2. p. 234.*

Solitarius, unciam haud superans. Stipes 1 lin. crassus, deorsum attenuatus. Pileus $\frac{1}{2}$ unc. nec ultra. Hymenium demum rugulosum. *In terra nuda, raro. Sept.* (v. v.)

12. *C. undulatus*, pileo coriaceo-membranaceo depresso undulato pallescente, subtus rugoso, stipite solido.

Elv. floriform. *Schæff. t. 278. Sowerb. t. 75.* Helv. crispa. *Bull. t. 465. f. 1.* Craterella crisp. *Pers. Obs. 1. p. 30.* Merul. crisp. *Ic. & descr. t. 8. f. 7, 8.* Mer undul. *Syn. p. 492. Sw. l. c. p. 176.*

Stipes tenuis, firmus, ½ - 1 unc. longus. Pileus 1-2 unc. latus, margine demum erecto crispo; substantia fere Thelephoræ. Hymenium glabrum, spurie venosum, pallidum. *In terra nuda, passim. Fere perennis.* (v. v.)

1. Fungus. *Mich. gen. t. 79. f. 2.!*

2. Fungoidaster &c. *t. 82. f. 2.*

3. *M. canaliculatus.* Albido-pallens subumbilicatus obliquus, plicis canaliculatis simplicibus, stipite solido (vix unciali) *Pers. syn. p. 492. — Ad truncos.* (v. ic.)

4. *M. tortilis.* Subviscidus, pileo carnoso viridi-flavo fusco-striato, plicis crassis liberis pallidis, stipite subcavo fusco. *Schum. p. 369.* (v. ic.)

Trib. II. GOMPHUS. Ch. ut supra.

Pers. comm. de fung. clav. p. 28!

1. *C. clavatus*, turbinatus, truncatus.

   a. e violaceo-spadiceus. M. violaceus. *Pers. l. c.* — Mer. clavatus. *Obs. 1. p. 21. Syn. p. 498.*

   b. M. carneus *Pers. l. c.* (disco in siccis ochraceo.) Elv. carnea. *Schæff. t. 164.* Cl. truncata. *Schmid. Ic. II. t. 60. Nees f. 239.*

   c. M. purpurasc. *Pers. l. c.* Elv. *Schæff. t. 276.*

   d. M. umbrinus *Pers. l. c.* Cl. Elvelloid. Wulf. in Jacq. *Coll. II. p. 99. t. 12. f. 3.* (senilis.)

Solitarius l. cæspitosus, 2 unc. altus, subadscendens, subinde ramosus. Discus demum depressus, non politus, margine obtuso, demum repando. Plicæ tenues. *In silvis abiegnis &c. passim. Aug.-Oct.* (v. v. *a. & d.*)

Trib. III, IV. PLEUROPUS & APUS.

Schrad. spic. p. 136. Nees Syst. p. 229!

1. *C. alveolaris*, horizontalis albidus, plicis anastomosantibus, stipite laterali brevi.

   Merul. alv. *Dec. fr. 6. p. 43.*

Siccus, subcoriaceus, sordidus, 1-2 uncialis, stipite crasso, pileo orbiculari tenui, subtus plicis valde prominentibus, sinulis profundis. Vix hujus generis. *In Gallia.*

2. *C. crispus*, subimbricatus difformis villosus rufescens, margine plicisque dichotomis crispis albidis.

Buxb. Cent. V. t. 7. f. 2. M. fagineus, *Schrad. spic. p. 137* (albidus) M. crispus. *Pers. ic. & descr. t. 8. f. 7. Syn. p. 495. A. S. p. 237. Swartz l. c. p. 179. Fries Obs. 2. p. 236. Dec. fr. 2. p. 43.*

Carnoso-membranaceus, tenax, persistens, junior pezizoideus, dein horizontalis, ½ - 1 unc. latus, lobatus, sub lente præcipue villosus. Variat stipitatus & sessilis. Plicæ tumidæ; etiam mihi virentes obviæ. *Ad ramulos Betulæ, Fagi, Corylæ &c. vulgaris. Oct.-Febr.* (v. v.)

3. *C. muscigenus*, horizontalis pallescente-fuscus, plicis ramosis, stipite brevi laterali.

Ag. foliolum, *Afzel. Obs. p. 17.* Ag. muscig. *Bull. t. 288.* Helv. dimidiat. *Bull. t. 498. f. 2.* Mer. musc. *Pers. syn. p. 493. Dec. fr. 2. p. 131. Nees Syst. f. 236.*

b. Elv. verticalis! *Vahl N. H. S. Sk. 2. p. 26.*

Membranaceus, tenax, unguicularis, glaber, subzonatus, leviter undulatus; albidus, cinereus l. fuligineus. Plicæ tumidulæ, divergentes, vix anastomosantes, postice confluentes. Stipes basi villosus, subinde nullus. *Ad muscos, tecta straminea &c. Oct. Nov.* (v. v.)

4. *C. lobatus*, horizontalis, sessilis, lobatus, fuscus, venis ramosis subanastomosantibus.

Helv. membr. *Dick. Cr. 1. p. 21. Bolt. t. 177. Holmsk. Ot. II. t. 28. Vahl. l. c. p. 61. Fl. Dan. t. 1077. f. 1.* M. lobat. *Pers. syn. p. 494.*

Multi cum priori commutarunt. Stipes plane nullus. Pileus uncialis, planus, puncto laterali ad-

fixus, fuscus l. rufofuscus, siccus expallens. Venæ vagæ. *In paludibus montosis supra Hypna, vere.* (v. v.)

5. *C. retirugus*, verticalis, sessilis, lævis, albido-cinereus, venis obscurioribus reticulatis.

Helv. *Bull. Ch. p.* 289. *t.* 498. *f.* 1. Merul. *Pers. syn. p.* 494. *Dec. fr.* 2. *p.* 131. M. reticulat. *Gmel.*

Membranaceus, tenuissimus, subrotundus, 5 lin. latus, pagina superiori fibrillis adfixus, margine primo integro, dein varie fisso Subtus cinereo-fuligineus, plicis tenellis. *Supra muscos, stipulas &c.* (v. ic.)

6. *C. galeatus*, vertice porrecto adfixus, galeatus, cinereo-pallidus, venis obsoletis. *Schum. p.* 371.

Gregarius, membranaceus, tenuis, $\frac{1}{2}$ unc. usque latus, pilis raris brevissimis adpressis obsitus, margine crenulatus. In statu perfecto observatus videtur. *Ad muscos silvarum. Oct.* (v. ic.)

7. *C. lævis*, subverticalis, sessilis, planus, candidus, venis obsoletis.

Thelephora muscigena. *Pers. syn. p.* 572.

Ob substantiam carnoso-membranaceam omnino hujus generis, demumque hymenium leviter rugulosum evadit. Exiguus (3-5 lin. latus), tenuis, mollis, parte supina sub lente obsolete sericeus. *Ad Polytrichum commune, non raro. Sept.-Nov.* (v. v.)

Huc forsan inserenda. *Peziz. Neckeræ.* Fr.

8. *C. fissilis*, vertice porrecto stipitatus, campanulatus, dein multifido-lacerus, disco rugoso.

Peziza membranac. *A. S. p.* 316. *t.* 1. *f.* 5.

Pezizam minutam erectam, 2-3 linearem exacte refert, sed hujus omnino generis, ascis suis exiguis oligosporis & substantia. Pileus (cupula) membranaceus, obverse campanulatus, demum C. retirugi instar fissus & revolutus. Noster lævis albi-

dus; sed etiam "flavus" l. "intus albus, extus cum stipite tenui cinereo-nigricans, fibrillis subtilissimis adpressis nigris striatulus." *In ramentis vitis, truncis Fagi, raro. Jun.-Nov.* (v. v.)

9. *C. bryophilus*, vertice porrecto-stipitatus, pezizoideus, candidus, plicis distinctis.

Agar. *Pers. Obs.* 1. *p.* 8. *t.* 3. *f.* 1. Mer. *Syn. p.* 495. *A. S. p.* 233 ! *Balb. Misc. p.* 68. *Swartz l. c. p.* 178. *Nees Syst. f.* 237. *Dec. fr.* 6. *p.* 43.

Statura fere prioris; adultus 2-3 linearis; extus subtomentosus. Plicæ latiusculæ, acutæ, e centro radiatæ, apicem versus bi-trifidæ. A. septico affinis. *Ad muscos, terram & "cornu bovinum."* *Oct. Nov.* (v. v.)

10. *C. muscorum*, sessilis, auriformis, gelatinosus, sordide rufescens, intus venis crispis.

Roth. Cat. 1. *p.* 238. *Ust. Ann.* 1. *t.* 1. *f.* 4. *Pers. p.* 495.

Fungus parvus, diversæ pro ætatis ratione magnitudinis, ½ unc. non superans, solitarius, fragilis, extus convexus glaber, intus concavus venosus, venis basi obsoletis, versus marginem divisis. Junior albidus, siccus plumbeus. *In muscis Quercuum annosarum, autum. & hieme.* (v. ic.)

11. *C. tenellus*, sessilis subgelatinosus nigrescens, venis prominulis inæqualibus radiantibus.

Mer. *Dec. fr.* 2. *p.* 132. *Syn. p.* 27.

Fragilis, supra niger, infra fuscescens, 1 centim. circiter. An huc *Fl. Dan. t.* 1295. *f.* 2 ? pileo margine sinuato. *Ad trabes putridas.*

12. *C. cupularis*, verticalis, sessilis, cupulæformis, griseus, versus marginem plicis simplicibus.

Mer. *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 530. *t.* 30. *f.* 6.

Magnitudo seminis cannabini. Junior pustullam sphæricam, umbilicatam sistit, disco magis magisque dilatato concavo cupulæformem, demumque

(ut in A. variabili &c.) reflexam, basi bysso albido. Plicæ strictæ, centro evanescentes. *In ligno Salicis phylicæfoliæ Finmarkiæ.* (v. ic.)

1. *Batt. t.* 24. B. Amethystinus, *supra saxa.*

2. M. pezizoideus. *Pers. p.* 493. Obconicus, glauco-albidus, disco depresso venoso. *Est forsan inter numerosa fungorum in fodinis monstra.*

3. Mer. - - - Schrank bav. p. 575.

Distinctæ procul dubio species, sed de affinitate nihil constat, forsan propriæ tribus:

1. *M. castaneus*, substipitatus gelatinosus, pileo irregulariter lobato lacunoso castaneo, subtus carneo venis obscurioribus, stipite brevi albo. *Mey. Ess. p.* 302. *In truncis arborum. Jan.*

2. *M. cuneiformis*, subacaulis, flavus, pileo cuneiformi, margine retuso, venis vage anastomosantibus, stipite laterali brevissimo. *l. c. In ligno putrido, Aprili, Majo.*

III. MERULIUS. Haller.

Merul. sp. *Hall. helv. p.* 150. *Schrad. spic. l. c. Pers. l. c. Nees l. c.* Xylophag. *Link diss. 1. p.* 38.

CHAR. Hymenium venosum l. sinuoso-plicatum. Plicæ poriformes, absque tubulis, sæpe gyroso-dentatæ, inæquales, angulatæ l. flexuosæ, cum pileo concretæ & homogeneæ, interrupte ascigeræ. — Stipes nullus. Pileus sessilis, resupinatus, effusus, raro reflexus & determinatus, tenuis. Substantia subfloccosa, tenuis, numquam suberosa.

ABERR. Sporidia, quæ in reliquis alba, cinnamomea in M. lacrimante.

HIST. Genus Merulios inter & Boletoideos Hydnaque intermedium; Polyporis eximie analogum, tamen, ut e speciminibus junioribus & sene-

scentibus patet, distinguendum. De cetero utpote infimum in prima generum tiga abit in Hyphomycetes v. gr. Mesentericam e. s. p. — Incolunt ligna putrida & cariosa, quæ emolliendo destruunt species omnes. — Nomine ad Morchellas (*merastute* cibarias) denotandas veteres usi sunt, huc transtulit Haller. Characterem emendavit Link, indolem exposuit Nees.

* 1. *M. tremellosus*, pileo carnoso-tremelloso reflexo tomentoso albo, plicis subporiformibus acutis rubicundis.

Hall. helv. n. 2329. Ag. betulin. *Fl. Dan. t.* 776. *f.* 1. *Wulf. in Jacq. Coll.* 1. *p.* 338. Mer. *Gmel.* M. trem. *Schrad. spic. p.* 139. *Pers. syn. p.* 496. *Obs.* 2. *p.* 92. *A. S. p.* 236. *Dec. fr.* 2. *p.* 132. *Fl. Dan. t.* 1553.

Substantia cartilagineo-gelatinosa. Junior totus resupinatus, orbicularis, pallidus, in ambitu radiosus & liber, demum reflexus, magnitudine & forma varius. *Ad truncos, vulgaris. Aug.-Dec.* (v. v.)

2. *M. rufus*, effusus, carneo-rufus, plicis porosis oblongis obliquis laceris. *Pers. syn. p.* 498.

Totus resupinatus, adnatus l. immersus, cartilagineo-membranaceus, glaber. Plicæ fere ut in sequente sectione uno latere productæ, hinc obliquæ, decumbentes. præsertim in statu vegeto. *Ad ligna "Carpini", Fagi. Autumn.* (v. v.)

3. *M. serpens*, effusus, rubescens, margine fimbriato albo, plicis primo rugæformibus, dein poris minutis angulatis.

Tode in Abhandl. Hall. Nat. Ges. 1. *p.* 356. *Pers. syn. p.* 497. *A. S. p.* 237.

Resupinatus, carnoso-membranaceus, siccus, persistens, glaber, margine subfimbriato, neutiquam bombycino-floccoso; subtus albus, glaber, adnatus. Plicæ primo obsoletæ, siccæ collabescentes. Variat totus albus, pileoque reflexo! *Ad ligna varia, apprime pinea. Perennis.* (v. v.)

4. *M. crispatus*, effusus persistens, albidus, plicis anastomosantibus. *Fl. Dan. t.* 716. *f.* 2.

Medius videtur inter priorem & sequentem. Resupinatus, adnatus, tenuis, indeterminatus, nec fimbriatus, 1 unc. latus aliquotque unc. longus. *In lignis putridis.* (v. ic.)

5. *M. fugax*, effusus, detritus evanescens, candidus, plicis reticulatis. *Fries Obs.* 1. *p.* 100.

β. Mucilago reticulata. *Hoffm. Germ. Cr. t.* 12. Bol. ret. *Pers. syn. p.* 548. *A. S. p.* 259.

Glaber, humidus; α. plicis elongatis reticulatis — Var. vero albida, poris cupulæformibus, lævibus, pulverulentis distincta — diversa videtur; sed hujus potissimum generis. *Ad ligna putrida pinea. Perennis.* (v. v.)

** 6. *M. lacrimans*, effusus, magnus, flavo-ferrugineus, margine tomentoso albo, plicis amplis poroso-sinuatis.

Bolet. lacrymans. *Wulf. in Jacq. Misc.* 2. *p.* 111. *t.* 8. *f.* 2. *Sowerb. t.* 113. *Bolt. t.* 167. *f.* 1. Merul. lacr. *Schum. p.* 371. *Dec. fr.* 2. *p.* 132. B. arbor. *Sowerb. t.* 346. M. destruens. *Pers. syn. p.* 496. *Swartz l. c. p.* 179.

b. plicis in dentes abeuntibus. B. obliquus. *Bolt t.* 74. (ipso teste) Sistotr. cellare. *Pers. syn. p.* 554.

Cum sequentibus convenit statu juvenili byssino, absque distincto hymenio; demum denudato, margine vero villoso persistente, plicis demum gyrosis, valde inæqualibus, productis subdentatis e. s. p. Hæc vero species reliquis multo major, (4-5 unc.), margine lato fornicato hinc inde guttulas aqueas exstillante, poris aurantiacis & præcipue sporidiis cinnamomeis. — Occurrit pileo reflexo, præcipue in b. *muscigeno* A. S. p. 236, qui parvus 4-6 lin. tantum latus. — Fungus valde perniciosus, ligna domestica destruens; humore sublato acidoque Sulfer. diluto collinito (V. A. H. 1742. p. 278) evanescens. Cf. Fries de fung. nox. Suetice. *Ad*

ligna putrida, asseres &c. locis humidis, præcipue domesticis. Per annum. (v. v.)

7. *M. vastator*, effusus, aureus, margine villosus, venis crispis gyroso-plicatis.

Tode l. c. p. 351. t. 2. f. 1, 2. Pers. syn. p. 497. A. S. p. 236. Schum. p. 371. Fr. Obs. 2. p. 100. (variet. epiphylla.)

b. Mer. crucibulum. *Fries l. c. p. 99 !*

Odor plerumque ingratus, sed etiam nullus. Antecedenti minor, 1-2 unc. latus, tenuior, margine tenui sicco pubescente. E centro tubercula caulescentia subinde exserit. Colore latissimo mox dignoscitur. *In ligno pineo putrido vulgaris, ad foi. &c. Jul.-Dec.* (v. v.)

8. *M. molluscus*, effusus, tenuis, carneus, margine byssino albo, plicis gyroso-porosis.

Membrana mollis, laxe adhærens, sicca, subtus villosa albida. Plicæ confertæ, crispæ, subtuberculosæ. Color carneus, fulvo-carneus, in siccis subaurantiacus, sed sporidiis albis facile ab A. lacrymante dignoscitur. *Ad ligna prostrata Pini. Jul.-Nov.* (v. v.)

9. *M. Himantioides*, effusus, mollissimus, subtus fibroso-sericeus violaceo-lilacinus, plicis demum gyrosis subolivaceis. *Fr. Obs. 2. p. 238.*

Totus bombycinus, laxe adhærens, variabilis, margine tomentoso laxo. Plicæ juniores exaratæ, adultæ vero priorum similes, poriformes, tuberculato-crispæ, flexuosæ, colore griseo-violaceo, olivaceo, sordide luteo &c. variantes. *Ad ligno putrida pinea. Jul.-Nov.* (v. v.)

10. *M. Porinoides*, effusus, adnatus, margine byssino albo, plicis poriformibus flavo-sordidis. *l. c.*

Arcte adnatus, crustaceus, tenuis, persistens, junior totus villosus albus, demum hymenium de-

nudatum, plicis rotundis & linearibus flexuosis. *Cum prioribus.* (v. v.)

Ag. Cantharell. *Batsch. El. f.* 34 (A. explicat. *Hoffm.*) vix A. tremellosi var. — inquirendus.

IV. SCHIZOPHYLLUM. Fries.

Agar. spec. *Linn.* — n. 31. *Gled. meth. p.* 134. Merul. spec. *Gmel. Link.* Schizophyll. *Fries Obs. 1. p.* 103. *Mey. l. c. p.* 303.

CHAR. Lamellæ *(e basi)* radiantes, flabellatæ, subparallelæ, numquam anastomosantes, immixtis brevioribus, omnes longitudinaliter bifidæ; scilicet e membrana duplici, Agaricorum instar, sed non connexa, compositæ. Lamellulæ margine involutæ, in superficie tantum exteriori ascigeræ. — Pileus suberoso-coriaceus, determinatus, margine involutus *(dimidiatus, subsessilis).* Velum nullum. *Sporidia alba.*

HISTOR. Nomen a σχιζω & φυλλον composui. — Incipit novam generum trigam, præcipue coriacea l. suberosa substantia a prioribus, quibus singulum eximie analogum, diversam. Quo plures in priori serie species, eo paucieres analogi generis in præsente. Sic & huic unica, per omnes orbis plagas reperta.

1. SCHIZOPHYLLUM *commune.*

Vaill. par. t. 10. *f.* 7. *Buxb. Cent. V. t.* 7. *f.* 1. *Batt. t.* 38. *f. D.* Am. *Hall. n.* 2333. Ag. alneus. *Linn. Suec.* 1242. *Schæff. t.* 246. *f.* 1. *Bull. t.* 346, 581. *f.* 1. *Weig. Obs.* 2. 6. *Nomencl. fung. t.* 1. *Sowerb. t.* 183. *Pers. syn. p.* 485. *Holl & Schmidt exl. n.* 44. A. mult fid. *Batsch. f.* 126. *Nees f.* 181. A. radiatus. *Swartz Prod. p.* 148.

Gregarius, unciam vix superans, tomentosus, albido-griseus, margine lebatus, sæpe multifidus. Lamellæ purpurascenti-cinereæ, villosæ; non pro-

prie ramosæ. Subinde stipitem brevissimum exserit. *Per omnem Europam, Asiam; in Africa ad Guineam* (Afzelius) *& C. B. spei* (Thunb. Prod. p. 182); *in America boreali* (Mühlenb.), *Antillas* (Swartz), *Am. meridional.* (Meyer), *supra truncos arborum frondosarum. Tempestate pluviosa.* (v. v.)

V. DÆDALEA, Pers.

Agarici dædaleis sinibus. *Tourn. J. R. H. p.* 562. — *Batt. p.* 72! Agarici & Boleti spec. *Linn. & Auct.* Merulii spec. *Gmel. - Pers. disp. p.* 26. Dædal. *Pers. syn. p.* 499. *Link l. c. Nees Syst. p.* 224. Agarici suberosi & Sistotrem. sp. *Pers. l. c.*

CHAR. Hymenium sinuosum. Sinuli cum pilei suberosa substantia homogenei & concreti, firmi, subprofundi, varii; nunc lamellas anastomosantes l. contertas, nunc poros elongatos flexuosos referentes. Asci tenues. — Pileus suberosus l. coriaceus, tenax, margine patente, raro stipitatus l. effusus. Substantia floccosa. Velum nullum. *Sporidia alba &c.*

ABERR. Lamellæ fere simplices in Dæd. betulina, trabea &c. ab Agaricorum dignoscuntur substantia, ascis, nec e duplici membrana compositæ. Difficilius limites a Polyporis stricti determinantur.

HISTOR. Genus procul dubio Polyporis proximum, ad Agaricos abiens; Cantharello in hac serie analogum. Quando hic ab Agaricos distinguuntur, etiam Dædalea a Polyporis. Species omnes fere lignicolæ; plurimas determinavit Battarra; Persoonio 5, nobis 30, quarum 1 ex Asia, 1 ex Africa, 3 Americanæ, reliquæ Europeæ. Nomen ob sinulos, dædalea quasi arte constructos.

Trib. I. STIPITATÆ.

1. *D. maxima*, pileo suberoso depresso villoso fusco-fasciato, poris labyrinthiformibus fuscis, stipite crasso.

Bolet. maximus. *Erot. Lus.* 11. *p.* 408.

Pileus suborbicularis, infundibuliformis, semipedalis & ultra, fasciis e lateritio-fuscis. Pori decurrentes. *In solo humoso pineti prope Conimbricam aut. & hyeme.*

2. *D. biennis*, pileo suberoso depresso subvelutino subferrugineo, poris labyrinthiformibus cinereis, stipite obeso.

Bol. *Bull. Ch. p.* 333. *t.* 449. *f.* 1. Sistotr. *Pers. syn. p.* 550. *Nees Syst. f.* 228. Hydn. *Dec. fr.* 2. *p.* 112.

Stipes vix uncialis, ferrugineus, inferne lanosus. Pileus junior globosus, undique porosus, demum cyathiformis, 3 unc. lat.; margine reflexus, repandus, albicans. Pori irregulares, sinuosi, demum lacerati, albidi v. cinerei. Valde affinis Pol. perenni. *Ad terram & ligna putrida Galliæ.* (v. i.)

β. *D. Sowerbei*, pileo subdimidiato hispido, sinulis amplis integris carneis. *Sowerb. t.* 190.

Nisi præcedentem citaret Auctor, longe diversam crederem. Tota rufescens. Stipes sublateralis, 1 ½ unc. inæqualis. Sinuli ut in optimis Dædaleis! *Anglia.* (v. ic.)

3. *D. Brasiliensis*, pileo suberoso tenui glabro albo, lamellis tenuissimis densis anastomosantibus, stipite laterali brevissimo.

Merul. dædaleus. *Link diss.* 1. *p.* 37.

Stipes 4 lin longus, crassus, basi dilatatus. Pileus 2-3 unc. latus, 1 ½ unc. longus, tenax, superne inæquatus, margine acuto. *E Brasilia.*

Trib. II. DIMIDIATÆ, sessiles.

* AGARICINÆ, lamellatæ.

4. *D. quercina*, sessilis, ligneo-pallens, pileo suberoso rugulososo glabro, lamellis contortis implexis sinuosis.

Fung. IV. *C. Bauh. pin.* 372. Strigiliformes. *Androv. Dendr. p.* 173. — *Bocc. Mus. t.* 305. *f.* 5. *Buxb. C. V. t.* 4. *f.* 1. — *Batt. t.* 38. A. Am. *Hall. helv.* 2330. Ag. querc. *Linn. Suec.* 1241. *Bolt. t.* 73. *Sowerb. t.* 181. Ag. labyrinthiformis. *Bull. t.* 352, 442. *f.* 1. A. dubius. *Schæff. t.* 331. Merul. querc. *Pers. disp.* Dædal. querc. *Syn. p.* 500.

b. nigricans. *Batt. t.* 38. *B. Dec. fr.* 2. *p.* 133.

Magnitudine & forma varia. Substantia nunc mollior subflexilis, nunc dura crassa rigida. Lamellæ crassæ ramoso-anastomosantes, sibi invicem implexæ, hinc inde poris immixtis. Ad sanguinem stillandum usus fuit; etiam pro fomite. *Ad truncos, apprime Quercus. Perennis.* (v. v.)

5. *D. betulina*, sessilis pallescens, pileo coriaceo zonato tomentoso, lamellis rectis subramosis.

Batt. t. 38. *f. D. C.* A. betulinus. *Linn. Suec. n.* 1244. *Sowerb. t.* 182. *Scholl. barb. p.* 260. A. flabellif. *Scop. p.* 460. A. quercin. *Schæff. t.* 57? A. coriac. *Bull. t.* 537. *f.* 1. - *F. Bolt. t.* 158. *Pers. syn. p.* 486. A. labyrinth. *Wilk. Gryph. p.* 141. Dæd. betul. *Rebent. Neom. p.* 371. *Fries Obs.* 1. *p.* 104. *Fl. Dan. t.* 1555.

b. A. versicolor. *Plan. Erf. p.* 4. *Pers. l. c.*

Antecedente minor & tenuior, zonis concoloribus l. obscurioribus, demum uti plures Dædaleæ species virore suffusa. Lamellæ coriaceæ, non raro etiam anastomosantes & sinuosæ, demum margine laceratæ. *Ad truncos Betulæ, Quercus &c. Perennis.* (v. v.)

6. *D. sepiaria*, sessilis, pileo coriaceo zonato strigoso-tomentoso spadiceo, margine lamellisque ramosis anastomosantibus lutescentibus.

Vaill. par. t. 1. *f.* 1—3 (status resupinat.) *Buxb. C. V. t.* 6. Am. *Hall. helv.* 2351. Ag. *Linn. Suec* 1243. A. hirsut. *Schæff. t.* 76. A. betulin. *Allion. p.* 339. A. sepiar. *Wulf. in Jacq. Coll.* 1. *p.* 347. A. quercin. *Humb. Frib. n.* 125. — var. *Liljebl. Fl.* 2. *p.* 451. Merul. squamos. *Schrad. sp. p.* 140. Merul. sepiar. Schr. *Pers. Obs.* 2. *p.* 93. Ag. *Syn. p.* 487. Dædal. *Swartz in V. A. H.* 1810. *p.* 2.

b. A. tricolor. *Bull. t.* 541, *f.* 2, *Dec. fr.* 2. *p.* 133.

Pileus durus, planiusculus, elongatus, sæpe seriato-confluens, tomento demum squamuloso quasi scrobiculatus, nigrescens. Lamellæ frequenter in sinulos & poros concrescunt, margine acuto denticulato; demum ferrugineæ, subumbrinæ. *A. undulatus* Hoffm. Subt. p. 7. t 4, teste Persoonio hujus monstrositas. *Ad ligna pinea putrescentia, ubique. Perennis.* (v. v)

7. *D. abietina*, sessilis, pileo suberoso-coriaceo subzonato glabrescente umbrino, lamellis rectis subramosis glaucis. *Fries Obs.* 2. *p.* 239.

Ag. abietin. *Bull. t.* 442. *f.* 2, 541., *f.* 1. *Pers. syn. p.* 486. *Dec. fr.* 2. *p.* 135. *A. S. p.* 233. A. asserculorum *Schrad. sp. p.* 134 (nec Batsch. qui præced.)

Junior tomento umbrino obductus, dein glaber, nigrescens, zonis concoloribus, ad 1 ½ unc & ultra elongatus. Lam. convexæ, cinereo-pruinosæ, subinde anastomosantes. *Ad trabes abietinos &c. Perennis.* (v. v.)

8. *D. striata*, sessilis, pileo coriaceo pubescente ferrugineo, lamellis rectis subanastomosantibus cinereis.

A. striat. *Swartz Prod. p.* 148. *Fl. Ind. Occ. p.* 1920.

Ægre a priori dignoscitur. Pileus reniformis, postice brevissime attenuatus, 1-2 unc., molliusculus, tenuis, obsolete zonatus. Lamellæ inæquales, tenues, fragiles, margine passim crenulatæ. *Ad truncos Jamaicæ.*

9. *D. trabea*, sessilis, pileo suberoso glabro sordide fusco, lamellis subsimplicibus carneo-rutilis. *Pers. syn. p. XXIX.* (Ag.)

Dæd. quercinæ affinis, sed tenuior, lamellis non reticulatis. Pileus subimbricatus, rugulosus, sub lente tomento tenui tectus. *Ad trabes.*

10. *D. elegans*, sessilis, pileo coriaceo glaberrimo albido, subtus alutaceo, lamellis anastomosantibus. *Spreng. in V. A. H.* 1820. *p.* 51.

Lignosa, lamellis margine in poros abeuntibus. *In arboribus Guadelupæ.*

** GENUINÆ, sinuosæ porosæque.

11. *D. Palisoti*, sessilis, pileo hemisphærico zonato glabro albido, lamellis simplicibus, porosisque.

D. Amanitoid. *Palis. Fl. Ow. I. p.* 44. *t.* 25.

Elegans, reniformis, 4 unc. lata, substriata, ochraceo-albida, zonis subconcoloribus; margine lobato. Sinuli inæquales; centro lamellosæ, parallelæ, simplices; basi vero porosæ. *Ad truncos regni Oware.* (v. ic.)

12. *D. Bulliardi*, sessilis, rufescens, pileo molli dein coriaceo glabro, poris latis irregularibus "lacunis interjectis."

Bol. suberos. *Bull. Ch. p.* 354. *t.* 482. *Dec. l. c. p.* 116.

Junior mollis, subaquosa; quoad formam varia; superne plerumque rugosa l. zonata, intus concolor. Tres allatæ varietates (*fulva, rutila, alba*) ætate forsan tantum differunt. *Ad truncos Galliæ.* (v. ic.)

13. *D. Thumbergii*, sessilis ferruginea, pileo coriaceo lævi glabro, sinulis lineari-oblongis undulatis.

Bol. Agaricoid. *Thunb. Jap. p.* 347.

Rotundata l. oblonga, superiori convexa pagina rimis adnata. "Pori in inferiori pagina pro diversa ætate variantes, minuti & majores, angulati & lamellati, lamellis undulatis, intra marginem abruptis." *In rimis tectorum Japonicæ.*

14. *D. confragosa*, sessilis, pileo suberoso-coriaceo zonato-scabro lateritio-fusco, sinulis labyrinthiformibus cinereis.

Bolet. labyrinth. *Bull. Champ. p.* 357. *t.* 491. *f.* 1. *Dec. fr.* 2. *p.* 117, Dædal. conf. *Pers. syn. p.* 501.

b. sinulis rufofuscis. Bol. confrag. *Bolt. t.* 160.

Fere lignosa, subimbricata, zonis concoloribus, intus obscure badia. Sinuli lati, varie contorti; in b. rotundi, oblongi, angulati, lati l. angusti in eodem individuo. *Ad truncos Sorbi torminalis &c. Perennis.* (v. ic.)

15. *D. Pini*, sessilis, pileo pulvinato fusco, fasciis elevatis inæqualibus aspera, poris inæqualibus sublabyrinthif. lateritiis.

Bol. pini. *Brot. Lusit. II. p.* 468.

An a prioris b. satis distincta? *Ad Pinus annosas & putrescentes Portugaliæ.*

16. *D. cinerea*, sessilis, pileo suberoso zonato tomentoso cinereo, sinulis angustis, aliis poriformibus, aliis longissimis flexuosis.

Batt. t. 38. *f. G.* — *Fries Obs.* 1. *p.* 105.

Imbricata, crassiuscula, lignosa, subundulata, 1 ½ - 3 unc. lata, zonis paucis latis subconcoloribus. Hymenium, ut ita dicam, valde compactum ob sinulos perangustos sed tortuosissimos & valde intricatos, qui cinerei, l. albidi, semper integerrimi. *Ad Fagi truncos, raro. Perennis.* (v. v. Femsjö in Hågnen.)

17. *D. unicolor*, sessilis, cinerea, pileo coriaceo villoso zonato, sinulis inæqualibus subflexuosis, demum laceratis.

Bolet. *Bull. champ. p.* 365. *t.* 408, 501. *f.* 3 (non bon.) *Bolt. t.* 163. *Sow. t.* 325. *Dec. fr.* 2 *p.* 115. Bol. decip. *Schrad. spic. p.* 169. Sistotr. ciner. *Pers. syn. p.* 551. *Swartz in V. A. H.* 1810. *p.* 240.

b.? Sistotr. versicolor. *Tratt. Öst. Schw. t.* 5. *f.* 10.

Tenax, flexilis, imbricata, humida sæpe fuliginea, sicca albido-grisea, zonis concoloribus, margine in juniori albido. De genere nullum dubium ob affinitatem (*D. betulinam* lamellis in dentes fissis reperi!) & sinulos in juniori statu integros omnino Dædaleos gyrosos. *Ad truncos Europæ & Amer. borealis, autumno.* (v. v.)

18. *D. variegata*, sessilis, pileo coriaceo zonis glabris villosisque discoloribus fasciato, sinulis elongatis flexuosis albis.

Bull. t. 537. *f. I, K, L.* — *Fries Obs. 2. p.* 240.

Similis Polyp. versicolori, nec D betulinæ affinis, quamvis figg. Bull. cit. habitu bene conveniant. Imbricata, reniformis, unciam vix superans, zonis depressis glabris cinereo-fuscis, elevatis albis l. canis villosis. Sinuli perangusti, demum dentati. *Ad truncos Fagi, raro. Aut.* (v. v.)

19. *D. saligna*, sessilis, albida, pileo suberoso coriaceo pubescente azono, sinulis elongatis angustis flexuosissimis. *Fries l. c.*

b. pileo tuberculoso, sinulis brevioribus. *Batt. t.* 38. *f. E. F.*

Inodora, imbricata, mollis, dilatato-reniformis, uncialis, lævis, sed prope marginem strigosum depressa. Sinuli alii poriformes. *Ad Salices vetustas, raro. Hyeme.* (v. v.)

*** POLYPOROIDEÆ. Sinulis porosis, uniformibus.

*** 20. *D. suaveolens*, sessilis, pileo coriaceo-suberoso glabro e niveo-subfulvo, poris elongatis irregularibus rufescentibus.

Bolet. *Bull. Ch. p.* 342. *t.* 510. *Dec. fr.* 2. *p.* 118. Dædal. *Pers. syn. p.* 502. *Rebent. Neom. p.* 377.

Odore suavi aniseo facile dignoscitur. Junior alba; dein rufescens, superne zonata, scabra; intus stramineo-fuliginea. — "E pulverefacto fungo præparatur electuarium bono successu in Phtisi usum. Dosis 1 scrupul — 1 drachma." *Ad truncos salicinos*; *In Scania semel. Nov.* (v. v.)

21. *D. gibbosa*, sessilis, albida, pileo suberoso villoso, basi porrecto gibboso, poris linearibus subrectis.

Fungus arboreus villosus albus, foraminulis oblongis &c. *Raji Hist. III. p.* 19. Bolet. suberos. *Linn. Suec. p.* 453. (ob poros!) B. sinuos. *Sowerb. t* 194. Merul. gibbos. *Pers. Obs.* 1. *p.* 21. Dæd. *Syn. p.* 501. *Schum. Sæll. p.* 373. *Rebent. Neom. p.* 372. *Fries Obs.* 1. *p.* 106.

Inodora, subsolitaria, dura, elastica, 3-5 unc, & ultra, obsolete zonata, vetusta cinerascens & putrescens virore pulverulento suffusa; intus alba. Margo obtusus. Pori breves, angusti, recti; variant reniformes (*Gort. Fl. ingr. p.* 184) & leviter sinuosi (*Sow. l. c.*) *Ad truncos Fagi, Betulæ, Salicis &c. Viget autumno.* (v. v.)

22. *D. albida*, sessilis alba, pileo suberoso tenui subglabro, poris subelongatis angulatis. *Fries Obs.* 1. *p.* 107.

Inodora, subsolitaria, tenuis, basi æqualis; junior sericea, dein glabra rugulosa, subtus concava. Variat zonis concoloribus. Pori elongati, prioris latiores; juniores & margine angulato-æquales. *Ad Betulas.* Forsander. (v. s.)

23. *D. angustata*, sessilis, pileo suberoso pubescente zonato fuscescenti-cinereo, poris longis angustis olivaceo-flavis.

Bolet. angust. *Sowerb t.* 193.

Subimbricata, obovato-reniformis, planiuscula, sublobata, 1-2 uncialis. Pori subflexuosi intus fla-

vi Bolet. albus. Bolt. t. 78 loco, pororum forma & colore affinis videtur. *Ad truncos Populi in Anglia.* (v. ic.)

24. *D. aurea*, sessilis, pileo suberoso velutino aureo, poris longis flexuosis flavis.

Agaricus aureus &c. *Batt. p.* 72.

Ob colores distincta species. Imbricata, 2 unc. lata. Hujus varietates in colore & hirsutie non paucæ. *Ad Quercus obtruncatas.*

25. *D. rubescens*, sessilis, junior pruinosa, pileo subsuberoso lævi e pallido-rubescente, poris longis rectis angustis. *A. S. p.* 238.

Totus initio fungus & præcipue subtus pruina albida detersili l. demum evanescente obductus, qua sublata rosello-rubescens l. subpurpurascens, dein opacior; etiam in fulvum l. rufum vergens. Pileus subcarnoso-suberosus, subtenuis, 2-3 unc., vix tomentosus, adultus zonatus. Pori in hac præcipue marginem versus elongati. *Ad Salices capræas &c. Autumno.* (v. s.)

26. *D. fusca*, sessilis, pileo suberoso zonato obscure fusco, lamellis ubique anastomosantibus, sinulis angustatis. *Link l. c.*

Valde ad Polyp. accedit. Cæspitosa, dura, firma, uncialis. Pori magni. *Brasilia.*

27. *D. ferruginea*, effuso-reflexa, coriacea, zonata, flavo-ferruginea, junior margineque villoso alba, poris difformibus. *Schum. p.* 373.

Imbricato-connata, primo effusa albido-incarnata, margine byssino; demum horizontalis, 3 unc. usque lata, 1 ½ lin & ultra crassa, postice tuberculosa, margine tumido flexuoso. "Lam. angustæ, flexuosæ, anastomos., antice obsoletæ" Habitus Merul. tremellosi. *In ligno Fagi Daniæ. Nov. Dec.* (v. ic.)

1. **Oreochivole**, *Ferr, Imp, Hist, Nat, p.* 634.

2. Fungo villoso. *Ferr. Imp. l. c. p.* 635. Ad pannos luteos tingendos Neapoli utitur. (Subtus sinuosus. *Michel.*)

3. *A. rufo-velutinus*, coriaceus, rufescens, mollis, tomentosus, lam. paucis. *Dec. fr.* 2. *p.* 134. — Uti omnes in *cryptis*, dubius. Cf. *Dæd. sæp.*

4. *Bol. imberbis*, coriaceus, glaber, flavo-albidus, zonatim sulcatus, tubis sinuosis. *Bull. Ch. p.* 339. *t.* 445. *f.* 1. Cf. *Obs. ad n.* 30.

A antiquus *Willd. Ber. p.* 376 e synon. est Dæd. quercina, e descr. D. sepiaria. — Plura anteced. synonyma & novæ species latent sub Agar. ord. III. *Mich. gen. p.* 119—121.

Trib. III. RESUPINATUS. (Dæd. sepiar.)

28. *D. latissima*, effusa, suberosa, crassa, undulata, ligneo-pallens, poris subrotundis longissimisque flexuosis. *Fries Obs.* 1. *p.* 128 (Pol.)

Resupinata, 5 unc. — 2 pedes lata, junior absque poris, margine hinc inde libero. Pori primo nulli, mox puncta sparsa superficialia *(Polysticta)*; dein conferti varii, alii subrotundi, alii longissimi perangusti &c. Substantia dura, lignea, intus subzonata. *Ad paginam supinam! truncorum muscosorum Fagi. Aut.* (v. v.)

29. *D. serpens*, effusa, suberoso-tenuis, confluens, ligneo-pallens, margine villoso, poris magnis inæqualibus. *Fries Obs.* 2. *p.* 265. (Pol.)

Color D. quercinæ. Margo tenuis, pubescens. Sinulorum dissepimenta crassa. Inter corticis rimas per lineas elongatas seriatas & confluentes serpit. *Ad truncos Quercus mortuos, sed non prostratos! Aut.* (v. v.)

30. *D. heteromorpha*, effusa, submembranacea, sordide lutescens, margine byssino, poris irregularibus flexuosis. *Fries Obs.* 1. *p.* 108.

Dæd. ferrugineæ forsan proxima. Margo albicans. Sinuli longi, obliqui, non vero plicato-dentati, ut apud Merulios. *Ad truncum pineum. Aug.* 1814. (v. v.)

Ad hoc genus referuntur I.) Agarici *Auct.* suberosi l. coriacei, lamellis plus minus anastomosantibus II.) Boleti *Auct.* poris vere labyrinthiformibus, l. elongatis flexuosis aut lacunosis III.) Boleti *Auct.* poris constanter (plus minus) longis; simul subdistantibus, *dissepimentis crassiusculis obtusis firmis.* Dantur etiam veri Polypori (substantia insuper diversi!) poris nunc regularibus, nunc longis flexuosis, semper vero confertissimis, *dissepimentis tenuissimis, acutis* — & ex his laceratis (plerumque ob situm obliquum!) oriuntur illi pori elongati; ex. gr. *Pol. citrini, mollis, borealis, liquiritiæ &c.* Alio modo strictos limites horum generum non invenio.

VI. POLYPORUS. Michel.

Agarici spec. *Veter.* — Ord. II, IV, V & Polyp. *Mich. nov. gen. p.* 118, 129. Agaricus. *Dill. l. c. Lam. Enc. I. p.* 49. Boleti sp. *Linn. gen. n.* 1075. *Gled. meth. p.* 62. *Pers. syn. p.* 514. *Nees Syst. p.* 217. Sistotr. sp. *l. c.* Mison, Agaricon, Poria. *Adans.* Polyp. *Fries Obs.* 1. *p.* 121. Favolus & Micropor. *Pal. Beav. Fl. Ow. p.* 12.

CHAR. Hymenium cum pilei substantia homogeneum & concretum, poris subrotundis pertusum, dissepimentis tenuibus simplicibus ascigeris. Asci tenues, sporidis exiguis. — Pileus carnoso-lentus l. suberosus, subsessilis, passim stipitatus, substantia floccosa sicca. Velum plane nullum.

ABERRATT. Hymenium duorum secedit, sed in *P. betulino* saltim pileo homogeneum, absque tubulis. In aliis, præcipue ob situm obliquum, dissepimenta lacerantur, ubi pori dentati l. elongati evadunt, quos vero status cautus & peritus cum sinulis l. subulis numquam confundit. Pileus in nonnullis multiplex ramosus, multis resupinatus.

HISTOR. Nomen a πολυς & πορος formavit Michelius, species modo stipitatas huc trahens. Recentiores dein, excepto naturæ interprete summo Jussieu, cum Boletis ob similitudinem mere habitualem conjunxerunt. Quantum vero differunt,

respectu hymenii, nunc proposui. Inter illos, qui in genera plura diviserunt, eminet Belvisius. Species numerosæ, plures exoticæ, sublignicolæ.

DIVIS. ex hymenio — pilei forma & substantia. Sporidia tenuia ægre secedunt, hinc ad hymenii colorem interiorem (exterior vagus) attendendum.

A. FAVOLUS. Pori ampli, 4-6 goni, favum imitantes *(Mesopus, Pleuropus, Apus.)*

B. MICROPORUS. Pori minuti, subrotundi.

I. MESOPUS. Stipes distinctus, simplex, subcentralis. (*Suberosi & carnosi.*)

II. PLEUROPUS. Stipes lateralis, simplex. *Duri.*

III. MERISMA. Stipes cum ramoso l. multiplici pileo confluens, l. obsoletus. *Carnosa.*

IV. APUS. Pileus sessilis, lateralis.

V. RESUPINATUS. Pileus resupinatus, effusus.

C. POLYSTICTA. Puncta superficialia.

FAVOLUS. Pal. l. c.

CHAR. Ut supra. Genus inter Dædaleas & Polyporos genuinos medium, sed ab his limites stricti desunt. Species regionibus calidioribus, bene monente Palisot, plurimæ propriæ l. æstivales, uti analogi Agarici lentiscyphi!, 6 priores tantum differunt, ut singula propria subtribus. Sporidia P. squamosi, unici a me observati, alba.

* 1. P. FAV. *tessulatus*, cinereus, pileo carnoso convexo rimoso-tessulato, poris tetragonis, stipite centrali squamoso. *Fries Obs. 2. p. 254.*

Mich. t. 71. f. 2. Hall. helv. n. 2294—2296.

Totus cinereus. Stipes 4 unc longus, crassus, æqualis, villosus. Pileus in squamas latas fissus. *In silvis subalpinis Eur. Austr. Aut.* (v. ic.)

2. P. FAV. *arcularius*, pileo suberoso flavescente, margine deflexo hispido, poris rhombeis albis, stipite centrali lævi.

Mich. t. 70. f. 5. Bol. arcular. *Batsch. - Pers. syn. p. 518.* B. exasperat. *Schrad. sp. p. 153.*

Stipes ½ unc. & ultra, teres, dilute fuscus. Pileus ½ unc. Substantia pallida (carnoso-lenta?) *Ad truncos Italiæ, Germaniæ. Majo.* (v. ic.)

3. P. FAV. *alveolarius*, pileo coriaceo brunneo, poris hexagonis oblongis albis, stipite glabro centrali. *Bosc. in Berl. Naturf. Mag.* 1811. *p.* 84. *t.* 4. *f.* 1.

Stipes spongiosus, 2 unc. longus, 3 lin. crassus, basi subincrassatus. Pileus disco depressus, 3 unc. latus, margine irregularis. Pori 1 lin. longi & profundi, lati, in stipite decurrentes. *Ad truncos varios Carolinæ.* (v. ic.)

** 4. P. FAV. *Michelii*, candidus, pileo carnoso lævi, poris oblongis amplis, stipite glabro laterali. *Mich. t.* 61 *f.* 2.

Esculentus, cæspitosus; stipite 1 ½ unc. longo, crasso; pileo flabelliformi, 2-3 uncial. Pori favum imitant; in icone distant. *In Italia. Jun.* (v. ic.)

5. P. FAV. *squamosus*, amplus, pileo carnoso-lento subochraceo, squamis obscurioribus, poris pallidis, stipite sublaterali obeso.

Sterb t. 13, 14. — *Batt. t.* 37. *A. B. — Hall. helv. n.* 2278. Bol. squamos. *Huds. - Schæff. t.* 101, 102. *Bolt. t.* 77. *Fl. Dan. t.* 1196. *Kölp. supl. p.* 126 (subsquam.) B. caudicin. 1. *Scop. p* 469 Bol. cellulos. *Lightf. Scot. p.* 1032 B. juglandis. *Bull. champ. p.* 344. *t.* 19, 144 (B. polymorph.) B. platypor. *Pers. syn. p.* 521, *Swartz V. A. H.* 1810. *p.* 14.

Nunc solitarius, nunc & sæpius quam maxime cæspitosus; junior tuberculum difforme sistit. Stipes junior subcentralis, dein lateralis, demum nigrescens, intus spongiosus albus. Pileus 3 unc. sesquipedalis usque, variat pallidus & subfuligineus, larvis valde infestus. Pori subdentati, variant "flavi" A. S. p. 245. "flexuosi" P. *Ad truncos Fraxini, Populi nigræ, Fagi, Quercus, Salicis, Juglandis, Acerum &c. Jun. seqq.* (v. v.)

Valde variat, inde in tres species divisit Cel. Schumacher (*B. squamosus, maximus, platyporus.* Sæll. p. 381, 382. In cellis monstrositas sæpe occurrit (*Weig. Fl. Pom. p.* 214) *Ag. lepidei*, cui hæc species analoga similis. Cf. *Philos. transact. X.* 20. *f.* 109; *Bakst. spec. Bot. p.* 2. *t.* 1. Bolet. rhangif. *Bolt. t.* 138. B. squamos. *Sowerb. t.* 266. — Fung. esc. g. V. *Clus.* huc citari solet.

6. P. FAV. *tenuiculus*, pileo coriaceo lævi, poris hexagonis regularibus, stipite brevi laterali. *Palis. l. c. t.* 42. *f.* 2.

Stipes vix 2 lin. longus, basi subincrassatus. Pileus reniformis, 1 ½ unc. & ultra latus, dimidiatus, margine sinuatus; poris oblongis profundis ob substantiam tenuem pellucentibus. *Ad truncos regni Oware Africes* (v. ic.)

*** 7. P. FAV. *Mori*, sessilis, pileo coriaceo-suberoso glabro luteo, poris hexagonis.

Hexagona Mori. *Poll. pl. nov. p.* 35.

Pileus planiusculus, subtus in cellulas hexagonas exfossus. *Ad Morum albam montis Baldi. Aug.*

8. P. FAV. *heteroclitus*, sessilis aurantiacus, pileis imbricatis lobatis villosis, poris magnis difformibus.

Bol. *Bolt. t.* 164. *Pers. syn. p.* 528.

E radice dura & coriacea, intus alba, parcos lobos, terræ incumbentes, protrudit. Pilei 2 ½ unc. — *Bol. heterocl.* Sowerb. t. 367 (salicinus) superne flavus & glaber pictus. *In Anglia ad terram.* (v. ic.)

9. P. FAV. *villosus*, sessilis, pileo coriaceo zonato villoso griseo, poris angulatis.

Bolet. villos. *Swartz Fl. Ind. Occ. p.* 1923.

Pileus tenuis, variæ figuræ, cinereo-albidus, 1-2 unc., junior sæpe resupinatus, deinde reflexus. Pori majusculi, inæquales, albidi, dein fuscescentes. *Ad truncos Jamaicæ.*

10. P. FAV. *hirtus*, sessilis, pileo suberoso zonato strigoso nigro-fusco, poris griseis

Plum. fil. p. 169. *A.?* Fav. *Palis. l. c. t.* 1.

Magnus, 1-2 pedalis, reniformis, supra accrementis zonatus, pilis rigidis & ramosis. Alveolarum subregularium latera inæqualia. *Ad ligna mortua, Africæ.* (v. ic.)

11. P. FAV. *Sinensis*, sessilis fuscus, pileo plano, setis erectis ramosis, poris angulatis.

Bol. favus. *Linn. Spec. II. p.* 1615. Ag. *Lam. Enc. I. p.* 50.

Fungus vix pulvinatus; pagina superior undique setis compressis fuscis quasi Lichene rhengiferino hispida. Pori magni, basi sæpe inæquales. *In China.* (v. s.)

12. P. FAV. *Gallicus*, effuso-reflexus fuligineo-fuscescens, pileo subtriquetro strigoso-squamoso, poris amplis.

Bol. favus. *Bull. ch. p.* 363. *t.* 421. *Pers. syn. p.* 542. *Dec. fr.* 2. *p.* 114. *Nees Syst. f.* 222.

Maxime affinis præcedentibus, tamen diversus apparet. Coriaceus, elongatus, subzonatus, ex icone squamis imbricatis palmato-incisis rigidis scaber. Pori profundi, subrotudi. *Ad trabes Pini &c. in Gallia.* (v. ic.)

Bol. favus. *Fl. Dan. t.* 983. P. squamoso proximus.

Trib. I. MESOPUS.

Polyporus. *Mich. p.* 129! — petiolati. *Hall. helv. p.* 144. Milleporei. *Batsch. El. p.* 103. Bol. B. * *Pers. syn. p.* 514. Microporus. *Palis. l. c. p.* 12. Gymnop., Omph., Mycen. *Nees Syst. p.* 218.

CHAR. Stipes solidus, firmus, cum pileo contiguus, *perpendicularis.* Pileus lentus, plus minus

depressus, centralis l. excentricus; non ramosus multiplex. Pori cum stipite contigui, tenues.

Obs. Substantia, nec forma, affinitates indicat. Inde etiam sequentem tribum natura non distinxit; & Pol. varii var. numularia e charactere huc omnino pertineret. Species caute distinguendæ.

† Subcarnosi, sed demum plerumque valde lenti evadunt; tamen substantia & sporidiis albis distinguuntur. *Edules.*

1. *P. subsquamosus*, pileo carnoso lento albido, plerumque diffracto squamoso, poris flexuosis niveis, stipite obeso.

Bol. *Linn. Suec.* 1250. *Wulf. in Jacq. Coll. I. p.* 342. *Jacq. Fl. Vind. p.* 198. Polyp. *Fries. Obs.* 1. *p.* 122. Bol. caranth. *Pers. syn. p.* 514.

Stipes ½ unc. & ultra longus & crassus, glaber, albidus l. cinerascens. Pileus compactus, inæqualis, 2-5 unc. latus. Pori exigui. In Carinthia undique in cibum recipitur. *Wulf. In pinetis montosis, autumno.* (v. v.)

β. *P. repandus*, pileo cinereo fibrilloso, poris subrotundis, stipite obeso. *Mich. t.* 70. *f.* 2. — Stipes sæpe squamosus. Pileus repandus, margine villosus. *Cum priori.* (v. v.)

γ. *P. leucomelas*, pileo sublævi stipiteque fuligineo-nigricantibus, poris æqualibus.

Mich. t. 70. *f.* 3. Bol. *Pers. syn. p.* 515. *A. S.* 242.

Stipes longior, 1 ½ unc. fere, æqualis. Pileus planiusculus subregularis. *Cum priori.*

2. *P. ovinus*, pileo carnoso fragili albido, poris subrotundis ex albo-citrinis, stipite brevi inæquali.

Bol. *Schæff. t.* 121, 122. *Fl. Dan. t.* 1618. *Nees Syst. f.* 210. *Mart. Erl. l. c.*

b. B. albidus. *Pers. syn. p.* 515. *Obs.* 1. *p.* 84. *A. S. p.* 242. *Tratt. l. c. t.* S.

Stipes crassus, unciam & ultra longus, passim tuberosus l. excentricus. Pileus 3 unc. fere latus, subrepandus, primo lævis, dein cœlo sicco rimosus; etiam lutescens, rufescens & fuscescens. Pori exigui. Variat uti prior, cui affinis, sed fragilitate & poris flaventibus differt. *In pinetis montosis, etiam Americæ. Aut.* (v. v.)

3. *P. Tuberaster*, pileo carnoso repando squamuloso flavescente, poris subrotundis stipiteque lento pallidis.

Fung. in lapide &c. *Mathiol. - Cæsalp. p.* 618. *Ferr. Imper. p.* 634. - *J. Bauh. XL. c.* 36. *Bocc. Mus. t.* 300. Mich. gen. p. 131. ! (ubi syn.) *t.* 71. *f.* 1. *Batt. Hist. p.* 59–62. *t.* 24. *A.* Bol. tuberaster. *Jacq. coll. Suppl. t.* 8, 9. *Pers. syn. p.* 514. *Nees Syst. f.* 211.

Stipes coriaceus, non edulis, stipitibus sterilibus cingitur. Pileus centro depressus l. infundibuliformis, subvillosus, 2-4 unc. latus. Pori flavescentes. "Matrix non lapis est, sed radix perennis, spongiosa, quæ, dum succesive crescit amplectitur & tenaciter implicat glebas terræ, lapillos, carbones & quæcumque in terra sparsa reperiuntur" *Mich. l. c.* Hæc alibi translata & irrigata plures per annos producit fungos. In Suecia habuit Gadd, qui analysin dedit (*V. A. Handl.* 1797. *p.* 94.) Cf. l. l. c. c. & Marc. Aur. Severini epistola de lapide fungifero Patav. 1649. In cibariis laudatissimus, præcipue Neapoli in usu frequens. *In montibus Italiæ variis locis per regnum Neapolitanum, Pontificatum &c.* (v. ic.)

4. *P. melanopus α infundibulum*, pileo carnoso lento infundibuliformi albido-fuligineo, poris albidis, stipite firmo basi nigrescente.

Bol. *Pers. syn. p.* 516. *Ic. pict.* 4. *f.* 1.

Stipes 1 ½ unc. longus, 3-4 lin. crassus, deorsum sæpe incrassatus. Pileus glaber, lævis, 2-3 unc. latus. Pori minuti, rotundi. *In silvis circa truncorum radices &c. Aut.* (v. v.)

β. cyathoides, pileo umbilicato fuligineo, stipite tenui nigro.

Hall. n. 2299. B. umbilic. *Scop. p.* 466. Bol. *Pers. syn. p.* 517. *Ic. pict. t.* 4. *f.* 2. *A. S. p.* 242. *Swartz in V. A. H.* 1810. *p.* 10! *Dec. fr.* 6. *p.* 42.

Antecedente minor & tenuior, stipite sæpe excentrico. *Ad ramulos dejectos.* (v. v.)

5. *P. fuligineus*, pileo carnoso-lento cupulari lævi fuligineo-cinereo, poris albidis, stipite glabro.

Bol. polyporus. *Bull. Champ. p.* 331. *t.* 469. *Dec. fr.* 2. *p.* 123. B. fuligineus. *Pers. syn. p.* 516.

Stipes centralis, gracilis, ventricosus, pileo dilutior, basi plerumque ferrugineus. Pileus orbicularis, tenuis poriqve primo albi, demum subcinerei. *Ad terram Galliæ. Aut.* (v. ic.)

6. *P. brumalis*, pileo carnoso-lento subumbilicato villoso fuligineo expallente, poris subangulatis albis, stipite pallido.

a. autumnalis. Elv. pileus. *Schæff. t.* 281. Bol. lacteus. *Batsch. El. f.* 42. B. pusillus. *Schrad. spic. p.* 152. (status infantilis) B. hypocraterif. & umbilicatus *Schrank. bav. p.* 621. B. brumal. *Pers. syn. p* 517! *Fries Obs.* 2. *p.* 255. B. trichoceph. *Ehrenb. silv. Ber. p.* 31.

b. vernalis. Bol. 5 a. *Gled. meth. p.* 73. B. polypor. *Retz. in V. A. H.* 1769. B. fasciculat. *Schrad. l. c. p.* 154. B. ciliatus. *Fl. Dan. t.* 1297 (forma singularis) B. pictus. *Ehrenb. l. c.*

Tenax, firmus, odore debili acidulo; colore, forma & magnitudine eximie varius, præcipue status senilis (vernalis) a juvenili maxime recedit. Stipes durus, 1-2 unc. longus, 2-4 lin. crassus, subæqualis, albido-fuscescens; hirsutus, squamulosus, raro glaber. Pileus planiusculus, centro depressus, 1-4 unc. latus, junior fusco-fuligineus villosus; senescens glabriusculus squamosus cervinus, flavescens l. pallidus. Caro alba. Pori angulati l. juniores oblongi, lactei, dein pallidi l. flavescentes, denticu-

lati. *Ad truncos v. gr. Fagi, ubique; etiam ad terram humosam Europæ & Amer. bor. Junior Aug.-Oct., adultus hieme, redivivus vere, in æstatem persistens.* (v. v.)

7. *P. ciliatus*, pileo lento glabro fuscescente, margine ciliato, poris minimis subrotundis pallidis, stipite tenui glabro. *Fries Obs. 1. p. 123.*

A priori caute distinguendus statura minori & regulari & præcipue poris integris, obtusis, neutiquam angulatis. *Ad truncos, autumno.* (v. v.)

8. *P. leptocephalus*, pileo carnoso-coriaceo tenui glabro cervino, poris minimis subrotundis albis, stipite brevi pallido.

Bol. lept. *Jacqu. Misc. I. p. 142. t. 12. Dicks. Crypt. 3. p. 21. Pers. syn. p. 519. Swartz l. c. p. 466.*

Stipes vix uncialis, interdum excentricus. Pileus planiusculus, subuncialis, azonus, margine subrepando glabro. Pileus expallescere videtur; & hinc non differre *Bol. fuscidulus* & *pallescens* Schrad. l. c., Mich t. 70. f 1. (albus.) Hall. helv n. 2300. *Ad ligna. Aut.* (v. s.)

†† Coriacei l. suberosi, demum lignosi. Pileus infundibulif. Substantia & sporidia *(in examinatis)* subferruginea. *Non cibarii.*

9. *P. carbonarius*, pileo coriaceo zonato nigricante, poris stipiteque brevi albis. *Mich. t. 70. 6.*

Cæspitosus Pileus infundibuliformis, unciam vix attingens, margine repandus. Cf. Rupp. Jen. p. 361. Gled. meth. p. 68. a. Hall. helv n. 2298, qui vix rite a P. perenni, a quo forma recedit, distinxerunt. *In carbonariis Italiæ autumno.* (v. ic.)

10. *P. perula*, pileo coriaceo subzonato strigo rufo-fusco, poris minimis rotundis, stipite excentrico brevissimo.

Microp. Perula. *Palis. Fl. Ow. p. 13. t. 8.*

Stipes (ex icone) 2 lin. longus. Pileus tenuis infundibuliformis, striis plicisque nonnullis longitudinalibus notatus, marginibus inæqualibus. Pori æquales, sordide albescentes. *Ad ligna putrida, Oware & Bewin.* (v. ic.)

11. *P. xanthopus*, pileo coriaceo glabro zonato fulvo-badio, poris minimis rotundis, stipite brevi glaberrimo flavo. *Fries Obs. 2. p. 255.*

Stipes 2-3 lin. longus, centralis, basi dilatatus, superficie polita & lucida, P. lucidi instar. Pileus tenuis, profunde umbilicatus, 1 $\frac{1}{2}$ unc. latus, lævis. Pori integerrimi, pallidi, subtestacei. *Ad ramos.* (v. s.)

12. *P. concinnus*, pileo coriaceo velutino zonato rufescenti-cinereo, poris exiguis æqualibus, stipite longo tenui

Microp. concinn. *Palis. l. c. p. 73. t. 43. f. 1.*

Stipes elongatus, tenuis, attenuatus. Pileus infundibuliformis, orbicularis, dilatatus; zonis alternis rufescentibus & cinereis, velutinis & lævibus eleganter fasciatus. *In regno Oware ad truncos.* (v. ic.)

13. *P. perennis*, pileo coriaceo velutino zonato stipiteque cinnamomeis, poris minutis demum laceris concoloribus.

Sterb. t. 27. J. Buxb. Cent. V. t. 15. f. 1. Bol. sp. 4. *Glcd. meth. p. 72.* Bol. perennis. *Linn. Suec. 1145. Fl. Dan. t. 1075. f. 1. Sowerb. t. 192. Pers. syn. p. 518. Nees Syst. f. 212.* B. coriaceus. *Scop. Carn. p. 466. Schæff. t. 125. Bull. Champ. p. 334. t. 28, 449. f. 2.* B. cyathif. *Vill. Delph. p. 1040.* B. infundibulum. *Roth. Cat. 1. p. 240.* B. subtomentos. *Bolt. t. 87.* — junior, poris albidis: *Hall. helv. n. 2298.* B. leucoporus. *Holmsk. Ot. II. t. 30. Nees Syst. f. 213.* B. confluens. *Schum. p. 378.*

b. fimbriatus. *Roth. l. c.* β — *Mich. t. 70. f. 8.* Bol. fimbriat. *Bull. t. 254. Dec. fr. 2. p. 122.*

c. nanus. *Mich. l. c. f. 10.*

Stipes inæqualis, subtuberosus, plerumque velutinus. Pileus tenuis, junior cyathiformis, dein planiusculus concrescens, coloris intensitate varius. Pori angulati l. subrotundi, hinc *B. cinnamomeum* Jacq. Coll. 1. p. 116. t. 2. diversum non censeo. *Ad terram arenosam & truncos Europæ, Asiæ, Americæ, frequens. Autumno, nec vere redivivus.* (v. v.)

14. *P. rufescens*, pileo coriaceo hirto stipiteque subbrevi rugosis rufescentibus, poris majusculis flexuosis laceris.

Sistotr. ruf. *Pers. syn. p. 550. Ic. pict. t. 6.*

Priori videtur admodum affinis. Stipes subtuberosus, crassiusculus. Pileus 2-4 unc. latus, infundibuliformis. Pori primo albidi, dein concolores. — Variat, uti duo sequentes, pileo subdimidiato. *Ad terram graminosam in Quercetis. Aut.* (v. ic.)

Huc melius inseruntur *Dædal. maxima* & *biennis*, quarum sinuli forsan a poris laceratis orti. Ex hac regione *Mich. t. 70. f. 4.*

15. *P. tomentosus*, inæqualis, pileo suberoso azono stipiteque tomentosis fulvis, poris minutis æqualibus albido-cinnamomeis.

Valde irregularis; plerumque cæspitoso-concrescens, imbricatus, subexcentricus, stipite brevi, sed & solitarius, stipite longiori; nunc centrali, nunc laterali. Substantia primo spongioso-mollis, priorum crassior. Pori semper rotundi, obtusi, integri. *In silvis ad terram, raro. Aut.* (v. v.)

16. *P. Schweinizii*, inæqualis, substipitatus, pileo suberoso tomentoso fusco-ferrugineo, margine subtusque sulphureo-virescente, poris magnis difformibus laceris.

Bol. Sistotrem. *A. S. p. 243. optime! — Mich. t. 70. f. 1.* & B. perennis *var. 2. Scop. p. 466.* affines.

Statura ingens, sed curta. Pileus nonnumquam pedalis & ultra, sæpe integer infundibuliformis, sed

propter situm arcte cæspitosum plerumque imbricatus; etiam plus minus dimidiatus; tomento molli, dein substrigoso. Pori pruina sulphurea evanescente pileo concolores. *In silvis umbrosis ad basin truncorum. Aut. in ver persistens.* (v. v.)

1. *Mich. gen. t.* 70. *f.* 9. (fulvus &c.)

2. Bol. strobiliformis. *Dicks. Cr. Br.* 1. *t.* 3. *f.* 2.

3. B. pellucidus. *With. arr.* 4. *p.* 309. aff. P. subsquam.

4. B. canalium. *Lour. Coch.* 2. *p.* 693. Minimus, glaber. Pileus umbilicatus, viscosus, lævis. albus. Pori angulati, marginales minimi. Stipes longus, tenuis, reflexus. *In tubis ligneis pluviam tectorum evacuantibus Cochinchinæ.*

5. Pol. lepideus *Fries Obs.* 2. *p.* 256. (Unicus.)

Bol. substrict. *Bolt. t.* 170. (Persoonio P. ovini variet.) *P. vario* v. *numulario* proximus. *B. deformis* Sch. t. 264 Pol. ovini potissimum monstrositas. — Cf. quoque Pol. leptoceph. — E descriptionibus synonyma ægre determinantur; tamen B. pictus *Schult. Starg. p.* 485 vix a P. perenni differt.

Trib. II. PLEUROPUS.

Pers. l. c. p. 520. - Pleur. *Nees Syst. p.* 220!

CHAR. Omnia ut in priori tribu, sed stipes proprie lateralis, subhorizontalis. *Diffornes, demum duri, truncicoli.*

1. *P. varius*, pileo rigido glabro lævi, poris minutis subrotundis pallidis, stipite brevi lævi pallido, deorsum abrupte nigro.

   a. pileo badio, lateritio &c. *Buxb. Cent. V. t.* 16. *f.* 2. B. aurant. *Schæff. t.* 110. B. elegans. *Bull. t.* 46. B. perennis. *Batsch. Cont.* 1. *f.* 129. B. durus. *Timm. meg. p.* 271. B. badius. *Pers. syn. p.* 523. B. variegat. *Sowerb. t.* 368.

   b. pileo pallide fuscescente, subgriseo & subvirgato. *Schæff. t.* 109. B. calceol. *Bull. Champ. p.* 338. *t.* 360, 445. *f.* 2. *Dec. fr.* 2. *p.* 120. *Bolt. t.* 168.

   c. pileo ochraceo, albido. B. lateralis. *Bolt. t.* 83. *Fl. Dan. t.* 1075. *f.* 1. optime. B. numul. major. *Sowerb. t.* 89. B. varius. *Pers. Obs.* 1. *p.* 85. *Syn. l. c.*

Maxime variabilis, sed præter notas allatas differt: substantia albida, juniori molli carnosa, dein valde dura; pileo non laccato; poris subinæqualibus curtis, sub lente denticulatis, intus demum aquose cinnamomeis, sed sporidia alba. — Præsens varietas valde difformis, 2-4 unc. circiter stipite sublaterali horizontali, subinde nullo, solitaria l. cæspitosa. *Ad truncos, frequens. Perennis* (v. v.)

β. *numularius*, tenuior, pileo regulari subcentrali pallescente, stipite perpendiculari.

B. numular. *Ball. champ. p.* 335. *Sow. l. c. fig. minor. Schrad. sp. p.* 152. *Pers. syn. p.* 519. *Nees f.* 214.

Certe prioris varietas. *Ad ramos.* (v. v.)

γ. *minimus*, &c. *Fr. Obs.* 1. *p.* 122.! *Ad stipites.*

Medius inter hunc & sequentem *Agaricus fulvus, stipiteram referens* Batt. p. 69. t. 35. Hunc simillimus fungus in Scania aliquoties repertus: Imbricatus, teneax, subflaccidus, pileo laterali (lobis circumscriptis quasi infundibuliformi) lævi sublivido, disco castaneo, stipite perpendiculari brevi punctato atro. *Ad Salices.*

2. *P. lucidus*, pileo suberoso stipiteque glabris nitentibus, poris minutis rotundis pallidis.

Fung. ventilabri &c. *Andr. Dendr. p.* 120. *R jl syn. p.* 11. *n.* 9. *Batt. t.* 36. *A.-D. Gled. meth. p.* 8. *d. Hall. helv. n.* 2293. Bol. flabelliform. *Scopol. & Auct. Vet.* B. variegat. *Schæff. t.* 263. B. nitens. *Batsch. f.* 225. B. obliquatus. *Bull. t.* 7. 459 B. vernicos. *Berg. phyt.* 1. *t.* 99. Agar. pseudo-boletus. *Jacq. Aust. t.* 41. B. rugosus. *l. c. t.* 169. *aliorumque.* B. crustatus. *Plan.* B. laccatus. *Timm* B. castan. *Web. hols. supl. p.* 13. B. dimidiat. *Thunb. Jap. t.* 39. B. vernicosus. *Brot. Lus. p.* 468. B. lucidus. *Leyss.-Curt. Lond. t.* 224. *Schrad. sp. p.* 165. *Sowerb. t.* 134. *Pers. syn. p.* 522. *Fl Dan. t.* 1253. (B. resupinat. *l. c. t.* 844. - *t.* 1557 monstros.)

Forma nulla constans; variat stipite cent ali, nullo & verticali; sæpius tamen lateralis, stipitatus, reniformis. Color junior albido-luteus, mox sanguineo-puniceus, dein castaneus, tandem nigres-

scens. Substantia dura, tenacissima, poris concolor & tenuior. Pileus rugosus stipesque laccato-nitentes. Pori æquales, tubulos longissimos formantes, demum pallide cinnamomei. *Ad truncos Quercus &c., Europæ, Asiæ in Japoniam, Amer. boreal.* (Swartz l. c. p. 15*) *Aestate.* (v. v.)

3. *P. Amboinensis*, pileo tuberculoso glabro cinereo dein nigro, poris exiguis albidis, stipite longissimo.

Fungus elatus cochl. *Rumph. amb. XI. p.* 128. *t.* 57. *f.* 1. Ag. amb. *Lam. Enc. I. p.* 49.

Priori affinis, itemque forma varius. Stipes spithamæus l. pedalis, tenuis, nunc obscure cinereus, nunc niger, interne spongiosus. Pileus lateralis, obliquus; sæpe oblongus, 8 unc. longus, 6 latus, valde contractus. Stipes ramulos ambit, inde ramosus l. c. f. 2, 3. *Ad ligna Amboinæ.* (v. ic.)

4. *P. pes Capræ*, pileis rotundatis atrofuscis, pluribus in stipite laterali cum poris amplis viridiflavo. *Pers. Ch. Commest. t.* 3.

Stipes simplex, pileos plures dimidiatos, postice gibbos, margine involutos sustinet. Caro alba, crassa. Forsan Favolus potius l. Merisma. *In pinetis Vosgesiis, autumno.*

Variant ultimi Mesopodes subinde dimidiati, & priores Apodum sectiones stipitati.

Trib. III. MERISMA.

CHAR. Fungi ramosissimi, imbricati, multiplices, sublobati; stipite sublaterali, passim obsoleto. Substantia carnosa, alba, sapore acidulo; demum fragiles. Pori decurrentes, tenues, inæquales, locis obliquis lacerati. Sporidia alba. *Maximi, cæspitosi, annui, ad bases truncorum obvii.*

* 1. *P. umbellatus*, ramosissimus, pileis integris umbilicatis, poris stipiteque albis.

a, pileo fuligineo-pallido. B. ramosiss. *Scop. Carn, p* 470. *Schæff. t.* 111, 265, 266. *Jacq. aust. t.* 172. *Lumn. Pos. p.* 327. B. umbellatus & polycephalus *Pers. syn p.* 519, 520. *Schult. starg. p.* 485. *Tratt. Essb. Schw. t. T. Nees syst. f.* 215.

b. pileo fusco-ochraceo, subrufo. B. ramosus. *Fl. Dan, t.* 1197. *Schum, Sæll. 2. p.* 383.

c. pallide luteus; albus. *Barr. Ic.* 1269, 1270.

Cæspites squarrosi, densi, spithamæi, forma varii, stipitibus ramosissimis, basi coalitis. Pilei plus minus depressi, ½ - 1 ½ unc. lati, numerosissimi, majores repandi l. incisi. Pori inæquales, etiam stipitem & ramos occupant. Caro mollis, esculenta. *In fagetis nemorosis, raro. Exeunte Sept.* (v. v.)

2. *P. frondosus*, ramosissimus, pileis dimidiatis rugosis fuligineo-griseis, poris albis.

Fung. esc. gen. XXI. monstrosum. *Clus. p.* 265. *J. Bauh. XL. c.* 45, 46. *Boce. Mus. t.* 304. *f.* 1. *Barr. ic.* 1272. *Sterb. t.* 28. *A.* Bol. spec. 9. *Gled. p.* 75. *Hall helv. n.* 2276. Fung. intybac. *Raji & Veter.* Bol. intyb. *Baumg. &c.* B. ramosiss. *Schæff. t.* 127-129 B. cristatus. *Gouan Monsp. p.* 462. B. frondosus. *Schrank. Fl. Dan. t.* 952. *Schrad. p.* 159! *Pers. syn. p.* 520. *Tratt. l. c. t. U.*

Pilei numerosissimi, dimidiati, in cæspitem convexum ½ - 1 pedalem condensati, imbricati, varie concrescentes, irregulares; primum tomentosi obscure fuliginei, dein glabri griseo-lividi; disco depressi, sursum dilatati (½ - 2 unc.) convexi; basi in stipitem porrecti, in radicem crassam confluentes. Pori vix fuscescentes ut *Sowerb. t.* 87. Caro & usus prioris, odor murinus. *Ad radices Quercuum. Sept. Oct.* (v. v.)

** 3. *P. confluens*, ramosus, pileis dimidiatis lævibus carneo-rufescentibus, poris albidis.

Bol. *A. S. p.* 244. Bol. frondos. *Swartz l. c. p.* 13.

Cæspites pedales & ultra, pileis fere ut in præc.; sed multo latioribus (5-6 unc.) lobatis, postice connatis; in stipites breves, pauciores, magis

distinctos, basi conjunctos productis. Cœlo sicco tessulato-rimosi evadunt. Substantia carnoso-fibrosa, sat tenax. Pori subæquales, expallentes. *In pinetis montosis Sueciæ & Lusatiæ. Aut.* (v. v.)

4. *P. giganteus*, imbricato-multiplex, pileis latissimis subzonatis rivulosis spadiceo-pallidis, poris inæqualibus pallescentibus.

Boce. Mus. t. 302. 2. *Barr. Ic.* 1268. Ag. multiplex. *Dill. giess. p.* 23. Bol. Sp. 8. *Gled. l. c. Hall. helv.* 2297 B. mesentericus. *Schæff. t.* 267. B. Acanthoides. *Bull. Ch. p.* 466. *t.* 486. *Dec. fr. 2. p.* 121. B. elegans *Bolt. t.* 76. B. imbricatus. *Sowerb. t.* 86. B. gigant. *Pers. syn. p.* 521. *Schum. p.* 383. *A. S. p.* 244.

b. Clav. æquivoca. *Holmsk. Ot. 1. t.* 13.

Caro prioris, odore acidulo. Cæspites maximi, 1-2 pedales & ultra, ramoso-imbricati, sublaterales. Stipes crassus, brevissimus, inæqualis, tuberosus, radicatus. Pilei flaccidi, spithamæi, forma varii; superficie floccis subtilibus fuscis granulosa, rigida; hinc sicca squamoso-fibrillosa; colore primo pallido, dein spadiceo discoque depresso nigricante. Pori minuti, tacti obscuriores, dein lacerati. *Ad basin truncorum Fagi &c. Aest.* (v. v.)

5. *P. cristatus*, imbricato-multiplex, pileis difformibus subtomentosis virescentibus, poris niveis dein laceratis sulphureis.

Bol. intyb. *Mapp. Als. p.* 9. *Hall. helv. n.* 2291. B. flabelliformis. *Schæff. t.* 113. mala. *B. cristatus. Schæff. t.* 316, 317. *Pers. syn. p.* 522. *A. S. p.* 245. *Nees syst. f.* 217.

Substantia priorum, color sequentis. Stipes lateralis, irregularis, pruinatus, albus, demum fuscus. Pilei subcarnosi, irregulares, lobati, involuto-concrescentes, villoso-pulverulenti, 3 unc. circiter lati, flavo-virentes. Pori inæquales, albidi, lacerati plus minus virentes. *In Fagetis umbrosis, rare. Aut.* (v. ic.)

*** 6. *P. sulphureus*, multiplex, subsessilis, pileis latis imbricatis glabriusculis flavo-rubellis, poris minutis planis sulphureis.

a. stipitatus. *Batt. t. 34. B!*

b. Fung. pern. gen. V. *Clus. Hist. p. 277. Sterb. t. 12. A. Buxb. C. V. t. 1. Dill. in Raji syn. p. 22. n 5. Hall. helv. n. 2277.* Bol. caudic. 2. *Scop. Carn. p. 524. Schæff. t. 131, 132. Fl. Dan. t. 1019.* B. coriac. *Huds.* B. tenax. *Bolt. t. 75.* B. lingua cervina. *Schrank.* B. citrinus. *Plan. - Pers. syn. p. 524. Nees syst. f. 219.* B. sulph. *Bull. Ch. p. 347. t. 429. Sowerb. t. 135. With. arr. 4. p. 331.* Sistotr. *Rebent. Neom. p. 376.*

Cæspites 1-2 pedales & ultra, pileis imbricatis, connatis, undulatis lobatisque, spithamæis & ultra, senio albescentibus. Substantia carnosa, junior sæpe lac sulphureum fundens, vetusta friabilis, nec "coriacea tenax." Duplex Schradero *spic. p. 158, 362*, Lumn. *pos. p. 526, 527 &c. Ad truncos Quercus, Fagi, Prunorum &c. frequens. Aest.* (v. v.)

7. *P. imbricatus*, multiplex, subsessilis, pileis imbricatis glabriusculis luteo-fulvis, poris minutis pallidis.

Bol. *Bull. Ch. p. 349. t. 366. Dec. fr. 2. p. 119. Schum. Sæll. p. 382.* Bol. amaric. *Pers. syn. p. 531.*

b. B. ramosus. *Bull. Ch. p. 349. t. 418. Dec. fr. 2. p. 114. Pers. syn. p. 549. Nees syst. t. 226.*

Proximus P. sulphureo, statura fere P. giganteo; carne, ut in reliquis, alba, amara, demum friabili. Pilei latissimi, concrescentes, sinuati undulatique, margine pallido; variant stipitati. Pori subæquales, pallescentes, dein rufescentes & pileo concolores. b mera monstrositas in cryptis. *Ad truncos vetustos Fraxini &c. rarior. Aut.* (v. v.)

Agar. tubæ fallopianæ &c. *Batt. p. 66. t. 32. B. (Buxb. C. V. t. 3. f. 2.)* — P. giganteo proximus.

Trib. IV. APUS.

Ag. Ord. II. *Mich. gen. p.* 118. *Batt. p.* 66. Bol. acaul. *Linn.* — *Schrad spic. p.* 166. — *Hall. helv. III. p.* 139. Retiporei. *Batsch. El. p.* 107. Apus. *Nees syst. p.* 220.

CHAR. Pileus dimidiatus, sessilis, lateralis, horizontalis l. effuso-reflexus, marginatus, subtus porosus. *Varii, lignatiles.* A) Annui. B) Perennes.

A. ANNUI. Substantia annua, quamvis nonnumquam per hiemem persistit. Pori stratu simplici; nec novum stratum quot annis super imponentes.

†. CARNOSI. *Schrad.* Annui; substantia carnosa, molli, fragili, alba; junior succulenta, vetusta fatiscente. Pileus azonus, subinde cum stipitis rudimento. Pori parvi, subirregulares, tenues, nudi, extus intusque albi. *Sporidia alba.*

* 1. *P. betulinus*, pileo carnoso glabro fusco-rufescente, vertice obliquo brevissime stipitato, poris inæqualibus albis.

B. suberosus. *Wulf. in Jacq. Coll.* 1. *p.* 344. Bol. bet. *Bull. Champ.* 348. *t.* 312. *Bolt. t.* 159. *Sowerb. t.* 212. *Fl. Dan. t.* 1254. *Pers. syn. p.* 535. *Dec. fr.* 2. *p.* 123. *Schum. p.* 388. *A. S. p.* 251.

Odor & sapor acidus. Pileus epidermide separabili rufescente tectus, magnitudine & forma varius, junior mollis subovatus absque poris, adolescens subreniformis, margine tumido succulento. Pori quidem separabiles, sed non tubulosi & a pilei substantia formati, ore dentato. *Ad Betulas, frequens. Aest.* (v. v.)

** 2. *P. spumeus*, albidus, pileo carnoso rugoso hispido obtuso, poris curtis subrotundis.

Bol. *Sowerb. t.* 211. (stipitatus.)

Major, 3 uncialis, crassus, junior mollis dein firmior. Pori mediæ magnitudinis; æquales, inte-

gri, non profundi. *Ad truncos Fagi, Betulæ. Aut.* (v. v.)

5. *P. chioneus*, albus, pileo carnoso lævi glabro, poris curtis exiguis æqualibus integerrimis. *Fr. Obs.* 1. *p.* 125.

Affinis priori. Caro mollis, aquosa, acidula, sapore stiptico. Pileus subtenuis, uncialis & ultra, azonus (junior pubescens?), margine tenui acuto, subinde stipitem lateralem brevem (*B. candidus* Pers. syn. p. 524?) exserens. Pori rotundi, demum convexus. Candidus, sed humore bibulus aquoseo-albidus. *Ad truncos Betulæ. Aut.* (v. v.)

4. *P. destructor*, albidus, pileo inæquali rugoso glabro, poris subrotundis obtusis.

Bol. *Schrad. spic. p.* 166. *Pers. syn. p.* 543. *A. S. p.* 254. b. B. sebaceus. *Leyss. Hall.* 1250. (albido-spadiceus.)

Fungus variæ figuræ, magis l. minus effusus, substantia molli, fibrosa; fungo exsiccato friabilis. Pori integri & laceri Odor gravis, sed non ingratus. *Ad "ligna putrida domestica." l. in silvis ad truncos udos pineos; etiam Amer. bor. Per annum.* (v. v.)

5. *P. lacteus*, candidus, pileo carnoso lævi pubescente, poris inæqualibus lacerisve.

Inodorus, parvus, triqueter, mollis, sapore stiptico. Pori plani, flexuosi, sed valde subtiles & profundi, in dentes omnino Sistotremoideos lacerati. Substantia poris angustior. *Ad truncos Fagi &c. Aut.* (v. v.)

6. *P. stipticus*, albidus, pileo carnoso glabro, margine rufescente, poris subrotundis.

Bol. *Pers. syn. p.* 525. *A. S. p.* 247.

Major, imbricatus, pileis 4 unc. circiter, basi gibbosis, 1 unc. fere crassis, subrepandis. Caro recens subtenax, odore nauseoso, sapore ingrato. Subinde virens l. flavescens. *Ad truncos Pini &c. Aut.* (v. v.)

7. *P. mollis*, pileo carnoso rugoso incarnato, poris inæqualibus subflexuosis albis.

Bol. *Pers. Obs. Myc. I. p.* 22. *Syn. p.* 526. *A. S. p.* 247. Dædalea. *Fries Obs.* 1. *p.* 109.

Caro fibrosa, mollis. Pileus triqueter, subhumidus, basi effusus, margine acutus; variat imbricatus. Pori tenues, angusti, alii rotundi, alii longi flexuosi, dentati, etiam pallide incarnati. *Ad truncos Pini. Aest. &c.* (v. v.)

β. Substrigosus, minor, pileo convexo æquali, poris majoribus subæqualibus. *A. S. p.* 247.

8. *P. cæsius*, pileo carnoso subsericeo albido-cæsio, poris exiguis laceratis albis.

Bol. albidus. *Schæff. t.* 124. *Sowerb. t.* 226 B. cæsius. *Schrad. spic. p.* 167. *Pers. syn. p.* 526. *Schum. Sæll. p.* 389. *A. S. p.* 247. *Swartz l. c. p.* 83.

c. albus, poris cœrul. B. candid. *Roth. Cat.* 1. *p.* 144.

Caro tenuis, tenax. mollis. Pileus $\frac{1}{2}$ - 2 unc. latus, cæsius l. cœruleus, forma varius, nunc effuso-reflexus, nunc triqueter, subinde "stipitatus, pileo integro infundibuliformi." Pori plani, exigui, lacerati, ut in Sistotremate Pers. — b crassior, margine obtuso. *Ad truncos Pini, Aut. b. Fagi.* (v.v.)

β. P. cœruleus, pileo glabro cœruleo-glauco, subtus cinereo-pallido &c. *Schum. l. c. p.* 387. *Quercu.*

9. *P. tephroleucus*, pileo carnoso villoso griseo, poris rotundis elongatisque integris albis.

Antecedentibus major. Caro primo subgelatinosa, dein firmior, sed mollis fragilis. Pileus sæpe seriato-confluens, inæquabilis azonus, subtus planus. Pori prioris majores, tubulos longos formant, numquam lacerati. *Ad truncos Pini, Fagi. Aut.* (v. v.)

10. *P. alutaceus*, alutaceus, pileo carnoso subvelutino, poris exiguis rotundis æqualibus.

Substantia obsolete zonata, mollis, fragilis. Pilei sæpius connati, triquetri, reniformes, obtusi, 1 unc. lati & crassi. Pori integerrimi, tubulos longos formant. *Ad truncos Fagi, Pini. Aut.* (v. v.)

*** 11. *P. resinosus*, pileo carnoso dein suberoso subtomentoso fusco-rubiginoso, poris minimis pallidis.

Bol. velutinus. *Fl. Dan. t.* 1130. B. resinosus & rubiginosus. *Schrad. p.* 171, 108. B. fuscus. *Pers, syn. p.* 527. *Swartz l. c. p.* 87.

b. flavo-ferrugineus. B. velut. *Schum. p.* 386.

Pileus crassus, rugoso-vulosus, junior rubiginosus, etiam succum resinosum fundens. Pori rotundi, æquales, obtusi, tubulos longos formant, intus demumque fuscescentes. Major in arboribus frondosis, minor in pinetis — Ambigit inter hanc & sqq. 2 sectiones. *Ad truncos. Aut.* (v. v.)

††. SUBCARNOSI. *) Annui; substantia carnoso-lenta, tenaci, pileo concolore, vetusta putrescente. Pileus subazonus, villosus, pilis brevibus, simplicibus. Pori parvi, subrotundi, extus intusque colorati, juniores pruinati.

---

*) Serosi his maxime affines; at substantia suberosa, pileus setis rigidis longis subramosis densissime obsitus. — *Species omnes tropicæ, Favolis* 10-12 *proximæ*, subfuscæ *l. ferrugineæ. Sequentes apud Auctores allatæ vix omnes inter se distinctæ*:

a. *P. ursinus*, fuscus, pileo suberoso tenui, setis longissimis, poris minutis elongatis flexuosis *Link diss. I. p.* 38. (Bol.)

Strigæ $\frac{1}{2}$ unc. & ultra longæ, crassæ, opacæ, e floccis funium instar compositæ. Pileus 3 unc. latus, longusque. *E Brasilia.*

b. *P. vulpinus*, ferrugineus, pileo suberoso tenui, setis longis fuscis, poris minutis rotundis distantibus. *Link l. c.* (Bol.)

Reliqua prioris. *E Brasilia.*

* 1. *P. hispidus*, pileo carnoso-fibroso crasso villoso ferrugineo, poris secedentibus pallidis.

Batt. t. 33. *f. D.* - *H.* B. villosus. *Huds.* B. hirsutus. *Scop.* B. spongiosus. *Lightf.* B. hispidus. *Bull. Ch. p.* 351. *t.* 493. (ruber) 210 (luteus) *Bolt. t.* 161. *Pers. syn. p.* 526. *Dec. fr. 2. p.* 120. *A. S. p.* 248. B. velutinus. *Sowerb. t.* 345.

Substantia spongiosa, humida, concolor. Pileus 4-6 uncialis, variat lutescens & fuscus. Pori subrotundi, æquales, exigui, tubulos longos (an genuinos?) formant. *Ad truncos Quercus, Mali &c. raro. Aestate.* (v. v.)

** 2. *P. nidulans*, pileo suberoso-carnoso molli villoso, poris inæqualibus fulvo-testaceis.

B. versicolor. *Schæff. t.* 136.

Color varius, plerumque ochroleucus (Schæff. l. c. f. 2, 3, 5); sed etiam rubens (l. c. f. 1, 4, 6) ferrugineo-fulvus &c. Substantia mollissima, elastica, concolor. Pileus plerumque elongatus, magnitudine varius, (etiam resupinatus) $\frac{1}{2}$ - 1 unc. crassus. Pori profundi, rotundi, oblongi quadranguli, flexuosi. *Ad Fagos, Betulas. Aut.* (v. v)

---

c. *P. crinitus*, badius, pileo pilis rigidis flexuosis fuscis, poris minutissimis. *Spreng. in V. A. H.* 1820. *p.* 61. *E Portoricco.*

d. *P. Hydnoides*, subferrugineus, pileo plano, setis longis ramosis nigris, poris tenuissimis. *Bol. Swartz Fl. Ind. Occ. p.* 1924.

Subreniformis, versus marginem leviter repandus flaveosus, squamis adpressis lacinatis ferrugineis. *In truncis Jamaicæ.*

e. *P hydnatinus*, pileo suberoso plano fusco, setis brevibus ramosis, poris perexiguis distantibus ferrugineis. *Bose. l. c. t.* 4. *f.* 2. (Bol.)

Reniformis. Fibræ (setæ) adplanatæ. Pori rotundi. Idem ac d? *Ad truncos Carolinæ.* (v. ic.)

f. *P. pellitus*, pileo coriaceo plano strigoso zonato atro, poris tenuissimis fuscis. *Mey. Ess. p.* 304.

5. *P. rutilans*, pileo carnoso-fibroso molli glabro rufescente, poris nitidis ferrugineis.

Bol. rutilans. *Pers. ic. & descr. t. 6. f. 4. Syn. p. 525.*

Antecedentis forsan varietas. Pileus mollis, subfragilis, convexus, basi subeffusus, margine obtuso inæquali. Pori juniores albido-micantes, mox pileo concolores, medii, interdum flexuosæ. *Ad truncos "Quercus," Sorbi &c. Aut.* (v. v.)

4. *P. cuticularis*, pileis carnoso-suberosis tomentosis ferrugineis, poris nitidis griseo-ferrugineis.

Bol. cutic. *Bull. Ch. p. 350. t. 462. Dec. fr. 2. p. 119.* B. impuber. *Sowerb. t. 195.* B. triqueter & alneus. *Pers. syn. p. 528. Obs. Myc. 1. p. 86. A. S. p. 248, 249. Swartz l. c. p. 83, 84.*

Imbricatus, concrescens, obsolete zonatus, inæqualis, subtriqueter, basi subeffusus; variat "stipitatus" & resupinatus; tomento strigoso l. velutino, demum evanescente. Pori parvi, subrotundi, cinereo-pruinosi, versus lucem inspecti micantes; demum nudi, laceri. Substantia fibrosa dura; sed non nisi emortua persistit. *Ad truncos Pini, Quercus, Fagi & præcipue Alni, ubique. Aut.* (v. v.)

*** 5. *P. crispus*, pileis carnoso-tenacibus rugosis cinereo-nigricantibus, margine tenui crispo, poris majusculis argenteo-cinereis.

Bol. *Pers. Obs. 2. p. 8. A. S. p. 249. — Syn. p. 529.*

Imbricatus, tenuis, subinde resupinatus, obsolete zonatus. Pori sequentis multo majores, acuti, inæquales. Color fuligineus, margine nigrescente. *Ad truncos. Aut.* (v. v.)

6. *B. adustus*, pileis carnoso-tenacibus villosis pallidis, margine stricto nigrescente, poris minutis rotundis cinereis.

B. fuscoporus. *Plan. Erf. p. 26.* B. suberosus. *Batsch. Cont. 2. f. 227 (226)* B. pelleporus. *Bull. Champ. p. 165. t. 501. f. 2. Dec. fr. 2. p. 115.* B. adustus. *Willd. Ber. p. 392. Lumn. Pos. p. 526. Schrad.*

spic. p. 168. *Pers. ll. ec. A. S. l. c. Swartz. l. c. p.* 85. B. concentricus. *Schum. Sæll. p.* 387. — Poria argentea. *Ehrenb. silv. Ber. p.* 17. (status junior.)

b. pileo flavescente. B. carpin. *Sowerb. t.* 231. *Pers. l. c. Swartz l. c.*

Imbricatus, magnitudine varius, subrugosus, obsolete zonatus, tomento tenui obductus. Pori curt, rotundi, obtusi, æquales, primo argenteo micantes, dein obscure cinerei subnigricantes. *Ad truncos, ubique. Aut. in ver persistens.* (v. v)

7. *P. dichrous*, pileis carnoso-tenacibus effusis reflexis sericeis albis, poris rotundis fusco-cinnamomeis. *Fries Obs.* 1. *p.* 125.

Bulliard aliique sub priori comprehendere videntur, tamen certe distinctus. Valde effusus, imbricatus, mollis, tenax, obsolete zonatus, totus candidus, præcipue intus. Pori curti, æquales, obtusi. *Ad truncos Fagi, Betulæ. Aut.* (v. v.)

8. *P. amorphus*, pileis carnoso-tenacibus effuso-reflexis sericeis candidis, poris minutis flavis.

Poria nitida. b. *A. S. p.* 253. — *Fries Obs.* 2. *p.* 258.

Bella atque diversissima species, P. nitido non affinis, quamvis resupinata reperitur. Pilei imbricati, molles, subzonati, demum postice obscuriores. Pori priorum, læte flavi, sed juniores rore albido obducti. *Ad truncos Pini & Abietis frequens. Aut. seriori.* (v. v.)

9. *P. croceus*, pileo carnoso-suberoso effuso-reflexo tomentoso lutescente, poris majusculis inæqualibus croceis.

Buxb. C. V. t. 3. *f.* 1? Pol. *Pers. Obs.* 1. *p.* 87. *Syn. p.* 525. Pol. *Fries Obs.* 1. *p.* 124.

Sectio singula magis magisque in Resupinatos transit. Junior resupinatus, demum reflexus, 3 unc. & ultra latus, tomento crocco evanescente tectus. Substantia fibrosa, humida. Exsiccatus subnigre-

scens." *Ad truncos cariosos Quercus raro. Aut.* (v. v.)

†††. SUBSUBEROSI. Annui; substantia carnoso-suberosa firma, elastica, alba. Pileus crassus, rarissime effusus, aut glaber in speciebus poris intus lutescentibus, aut subvillosus, quando pori intus albidi. Pori pallescentes, nudi (nec juniores pruinati.)

1. *P. soloniensis*, pileo suberoso-carnoso fusco, epidermide laevata, poris flavescentibus.

Ag. *Dub. Fl. Orl.* 177. Bol. *Dec. fr.* 6. *p.* 41.

Species incomplete descripta, sed huc locandam vix dubito, ob substantiam siccam plus carnosam, quam lignosam, exsiccatam non putrescentem; tamen annuam. Semiorbicularis, diametro pedali. Incoli *Chavancelle* dicunt & ad fomitem parant. *Ad truncos circa Sologne Galliæ.*

2. *P. ulmarius*, pileo carnoso-suberoso azono glabro pallido, poris exiguis helvolis.

Bol. *Sowerb. t.* 88.

Sessilis, dilatatus, crassus, 3-4 uncialis, tuberculosus. Pori tenuissimi, æquales, intus lutescentes. Huc, nec ad Suberosos refero ob substantiam albam & similitudinem cum sequenti *Ad truncos Ulmi campestris.* (v. ic.)

3. *P. officinalis*, pileo suberoso-carnoso ungulato zonato glabro, poris lutescentibus.

Αγαρικον. *Diosc. Hist. III. c.* 1. Agaricus. *Mathiol. p.* 413. *Cæsalp. p.* 620. *Dod. pempt.* 486. *Sterb. t.* 27. *C. p.* 246–250! *Mich. gen. t.* 61. *f.* 1. *Seg. Veron.* 1. *p.* 21. *Hall. helv. n.* 2284! Bol. Agaric. *All. ped. p.* 2748. *Berg. mat. med. p.* 860! B. Laricis. *Jacq. misc. II. p.* 164–210. *c. ic! Bull. Ch. p.* 353. B. purgans. *Pers. syn. p.* 531. B. officinal. *Vill. Delph. p.* 1041.

Odor farinæ recentis, sapor amaricans nauseosus. Substantia mollis, lenta, alba; sicca spongio-

sa, demum friabilis. Pileus varius, crassus, tuberculosus, zonis lutescentibus & fuscescentibus variegatus. Pori tenues, colore argillaceo, fuscescente &c. Usus, præcipue apud veteres, in medicina multiplex, frequens. *Conf. ll. cc.! In montibus subalpinis ad Larices Europæ australis, &c.* (v. s.)

4. *P. borealis*, albus, pileis fibroso-suberosis mollibus subvillosis, demum subfulventibus, poris tenuibus inæqualibus.

Recens inodorus, siccus odorem aniseum debilem spargit. Imbricatus, subconcrescens, 2 unc. & ultra latus & crassus, superne convexus, nunc velutinus, nunc strigosus, margine acuto, subtus planus. Pori albi, lacerati, sinuosi & subrotundi, angustissimi, tubulos longos formant — Multa cum priori communia ejusque forsan *succedaneum!* Forsan *B. albus.* Schæff. t. 314. *Ad truncos Abietis in montosis uliginosis Suiolandiæ. Aut.* (v. v.)

5. *P. suaveolens*, pileo carnoso-suberoso azono villoso albo, poris majusculis fuscescentibus.

Sterb. t. 27. *D.* ("Odor Iridis florentinæ"). *Buxb. Cent. V. t.* 5. — *Hall. helv.* 2280. Bol. suav. *Linn. Suec. Wulf. in Jacq. Coll. II. p.* 147. *Enslin. diss. c. ic. Sowerb. t.* 228. *Willd. Ber. p.* 392, *Pers. syn. p.* 530. B. suberosus. *Bolt. t.* 162.

Odor gratus, aniseus. Pileus subsolitarius, crassus, azonus, 2-4 unc. latus. Pori obtusi, opaci; in superficie plana rotundi æquales, in declivi inæquales. Usus in medicina forsan; & ad odorem gratum conciliandum. Cf. *Linn. Fl. lapp. Ad Salices v. gr. albam, capream &c. Aut. hieme.* (v. v.)

β. *P. salicinus*, submollis, glaber, albidus, poris demum rufis. *Bull. t.* 433. *f.* 1. *Sowerb. t.* 227.

Fide Persoonii huc retuli, diversus tamen videtur nec ulla de odore mentio. Cf. Bull. Ch. p. 540. Huc & *B. albus*, Huds. *Cum priori.* (v. ic.)

6. *P. populinus*, albus, pileis carnoso-suberosis azonis velutinis, poris parvis rotundis.

Bol. *Schum. Sæll. p.* 384. varietas videtur.

Antecedenti, cui affinis, minor, subinodorus, imbricatus, concrescens, poris curtis minoribus æqualibus albis. Pileus singulus $\frac{1}{2}$ unc. latus. *Ad truncos Populi nigræ, 'albæ'* Aut. (v. v.)

7. *P. fumosus*, fuligineo-pallidus, pileis carnoso-fibrosis undulatis, poris curtis minutis.

Bol. *Pers. syn p.* 530. *A. S. p.* 250. *Fr. Obs. 2. p.* 257.

Cæspitosus, imbricato-connatus, albidus, fumo griseo quasi obductus. Substantia subzonata, odore nullo distincto. Pilei crassiusculi, 2-4 unc. lati, superficie glabra l. sericea. Pori æquales. — b.) minor, pileis griseo-lividis, poris albis. — c.) tenuis, pileis sordide *testaceis*, margine lato porisque albis. *Ad Salices. b. Fagum silvaticam Autumno.* (v. v.)

8. *P. pubescens*, albus, pileis carnoso-suberosis zonatis villosis, poris planis subrotundis.

Ag. favoginos. *Batt. p.* 70. Bol. pubesc. *Schum. p.* 384. — Polyp. *Fries Obs. 1. p.* 126.

Imbricatus, raro solitarius, 1 $\frac{1}{2}$ unc. & ultra, demum præsertim margine lutescens. Pori curti, minuti, subrotundi. *Ad truncos Betulæ. Aest.* (v. v.)

†††. CORIACEI. Substantia suberoso-coriacea, tenax, elastica, alba, annua. Pileus sæpius zonatus & villosus. Pori rotundi l. angulati, parvi, intus *albi*. Sporidia alba. (*Juniores non succulenti; neque vetusti fatiscentes l. friabiles, sed putrescentes.*)

* 1. *P. hirsutus*, albidus, pileo coriaceo-suberoso strigoso zonato, poris rotundis obtusis fuscescentibus.

Raji syn. p. 24. *n.* 17. B. Favus. *Nonnull.* B. hirsutus. *Schrad, spic, p.* 169. *Wulf. in Jacq. Coll. IV. p.* 149.

Utrinque fere planus, reniformis, sæpe imbricatus, 2 unc. circiter longus, 1 ½ unc. latus, zonis concoloribus, strigis demum obscurioribus. Substantia tenax, mollis. Pori medii, æquales, demum cinerei; variant lutei, sed intus semper albi. *Ad truncos frequens. Aestate, Aut.* (v. v.)

2. *P. velutinus*, albidus, pileo suberoso-coriaceo tenui velutino subzonato, poris rotundis albis.

a. albus. B. velutinus. *Pers. syn. p.* 539. *Swartz in Vet. Ac. Handl.* 1810. *p.* 90. *Cf. A. S. p.* 253.

b. lutescens. B. lut. *Pers. l. c. Swartz l. c.*

Pileus junior convexus, dein depressus, tenuis, albus l. lutescenti-pallidus, 2 uncialis circiter. Pori parvi, æquales, sordide albi l. lutescentes. *Ad truncos varios. Etiam Americæ. Vere, Aut.* (v. v.)

3. *P. zonatus*, pileo suberoso-coriaceo subzonato villoso, basi tuberculoso, poris subangulatis albicantibus.

a. pileo griseo, margine albo. *Batt. t.* 35. B. *Hall. helv. n.* 2281. B. angul. *Schum.*

b. pileo cinereo, margine lutescente. *Hall. helv.* 2283. B. placenta. *Schum. p.* 387.

c. ochraceus, fasciis cinereis (poris luteis) B. multicol. *Schæff. t.* 269. B. zonat. *Nees syst. f.* 221.

d. pileo ochraceo. B. ochr. *Pers. syn. p.* 539.

Colore admodum variat, tamen a sequenti affini certe distinguitur pileo crassiore, convexo, postice tuberculoso, minus cæspitoso. Tomentum evanescens. *B. versicolor* Scop. huc potissimum. *Ad Populi tremulæ &c. truncos. Aestat. Aut.* (v. v.)

4. *P. versicolor*, pileis coriaceis villosis subcœruleis variegatis, poris rotundis albis.

Fung. nox. g. 4. *Clus. p.* 277. *Bocc. t.* 8. *n.* 5. *Sterb. t.* 27. *K.* Fung. arb. &c. *Raji Hist. II. p.* 109. *Batt. t.* 35. *A. Hall. helv.* 2282. B. vers. *Linn. Suec.* 1254. *Bull. Ch. p.* 367. *t.* 86. *Bolt. t.* 81. *Fl. Dan. t.* 1554. *Sowerb. t.* 229, 387. *f.* 7. *Pers. syn.*

p. 540. **B. atro-rufus.** *Schæff. t.* 268. **B. imbricat.** *Scop. Carn. p.* 468. B. plicatus. *Schum. p.* 389.

Cæspitosus, subimbricatus, tenuis velutinus nec strigosus, margine sæpe glabriusculo pallido. Pori albidi, nitidi. Variat colore alutaceo; etiam zonis rufis, ferrugineis, lutescentibus, albis; in fodinis stipitatus e. s. p. *Humb. fr. p.* 74. *Ad truncos Europæ, Asiæ, Americæ ubique. Aestate, Aut.* (v. v.)

β. P. fuscatus, azonus, fuscus, poris dentato-laceris luteis. *Fries Obs. 2. p.* 257.

5. *P. Stereoides*, pileo coriaceo pertenui pubescente zonato griseo, poris minutis difformibus albis. *Fries Obs. 2. p.* 259.

Proximus P. abietino. Vix cæspitosus, tamen imbricatus, ½ unc., zonis depressis concoloribus. *Ad truncos aviegnos.* (v. v.)

** 6. *P. radiatus*, pileis coriaceis radiato-striatis subvelutinis fusco-lutescentibus, poris exiguis.

Batt. t. 35. *C.* Bol. radiat. *Sowerb. t.* 190. *Swartz in Vet. Ac. Handl.* 1810. *p.* 86.

Imbricatus, uncialis, e basi ferruginea radiatus, versus marginem sinuosum pallidiorem subzonatus. Pori minimi, rotundi, albi l. sordide flavi. *Ad truncos arborum. Aut.* (v. v.)

7. *P. castaneus*, pileo subcoriaceo planiusculo glabro castaneo, poris minimis luteolis.

B, populneus. *Poll. pl. nov. p.* 34.

Caro alba. Sapor amarus, gratus. Pileus reniformis, vix 2 lin. crassus, in centro obscure, in ambitu languide castaneus. Pori curti, marginales obsolete spadicei. Affinitas dubia. *Ad Populos nigras Italiæ. Vere.*

8. *P. pallescens*, pileis subcoriaceis glabris azonis pallide ochraceis, poris æqualibus.

Bol. pellepor. *Sowerb. t.* 250. — *Fr. Obs.* 2. *p.* 256.

Imbricatus, 2 uncialis, lævis, subinde zonatus & *B. imberbi* Bull. (vide sub Dæd.) simillimus. Pori curti, minuti, rotundi, alboflavi. *Cum P. radiato.* (v. v.)

9. *P. membranaceus*, albus, pileis tenuibus radiatis, demum glabris, poris difformibus erosis.

Bol. *Swartz. Fl. Ind. Occ. III. p.* 1922.

Imbricatus, uncialis & ultra, planus; junior radiatim striatus, villosus. Substantia tenuissima, alba. Pori curti, albidi, margine laceri. *Ad truncos Jamaicæ.*

10. *P. Neesii*, albus, pileis coriaceis lævibus glabris, poris subrotundis exiguis.

Ab antecedentibus diversissimus. Substantia suberosa, tenacissima, vix lineam crassa. Pilei subeffuso-reflexi, imbricati, varie concrescentes, subazoni. Pori semper integri, obtusi, sed vix æquales. *In fagetis, rarior. Aut.* (v. v.)

11. *P. serialis*, seriato-confluens effuso-reflexus, pileo suberoso tenui scrobiculato testaceo, margine porisque inæqualibus albis.

Nulli affinis. Pileus molliusculus, flexilis, rugosus, obsolete strigosus, ½ unc. latus, sed in series 1-3 pedales confluens. Pori adscendentes, in parte reflexa subrotundi, in effusa irregulares, latere hiante. Odor Pol. marginati. *Junior* totus albus, obsolete zonatus. *Ad truncos abiegnos. Aut.* (v. v.)

12. *P. abietinus*, effuso-reflexus, pileo coriaceo villoso albido, poris dentatis subviolaceis.

Buxb. Cent. V. t. 8. B. dubius. *Plan. Erf. p.* 27. Hydn. parasiticum. *Timm. Willd. Ber. p.* 1149. Agar. decipiens. Willd. in *Ust. Ann. IV t.* 2. *f.* 5. *Róm. Fl. Eur. p.* 39. *c. ic.* Bol. decip. *Liljebl.* Hydn. decipiens. *Schrad. spic. p.* 180. *Dec. fr.* 2. *p.* 112. Bol. abietin. *Dicks. Cr.* 3. *t.* 9. *f.* 9. *Pers. Obs.* 1.

p. 24. *Syn. p.* 541. *Dec. fr.* 6. *p.* 40. Sist. violaceum. *Pers. syn. p.* 551. *Swartz. l. c.* 1810. *p.* 241. Bol. incarnat. *Schum. Sæll. p.* 391. *Fl. Dan. t.* 1298.

Imbricatus, tenuis, superne cinereo-albus, putrescens virens, margine sæpe undulatus. Variat totus resupinatus. Pori juniores integri, angulati, dentati, subpurpurei; dein expallentes lacerati. *Ad truncos dejectos abiegnos, ubique. Aut.* (v. v.)

1. Agaricus pulvinar. *Batt. t.* 69. Albus, glaber.

2. B. corisceus. *Batsch. Cont.* 1. *f.* 127. glaber, ochraceo-fuscus, subfasciatus, postice atrofulvo, poris majusculis griseis.

3. B. purpurascens. *Dec. fr.* 2. *p.* 41. Merulius?

†††† SUBCORIACEI. Omnia ut in Coriaceis, sed substantia & pori intus rubri.

1. *P. sanguineus*, miniatus, pileo coriaceo tenui plano glabro, poris minutissimis.

B. sang. *Linn. Sp. Pl. II. p.* 1646. *Swartz. Obs. Bot. p.* 408. *t.* 11. *f.* 4. *Pers. syn. p.* 541. B. ruber. *Lam. Enc. I. p.* 50. Polyp. sangu. *Mey. Essequ. p.* 304. *

Subreniformis, nitens, obsolete zonatus, uncialis usque pedalis. Pori nudo oculo vix conspicui, versus marginem evanescentes. — b. pileo zonis flavis variegato Mey. l. c. *Ad truncos Surinami, Indiæ occidentalis, Cap. B. S.* (Thunb.) *&c.* (v. s.)

2. *P. cinnabarrinus*, cinnabarrinus, pileo suberoso ruguloso, poris rotundis conspicuis.

Fung. nox. g. 24. sp. 2. *Clus. l. c.* (coccineus). Fung. colore chermes no. *Androv. Dend p.* 119. *Hall. helv. n.* 2285. Bol. cinn. *Jacq. Austr. t.* 304. *Pers. syn. p.* 540. *A. S. p.* 254. *Swartz l. c. p.* 90. B. coccin. *Bull. Ch. p.* 304. *t.* 501. *f.* 1. *Dec. fr.* 2. *p.* 115.

Pileus crassiusculus, leviter convexus, 4 unc. usque latus, obsolete zonatus, junior pubescens, dein glaber. Pori mediæ magnitudinis. *Ad truncos "Pruni," Betulæ, Fagi, Sorbi &c. passim, etiam Amer. borealis. Aut.* (v. v.)

Ab utroque antecedentium differt *B. sanguineus* Vill. Delph. p. 1041 (superne ruber, membrana papillata viscosa tectus, poris fulvis.)

B PERENNES I. SUBEROSI. Substantia sicca, firma, lignosa i. suberoso-floccosa, poris concolor, per plures annos persistens. Pileus pulvinatus, durissimus, obsolete zonatus. Pori minimi, semper æquales, intus colorati, stratosi. *Sporidia plerumque ferruginea.* (Bol. sp. 12. *Gled. meth. p.* 78.)

* 1. *P. roseus*, durus, pileis triquetris lævibus roseis fuligineis, poris intus roseis.

Bol. roseus. *A. S. p.* 251.

Totus roseus, etiam intus, sed undique fuligine, præsertim secus fascias pilei (2-4 unc. lati, $\frac{1}{2}$-1 unc. crassi) conspersus. Margo subacutus. *Ad truncos abiegnos in montosis Lusatiæ, Smolandiæ, raro. Perennis.* (v. v.)

2. *P. marginatus*, durus, pileo pulvinato tuberculoso fulvo, margine stillante porisque pallidis.

Bol. fulvus. *Schæff. t.* 262. B. margin. *Pers. Obs. 2. p. 6. Syn. p.* 554. *Swartz l. c. p.* 87.

Ungulæformis, 4 uncialis fere, etiam rufus, semper glaber. Pori minimi, rotundi, primo albidi nudi, dein intusque citrini, tubulos longos formant. *Ad truncos Fagi, Betulæ, Pini, Pyri &c.; etiam Americæ. Perennis.* (v. v.)

3. *P. pinicola*, durus, pileo pulvinato-dilatato inæquabili nigrescente, margine cinnabarrino, poris rotundis ochroleucis.

Bol. semiovoideus. *Schæff. t.* 270. B. igniar. *Fl. Dan. t.* 953! *Pers. Obs. 2. p.* 5. *Syn. p.* 534. B. elliptic. *Pers. Comm.* B. sanguin. *Liljebl.* B. pinicola. *Swartz l. c. p.* 88.

Plerumque solitarius, valde dilatatus, postice gibbosus. Pori curti!, æquales, exigui; juniores albidi, mox citrini; demum emortui (quales in sta-

tis interioribus) pallide cinnamomei. *Ad truncos Abietis, Betulæ &c. Perennis.* (v. v.)

4. *P. odoratus*, durus, pileo pulvinato rugoso rubiginoso, basi umbrino-nigrescente, margine porisque subtetragonis cinnamomeis.

Bol. annulatus. *Schæff. Fung. t.* 106. B. odoratus. *Wulf. in Jacq Coll. II. p.* 150. *Pers. syn. p.* 532.

b. monstrosus, in ramos corniculatos abiens. Ceratophora Fribergensis. *Humb Frib. p.* 112. *t.* 1. B. ceratoph. *Hoffm. Comment. Gott. XII. p.* 33. *t.* 6. *Veg. Crypt. Subt. p.* 1. *t.* 1—5. Helv. subterran. *Houtt. Pflanz. syst. XIII. t.* 105. *f.* 3.

c. monstrosus, pulvinatus &c. B. polymorph. *Hoffm. l.c.*

Odor gratus. Superne obsolete zonatus, subinde resinosus, 2-3 uncialis. Pori plani, æquales, denticulati, primo lutescentes albo-pruinosi. Monstrositates in cryptis (A. S. p. 250) & fodinis; huc pertinere detexit Schrader (spic. p. 170). *Ad truncos abiegnos. Perennis.* (v. v. in Blekingia.)

5. *P. annosus*, durissimus, pileo pulvinato glabro fusco-nigricante, margine porisque pallidis.

Lente increscit, non tamen poris stratosis, 3 unc. fere crassus, & 4 unc. latus. Substantia suberoso-floccosa, fomiti inepta. Margo obtusus. Pori majusculi ut in priori, sed rotundi, ligneo-pallidi. Membra, a serpentibus vulnerata, hoc fungo fumant Rustici nostrates. Hædum, in ore ictum, brevi exinde sanatum vidi. *Ad truncos Betulæ. Perennis.* (v. v.)

6. *P. fasciatus*, durus, pileo lævi fusco-ferrugineo nigro-fasciato, poris tenuissimis albidis.

Bol. Swartz. *Fl. Ind. Occ. p.* 1922.

Pulvinatus l. planus, depressus, solitarius, sed ab uno alterove minore supra quasi accreto inæqualis; intus pallide fuscus. Pori oculo armato subpubescentes. *Ad caudices Jamaicæ.*

** 7. a. *P. fraxineus*, durus, pileo crasso glabro ex albido sublateritio, poris minutis subferrugineis.

Bol. *Bull. Ch. p.* 341. *t.* 433. *f.* 2. *Dec. fr.* 2. *p.* 118.

Substantia crassa, subrutila, antecedentis mollior. Pileus junior & margine albus, subzonatus. Pori curti, rotundi. — In Suecia, ubi semel legi, multo minor, mollior (junior forsan) uti sequens. *Ad Fraxinos. Perennis.* (v. v.)

7. b. *P. dryadeus*, pileo explanato molli tuberculoso subcinnamomeo, margine tumido porique parvis albidis, dein fuscescentibus.

Bol. pseudo-igniarius. *Bull. t.* 458. *Dec. fr.* 2. *p.* 116. Bol. dryad. *Pers. Obs.* 2. *p.* 3. *Syn. p.* 537.

Odor acidulus. Passim imbricatus, 3 unc. latus, 1 unc. crassus, zonis ferruginascentibus obsoletis. Pori curti, sequentis paulo majores, intus ferruginei. A sequenti, cui maxime affinis, differt, ut P. marginatus a P. pinicola; etiam margine stillante observatur. *Ad truncos Quercus. Perennis.* (v. v.)

8. *P. fomentarius*, pileo subtriquetro glabro fuligineo-canescente, intus molli, margine porisque minimis pallido-glaucis, dein ferrugineis.

Igniarii. *Cæsalp. p.* 620. *J. Bauh. Hist. XL. c.* 48. *Tourn. Inst. R. H. t.* 330. *Batt. t.* 37. *E. Hall. helv.* 2288. B. fomentar. *Linn. Suec. p.* 453. *Willd. Ber. p.* 390. *Sowerb. t.* 133. *Pers. Obs.* 2. *p.* 1. B. igniarius. *Scop.* 2. *p.* 469. B. ungulatus. *Bull. t.* 491. *Dec. fr.* 2. *p.* 116.

b. dilatatus, planiusculus, rufescens. B. lipsiens. *Batsch. C. I. f.* 130. B. applan. *Pers. l. c. p.* 2.

c. monstrosus, cylindricus. *Batt. t.* 37. *F.*

Magnus, extus durus obsolete fasciatus, præcipue versus marginem zonis cinereis & nigricantibus. Pori stratosi, tubulos longos tenuissimos formant, nudi. Substantia spongiosa, fulva; *pro fomite* aptissima. In Hæmoragiis laudatus, Cf. *Berg. Mat.*

Med. p. 863, Retz. Fl. Oec. e. s. p. *Ad truncos Fagi, copiose. Perennis.* (v. v.)

9. *P. nigricans*, durissimus, pileo pulvinato crasso concentrice sulcato nigro, margine porisque exiguis ferrugineis.

Substantia durissima, lignosa, pro fomite omnino inepta, tenuis; tamen pileus ob poros stratosos longissimos crassus, obtusus, zonis concoloribus, 2-3 unc. — Variat totus resupinatus. — Bull. t. 401. hunc satis refert. Descr. *B. ungulati* Pers. huc fere, locus sequentis. *Ad truncos Betulæ, nec alibi. Perennis* (v. v.)

10. *P. igniarius*, durus, pileo crasso obtuso sublævi e ferrugineo-cinereo, margine porisque convexis exiguis cinnamomeis.

Marsig. diss. t 24. Ag. igniarius. *Batt. t.* 37. *H.* Bol. ign. *Linn. Suec.* 1256. exclus. descr. Hydni imbricati. *Bull. Champ. p.* 361. *t.* 454. *Sowerb. t.* 132. B. fulvus. *Willd. Ber. p.* 391. B. ungulatus? & obtusus. *Pers. Obs.* 2. *p.* 4, 5. Cf. *A. S. p.* 252. — *Mich. t.* 62. resupinatus.

b. minor, subperpendicularis. *Mich. t.* 61. *ord.* 2. B. fulvus. *Scop. Carn.* 2. *p.* 469. B. pomaceus. *Pers. Obs.* 2. *p.* 5. B. strigosus. *Schult. Starg. p.* 488. (Junior enim fungus fulvo-strigosus!)

Certe a P. fomentario diversus substantia tenui duriori & pro fomite longo viliori, incremento lento, forma, colore e sordide ferrugineo fuscescente l. cano, superficie tam fungi junioris quam adulti, poris e. s. p. *Ad truncos Salicum, Fraxini &c. b. in Ceraso, Pruno insititia, spinosa &c., frequens. Perennis.* (v. v.)

11. *P. Ribis*, fulvo-ferrugineus, pileo subtenui applanato subvelutino, poris curtis exiguis æqualibus.

Polyp. *Hall. helv.* 2286. Bol. Ribis. *Schum. Sæll.* 2. *p.* 386. *Dec. Fr.* 2. *p.* 41. Ag. *Dub. Orl. p.* 178.

Imbricatus, inæqualis, 4 unc. usque latus, substantia spongiosa molli luteo-fulva, haud crassa &

basi sæpe margineque tenuioribus. Junior velutinus sublutescens, dein glabriusculus, subzonatus, demum virore suffusus. Pori plani, 1 lin. longi. Fomiti inservit. *Ad radices Ribis rubri &c. frequens. Perennis.* (v. v.)

12. *P. conchatus*, durus, pileo tenui effuso-reflexo sulcato spadiceo, poris exiguis cinnamomeis.

Bol. Pers. Obs. Myc. 1. *p.* 24. *Syn. p.* 538. *A. S. p.* 252. *Dec. fr.* 6. *p.* 42.

Polyporo igniario maxime affinis, sed tenuior minor fasciis concentricis quasi imbricatis sulcatus, subtus concavus, margine acuto. *Ad truncos Salicis, "Fagi." Perennis.* (v. v.)

*** 13. *P. microporus*, durus, pileo effuso-reflexo rugoso pallido, poris pallidis fuscisve.

Poria IV. *Brown Jam. p.* 77. Bol. microp. *Swartz Fl. Ind. Occ. III. p.* 1925.

Difformis, rigidissimus, maginibus reflexis undulatis, intus albescens. Pori nudo oculo non distinguendi; sub lente inæquales, angulati, acuti. *Ad truncos Jamaicæ.*

14. *P. supinus*, durus, resupinatus, marginatus, pallidus, poris minimis cinereo-fuscis.

Pol. *Swartz Fl. Ind. Occ. III. p.* 1926.

Semirotundatus, effusus, 2-uncialis, subtus minute tuberculosus, margine obtuso, intus ferrugineus. Pori sub lente rotundi obtusi. *Cum priori.* (v. s.)

15. *P. salicinus*, durus, late effusus, resupinatus, submarginatus, undulato-rugosus, cinnamomeus. — *Pers. syn. p.* 543. (Bol.)

Pedalis & ultra, sæpe interruptus, glaber, lignosus. Pori rotundi, æquales, alii ob situm obliquum hiantes. *Ad Salices. Perennis.* (v. v.)

16. *P. cryptarum*, coriaceo-spongiosus effuso-reflexus tenuis fuligineo-ferrugineus, poris aliis rotundis aliis hiantibus.

Bol. *Bull. Champ. p.* 350. *t.* 473. *Pers. syn. p.* 542. *Dec. fr.* 2. *p.* 114. *Nees syst. f.* 221.

Pilei imbricati, basi effusa concrescente, tenues, læves, poris pallidioribus. Sericeo-tomentosus, subzonatus, lacrimans. *Schum. Sæll. p.* 389. — Similem in Suecia lectum dedit b. m. Acharius, sed substantia lignosa, pileo rubiginoso. — *In Gallia ad trabes in cryptis. Perennis.* (v. ic.)

1. *P. Gelsorum.* Ag. stratosus. *Batt. t.* 57. *D.* Truncatus obtusus fuscus, poris albis. *Ad Moros.*

2. Ag. igniarius; margine aureo. *Batt. t.* 35. *E.*

3. *P. Pandani*, pileo pulvinato, poris tenuissimis rubentissimis. B. igniar. *Lour. Coch. p.* 693.

4. *P. verruculosus*, coriaceus, cano-brunneus, pileo plano tuberculoso zonato tomentoso. *Mey. Ess. p.* 303.

Dubiæ tribus sunt B. fuliginosus. *Scop.* B. carolinianus. *Walt. p.* 262. B. fibula. *Sow. t.* 387. *f.* 8. Monstrositates dubias e locis subterraneis (*B. fodinalis, pulvinatus* &c. Humb. Frib. p. 96 sq.) studio omisimus.

Trib. V. RESUPINATUS.

Superne porosi. *Hall. helv. p.* 139. *Schrad. ep. p.* 172. Poria. *Hill. Pers. disp. p.* 29. *Resup. Nees Syst. p.* 222.

CHAR. Resupinatus, effusus, totus fere poris pertusus, pileo obliterato ubique adnato, *immarginato*, in ambitu sæpe byssino. *Species nulla a me visa suberosa l. vere perennis.*

Obs. Ponendi sunt limites tribuum, quæ naturales insuper esse debent, neglecta forma externa sæpius fallaci, stricti & acuti; hinc quodque individuum resupinatum huc referri nequit. Plurima jam attuli exempla.

† Poris intus coloratis. * *fuscis, ferrugineis &c.*

1. *P. spongiosus*, effusus, coriaceo-spongiosus, ferrugineus, poris rectis rotundis minutis.

Bol. *Pers. syn. p.* 543. B. resupin. *Bolt. t.* 165.

"Nunc in cæspitem crassum crescit, nunc fere crustaceus. Pori tubulos longissimos formant, totum fungum constituunt. *In Anglia circa Halifax.* (v. ic.)

2. *P. contiguus*, longe effusus, crassus, glaber, ferrugineus, poris majusculis æqualibus.

Bol. *Pers. syn. p.* 544.

Tres unc. fere longus, 1 unc. latus, $\frac{1}{2}$ unc. crassus. Pori ad latera majores. — Si *A. S. p.* 255 idem (pileo marginato), potius ad Apodes subcarnosos pertinet. *Ad palos, &c.*

3. *P. ferruginosus*, effusus crassus, ferrugineo-spadiceus, poris subrotundis inæqualibus.

Bol. *Schrad. spic. p.* 172. *Pers. l. c. Fr. Obs.* 2, *p.* 264.

Inæqualis, sæpe interruptus, durus, $\frac{1}{2}$ - 1 unc. crassus, omnino excarnis. Pori mediæ magnitudinis, subobliqui, acuti. *Ad truncos alneos. Aest* (v. v.)

4. *P. obliquus*, latissimus, spadiceus, margine erecto cristato, poris minutis.

Bol. *Pers. syn. p.* 548. *Swartz l. c. p.* 91.

Durus, contiguus integros truncos sæpe incrustans, 2-4 lin crassus, margine admodum peculiari, sed omnino *spurio*, in perfectis cinctus. Junior pallidus, dein brunneus, tandem niger. Pori totum fungum constituunt, nulla membrana juncti, e situ nunc longissime decumbentes sparsim prominuli, nunc regulares, pentagoni, obtusi integri. In genere notæ indæ desumtæ nihil valent. *Ad truncos. Aest.* (v. v.)

5. *P. subspadiceus*, effusus, tenuis, albido-fuscus, ambitu tenui byssino albo, poris minutis inæqualibus. *Fries Obs.* 2. *p.* 263.

A priori diversus tenuitate & margine, poris curtis rectis etiam inæqualibus, membrana junctis. *Ad truncos dejectos Fagi. Aest.* (v. v.)

6. *P. rufus*, effusus coriaceus rufus, poris minutissimis rotundatis. *Schrad. l. c.*

Pori 2-lineares, subrotundi, acuti. Color totius fungi rufus. *Ad cortices putridos.*

** *poris intus luteis, violaceis, rubellis.*

7. *P. xanthus*, elongatus, immarginatus, luteus, poris minutis subrotundis. *Fries Obs.* 1. *p.* 128.

Totus e poris subhorizontalibus, P. obliqui similibus, constitutus, 2-3 unc. longus, 2 lin. crassus. *Ad asseres putridos. Aest.* (v. v.)

8. *P. nitidus*, effusus confluens, flavus, in ambitu sterilis sublobatus pallidior, poris rectis subrotundis.

Bol. *Pers. Obs. Myc.* 2. *p.* 15. *t.* 4. *f.* 1. *Syn.* 547. *Fr. Obs.* 1. *p.* 262.

Pori membrana arcte adnata coriacea glabra juncti. Margo junior pubescens, non genuinus. *Ad ligna Fagi. Aest.* (v. v.)

9. *P. violaceus*, effusus, dilute violaceus, in ambitu integer pallidior, poris mediis subrotundis. *Fr. l. c. p.* 263. (A S. p. 258.)

Subrotundus, uncialis, lævis, margine subpubescente. Pori membrana impositi. *Ad ligna.* (v. v.)

10. *P. purpureus*, latissimus purpureus expallens, in ambitu inæqualis albus, poris mediis inæqualibus obtusis. — *Hall. helv.* 2274!

Valde elegans, 4-12 unc. longus & latus, sæpe interruptus, membranaceus, in ambitu vix glaber. Pori vix lineares. *Ad truncos dejectos cariosos Fagi. Aest.* (v. v.)

11. *P. incarnatus*, effusus, coriaceus, persistens, glaber, incarnatus, poris inæqualibus.

Bol. *Pers. syn. p.* 546. *Dec. fr.* 6. *p.* 40. Polyp. *Fries Obs.* 2. *p.* 262.

Lævis, firmus, 1-4 unc. longus, vix unc. latus, immarginatus. Pori recti obliquique. Vix A. S. p. 258 hujus loci. *Ad ligna Pini. Aest.* (v. v.)

12. *P. rhodellus*, effusus, membranaceus, subfugax roseus, in ambitu leviter pubescens, poris subrotundis obtusis. *Fries Obs.* 2 *p.* 261.

Albido-roseus, tactu obscurior, 2 unc. longus & ultra, arcte adnatus, digito tritus evanescens. *Ad ligna faginea, raro. Aest.* (v. v.)

†† Poris intus albis. * *Firmiores, ambitu simplici.*

13. *P. medulla panis*, effusus, subundulatus, durus, glaber, siccus, albus, poris mediis.

Hall. helv. 2272. Bol. *Jacq. Misc. I. p.* 141. *t.* 11. *Bolt. t.* 166. *f.* 1. *Pers. syn. p.* 522. *A. S. p.* 256.

b? *Schum. Sæll. p.* 390. B. firmus. *Spreng. Mant.* 1. *p.* 23.

Quot auctores hanc speciem memoraverunt, tot fere diversæ species. Pori subrotundi, e situ nunc recti, nunc obliqui. Noster crassus, subexcarnis, e poris elongatis compositus. *Ad ligna prostrata, rarior.* (v. v.)

Varietatem terrestrem subhumidam molliusculam difformem commemorant A. S. l. c.; alias distinctum censerem *Mich. t* 63. *f.* 2. & *Batt. t.* 33. *f. D.*, quorum hic radicibus maximis instructus & tactu rubet.

14. *P. tuberculosus*, effusus, carnosus, tuberculosus, glaber, albidus subincarnatus, poris mediis.

Bol. *Dec. fr. 6. p.* 40.

Crusta sat crassa, ovalis, usque 4-5 unc. longa, adnata, in ambitu inæqualis subsinuosa, glabra. Superficies hinc inde tuberculosa, poris in tuberculorum apicibus nullis, ad latera eorum obliquis. — *Poria tuberculosa* Pers. Obs. 1. p. 14, in fodinis lectis, dubia. Cf. Dec. latissima. — *Ad truncos Quercus inter muscos in Jura.*

15. *P. vitreus*, effusus, carnosus, undulatus, aquose albidus, subhyalinus, poris minimis.

Bol. sp. XI. *Gled. meth. p.* 77. Poria vitrea. *Pers. Obs.* 1. *p.* 15. Bol. *Syn. p.* 545. Polyp. *Fr.* 2. *p.* 265.

Late & inæqualiter effusus, crassiusculus, humidus glaber, margine tenui villoso candido. Pori e situ recti l obliqui. *Ad truncos cariosos Fagi. Vere in autumnum.* (v. v.)

16. *P. vulgaris*, longe effusus, tenuis, siccus, lævis, albus, poris exiguis æqualibus.

B. medulla panis. *Auct. - Lumn. pos. p.* 526. B. papyrae. *Schrank Bav. p.* 618. B. inversus. *Vill.* B. cellulosus. *Fl. Dan. t.* 716. *f.* 1. B. proteus. *Bolt. t.* 166. B. tunicatus. *Schum. p.* 391.

Ad longitudinem usque pedalem effusus, lævis, $\frac{1}{2}$ lin. crassus, detritus immutabilis, nec nisi in frustulis a ligno separabilis; margine præcipue junioris tenuissime pubescente. Pori recti l obliqui, subrotundi. *Pervulgatus ad ligna dejecta pinea &c.; etiam supra folia. Per totum annum.* (v. v.)

β. P. calceus, late effusus, innatus, tenuis, candidus, poris exiguis longissime hiantibus.

Potius propria species. Latissime & irregulariter effusus, a matrici neutiquam solubilis, $\frac{1}{2}$ lin. vix crassus; sed durissimus, ferme perennis; margine nullo. Proprie lævis, nisi alia corpora v. gr. Lichenes incrustat. Pori vix tubulos formant, toti hiant. *Ad truncos Pini.* (v. v.)

17. *P. callosus*, longe effusus, tenax, secedens, glaber, albus, poris rotundis obtusis.

Odor acidulus. Crusta tenuis, coriacea, adnata quidem, sed integra a ligno separavi potest, lævis, immarginata. Pori æquales, obtusi, mediæ magnitudinis. *Ad asseres &c.* (v. v.)

18. *P. sinuosus*, effusus, tenuis, tenax, secedens, glaber, pallidus, poris variis flexuosis.

Valde effusus, subcoriaceus persistens, ligneo-pallidus l. albidus, subtus glaber fuscescens radicatus, in ambitu junior leviter pubescens. Pori majusculi, pauci angulati, plurimi elongati flexuosi, sub lente dentat., sed non laceri. Odor gratus subdulcis. *In ligno Pini, raro. Aest. &c.* (v. v.)

19. *P. vaporarius*, seriatus, tenuis, siccus, albo-pallescens, poris magnis laceris.

Bol. *Pers. syn. p.* 546. *A. S. p.* 256. Pol. *Fries 2. p.* 260!

Firmus, persistens; sed vix integer a ligno separabilis, glaber, inodorus. Immersum nondum reperi, sed pileum formantem, totum tamen a tubulis compositum & a priori tribu facile distinctum. Pori angulati. *Ad ligna Pini; rarius Populi &c.* (v. v.)

20. *P. Cerasi*, orbicularis, dein confluens, albus, in ambitu tomentosus, hymenio sinuoso-poroso, poris laceratis.

Bol. XI. a. *Gled. meth. p.* 77. Odontia. *Pers. Obs. 2. p.* 16. Sistotr. *Syn. p.* 552. *Fries Obs. 2. p.* 267. Hydn. *Dec. fr. 6. p.* 36.

Adnatus, sat tenuis, elegans. Tam affinitas, quam hymenii junioris indoles huc referendum esse suadent. *Ad truncos "Cerasi," Betulæ albæ. Aestate, autumno.* (v. v.)

** *Tenuiores; juniores byssacei; dein centro porosi & in ambitu subfimbriati.* (Porothelia! Merulii **)

21. *P. mucidus*, effusus, mollis, candidus, ambitu byssino, poris subrotundis.

Pers. Obs. Myc. 1. p. 87. *Syn. p.* 546. *A. S. p.* 256.

Suberoso-carnosus, plerumque humens, 5-6 unc. longus, $\frac{1}{2}$ unc. crassus; sed variat etiam minor & tenuior. Pori etiam angulati, mediæ magnitudinis; demum & laceri. *Ad truncos cariosos pinios, rarior. Per annum.* (v. v.)

22. *P. Radula*, effusus, mollis, albus, subtus villosus, poris angulatis dentatis.

Poria. *Pers. Obs. Myc.* 2. *p.* 14. Bol. *Syn. p.* 547.

Indeterminatus, 1-3 unc. longus, $\frac{1}{2}$ unc. & ultra latus, secedens, margine byssino haud admodum lato. Substantia subtomentosa persistens. Pori medii l. majusculi, congesti, acuti. — Varietates plures: b. *virgineus*, tenuis, niveus, immutabilis, poris pubescentibus e. s. p. *Ad ligna & ramos.* Aest. sq. (v. v)

23. *P. micans*, effusus, tenuis, carneo-pallidus, ambitu byssino albicante, poris variis acute angulatis. *Ehrenb. silv. Ber. p* 30

Suborbicularis, confluens. Pori sæpe hexagoni, micantes, margine tenuissimis acutis crenatis. *In ramo quercino Aug.*

24. *P. sanguinolentus*, effusus confluens albidus, ad tactum cruentatus, ambitu byssino evanescente, poris parvis. — *A. S. p.* 257.

Specimina plura conferte nascuntur, orbicularia, dein in crustam latam confluunt. Junior byssinus, dein di co glaber, tandem totus villo obductus; variat tenuis & sat crassus. Pori minuti, subrotundi, integri demum vero sublacerati. *Ad truncos varios & terram udam sat frequens. Vere-Aut.* (v. v.)

25. *P. terrestris*, effusus, byssinus, delicatus, albus, centro poris perexiguis, dein rufescentibus.

Bol. *Pers. ic. pict. t.* 16. *f.* 1. *Dec. fr.* 6. *p.* 39!

Substantia byssina, adeo delicata, ut ad aëris contactum convolvitur & digito pressa faciem mutat. *Ad terram locis humidis &c.* (v. ic.)

26. *P. Vaillantii*, effusus, byssinus, costatus, albidus, poris hinc inde conglomeratis majusculis, sæpe oblongis irregularibus.

Vaill. *Bot. Par. p.* 41. *n.* 8. (*t.* 8. *f.* 1.) *Hall. helv.* 2273. Ag. cryptarum. *Palis. Beauv. in Ann. Mus.* 8.

p. 346. *t.* 57. *f.* 2, 3. Bol. Vaillantii. *Dec. fr.* 6. *p.* 38. B. macrorhizus. *Ach. in litt.*

Membrana late effusa, tenuis, byssacea, contigua, hinc inde costis (Rhizomorpham acrustaceam eximie referentibus) percursa & radicata, alba "aut parum rufescens." *Ad truncos vetustos & terram. Aest.* (v. v.)

27. *P. molluscus*, effusus, tenuis, mollis, albus, ambitu fibrilloso, poris tenuibus inæqualibus.

Bol. *Pers. syn. p.* 547. *A. S. p.* 259. *Schum. Sæll. p.* 391. *Fl. Dan. t.* 1299. Bol. medulla panis. *Swartz in V. A. H.* 1810. *p.* 91.

b. tenuissimus. B. med. pan. *Sowerb. t.* 326. P. epiphylla. *Pers. Obs.* 2. *p.* 15. *A. S. p.* 259.

Junior & in ambitu Himantiam eandem Pers. refert, fibrillis longis fimbriatus, demum pallescens l. flavescens. Pori medii, subrotundi & angulati, ob tenuitatem sublacera. Formæ plures; b. diversa forsan species. *Uterque in truncis, folia putrida &c. Per annum.* (v. v.)

28. *P. farinellus*, pulverulentus tenuis fugax albus, poris inæqualibus.

Exacte refert Theleph. cretaceam, crusta pulverulenta tenuissima dispersa interrupta, trita evanescente; sed poris subrotundis & variis integris, tenuissimis, nudis dignoscitur. *Ad ligna Fagi. Aestate.* (v. v.)

1. B. molluscus *Nees Syst. f.* 223. poris rubris.

2. Bol. latus. *Sowerb. t.* 387. *f.* 9.

VI. C. POLYSTICTA.

CHAR. Resupinatus, effusus, tenuis, subimmarginatus, poris superficialibus, nullos tubulos formantibus. *Pori etiam distant, ut in Porotheliis; sed in superficie lævi nec papillis siti.*

1. *P. P. corticola*, effusus, firmus, glaber, albus, punctis confertis nudis.

Duplex status lectus: a) *populneus*, særiato-elongatus, confluens, crassior, adhærens, tuberculosus, pallescens, margine spurio tumido villoso, punctis rotundis æqualibus. b) *fagineus*, latissime effusus, adnatus, tenuis, lævis, candidus, ambitu extenuato, punctis integris. *Ad cortices putridos. a. Populi. b. Fagi. Per annum.* (v. v.)

2. *P. P. reticulatus*, tenuissimus, byssinus, fugax albus, poris distantibus cupulæformibus pulverulentis *Nees syst. f.* 225.

Vide *Synonym.* sub Merul. fugaci var. β., quæ delenda. Elegantula, subdeterminata, superficie reticulato-scrobiculata, recens candida, dein expallens. *Ad ligni Pini &c. Aest.* sq (v. v.)

Huc spectat forte Agar. ord. V. Mich. gen. p. 121. - cujus species inquirendæ. De prima vide p. 580; secunda (*l. c. t.* 63. *f.* 2.) nigra, radices plantarum incrustat.

VII. BOLETUS. Dill.

Fung. esc. gen. XVI. (pern. XIX) *Clus. p.* 272. **Fungor. ord.** IV. *Vaill. p.* 58. Suillus. *Mich gen p.* 126! *Juss. gen. p.* 6. Ceriomyces. *Batt Hist p.* 62. Boleti spec. *Linn. gen.* 1075. — A. *Pers. syn. p.* 505. *Nees Syst. p.* 213. Polyporus. *Haller.* Agarici sp. *Lamark.* Hypodrys *Pers. Ch. Com.*

CHAR. Hymenium e propria substantia formatum, a pileo discretum, totum e tubulis in statum porosum connexis compositum. Tubuli integri a se invicem separabiles, longi, cylindrici l. angulati, pervii, intus ascigeri. Asci cylindrici, sporidiis exiguis subglobosis. — Stipes centralis, sæpe reticulatus. Pileus carnosus, mollis, hemisphærico-explanatus. Pori, ut ex errore optico dici solent, dissepimento duplici. Velum multis præsens.

HIST. Plinius, Cæsalpinus, Porta aliique Suillos vocant; Boleti (a voce græca *βωλος*) vero Romanorum fungi terrestres & speciatim Ag. cæsareus; Tournefortio Phalloidei; Michelio Morchellæ. Fungi solitarii, terrestres, succulenti, partibus eximie discretis & regularibus omnium, me judice, perfectissimi. Genus illustravit Michelius, obfuscarunt (Neesio in multis excepto) reliqui. Fistulinæ unice affine. Ut Berberideæ a Rhamnoideis, ut Potentillæ a Ranunculis, sic a Polyporis differt. Species omnes junxit Gleditsch Meth. fung. p. 62 sp. 1.); distinguunt duas annulatam & exannulatam Buxbaum (*Ephem. Nov. Nat. Cur.* 1. *p.* 34) & Scopoli (Fl. Carn. p. 473); genuinas Bulliard & Schrader; e notis superficialibus plurimi.

A. CORTINARIÆ. Velum præsens, sæpius fugacissimum. Stipes solidus. Tubuli lutei l. ferruginei. Sporidia subochracea; in argillaceum, virescentem l. ferruginascentem colorem simul tendentia. — *Spec.* 1, 2. *tubulis in stipite adnatis, velo annulato;* 3, 4 *tubulis adnatis, velo viscoso fugaci;* 5-12 *tubulis adnatis, velo fugacissimo marginali;* 13-16 *tubulis subliberis (a stipite discretis), velo obsoleto* (Pratellinæ.)

* 1. *B. luteus*, pileo glutine fusco secedente oblinito, tubulis adnatis rotundis luteis, stipite firmo annulato apice punctato.

Buxb. Cent. V. t. 14. B. luteus. *Linn. Suec.* 1247. *Schæff. t.* 114. *Sowerb. t.* 265. *Schrad. sp. p.* 142. *Fries Obs.* 2. *p.* 242. B. annulatus. *Bull. Ch. p.* 316. *t.* 332. *Bolt. t.* 169. *Fl. Dan. t.* 1135. *Nees syst. f.* 204. Id. & B. cortinatus. *Pers. syn. p.* 503. B. flavus. *With.* B. annul., decurrens, elegans. *Schum. Sæll. p.* 373, 374.

Stipes 2 unc. circiter longus, $\frac{1}{2}$ unc. & ultra crassus, æqualis, pallidus, præcipue supra annulum membranaceum albo-fuscescentem punctis scabro. Pileus compactus, 2-4 unc. latus, glutine secedente flavescens, virgatus & maculatus. Tubuli demum

obscuriores, ore minuto æquali. Sporidia ochraceo-ferruginea. *In pinetis alibique, sæpe viarum comes, Europæ, Asiæ, Americæ. Autumno.* (v. v.)

2. *B. flavidus*, pileo viscoso sordide flavo, tubulis adnatis angulatis sordide flavis, stipite tenui lævi, annulo viscoso.

Hall. helv. 2301. B. luteus. *Lumn. Pos.* 526. ex descr. — B. flav. *Fries Obs.* 1. *p.* 110.

Stipes 2-3 unc. longus, 2-3 lin. crassus, deorsum attenuatus, supra annulum glandulis fugacibus modo notatus. Pileus 1-2 unc. latus, glaber, minus viscosus, raro virgatus, variat planus & umbonatus. Tubuli plani, subdecurrentes, e brevioribus compositi, ore angulato, prioris duplo majori. Sporidia pallidiora *In pinetis locis subhumidis, præcipue ad paludum margines. Aug.-Oct.* (v. v.)

** 3. *B. granulatus*, pileo glutine fusco secedente collinito, tubulis adnatis majusculis subsimplicibus luteis, stipite punctato-scabro.

Mich. t 69. *f.* 1. B. granulatus. *Linn. spec Plant. II. p.* 1647. B. flavo-rufus, aureus, ferrugineus. *Schæff. t.* 125, 115, 126. B. inquinans. *Schrad. spic. p.* 144. B. cirrinans. *Pers. syn. p.* 505. *Nees syst. f.* 205. *p.* 215 eximie!

Gregarius. Stipes 2 unc. & ultra longus, 3-6 lin. crassus, sæpe deorsum attenuatus, junior albidus, dein flavescens, squamulis primo pallidis dein nigris superne scaber. Pileus compactus, 2-3 unc. latus, mollis, flavus, junior vero glutine fusco collinito subrufus, glutine secedente stramineus subvirgatus. Caro luteo-alba, immutabilis. Tubuli plani, angulati, ore sæpe granulato l. guttato. Sporidia ochraceo-ferruginea. Edulis. Persoon. *In silvis passim copiose* (v. gr. Ölandia, Visingsö); *etiam Americæ. Aest. Aut.* (v. v.)

Huic utique proximus *B. lactifluus*. With. arr. IV. p. 320, *Vaill. par. p.* 59. *n.* 7, *Hall. helv. n.* 2305.)

4. *B. bovinus*, pileo subviscoso gilvo, tubulis adnatis compositis, primo griseo-flavis, dein ferrugineascentibus, stipite lævi.

B. bovin. *Linn. Suec.* 1246. *Fries Obs.* 1. *p.* 112. B. gregarius. *Fl. Dan. t.* 1018. B. circinans. *A. S. p.* 239.

Gregarius. Stipes 2 unc. longus, æqualis, subtenuis, glaber, pileo dilutior. Pileus prioris tenuior, planiusculus, humidus viscosus; sed gluten tenue, nec ut in priori coloratum, 2 unc. latus. Caro albida, immutabilis. Tubuli 2-3 lin. longi, subgrisei, leviter decurrentes, convexi, angulati, magni, e 3-4 minoribus compositi. Sporidia pallide ochracea *In pinetis borealibus, vulgatissimus. Aest., aut.* (v. v.)

*** 5. *B. piperatus*, pileo glabro flavo-gilvo, tubulis adnatis majusculis ferrugineis, stipite lævi intus basique flavissimo.

Bol. n. 6. *Nonne Erf. p.* 331. B. piperatus. *Bull. Ch. p.* 318. *t.* 451. *f.* 2. *Sowerb. t.* 34. *Schrad. spic. p.* 143. *Pers. syn. p.* 507. *Dec. fr.* 2. *p.* 125. *Swartz in V. A. H.* 1810. *p.* 9. *Nees syst. f.* 207. B. ferruginatus. *Batsch. Cont.* 1. *f.* 28.

Sapor acris; caro flava, immutabilis. Stipes 1½ unc. longus, 3-4 lin. crassus, fragilis, apice subpruinatus, sordide flavescens, basi compressa succum luteum fundit. Pileus primo convexus, dein planus, subirregularis, 1-3 unc. latus, humidus etiam viscosus. Tubuli subdecurrentes, plani, angulati. Sporidia subferruginea. *In silvis, ericetis &c., vulgaris; etiam Americæ. Aest. aut.* (v. v.)

6. *B. variegatus*, pileo fasciculato-piloso obscure luteo, tubulis adnatis rotundis minutis ferrugineis, stipite lævi firmo.

B. reticulatus. β. *A. S. p.* 240 bene! B. variegatus. *Swartz l. c. p.* 8. *Fries Obs. Myc. I. p.* 117.

Stipes firmus, 2-3 unc. longus, ½ unc. & ultra crassus, æqualis, flavus, raro rufescens. Pileus con-

vexo-planus, 3-5 unc. latus, sæpe humidus, margine acuto, in juniori evidenter cortinato. Caro lutea, plus minus cœrulescens. Tubuli angusti, obtusi, ore inæquali. Sporidia ochracea, subargillacea. *In pinetis, frequens. Jul.-Oct.* (v. v.)

B. reticulatus. *Pers. syn. p.* 508 species omnino dubia. *Schæfferi t.* 108 tubulis liberis B. edulis varietatem sistit.

7. *B. Sistotrema*, pileo plano glabro cartaneo-rufo, tubulis inæqualibus dentato-gyrosis luteo-fulvis, stipite longo lævi. *Fries l. c. p.* 120.

Stipes 2-4 unc. longus, tenuis, subrufescens. Pileus 2-3 unc. latus, mollis, utrinque planus. Hymenium Merulii fere lacrimantis, Tubuli 1 lin. tantum longi. *In silvis gregarie, at raro. Aut.* (v. v.)

8. *B. parasiticus*, pileo convexo glabro fuligineo, dein tessulato-rimoso, tubulis decurrentibus minutis aureis, stipite lævi incurvo.

Bull. Ch. p. 317. *t.* 451. *f.* 1. *Dec. fr.* 2. *p.* 127.

Stipes tenuis, 2 unc. longus, basi subattenuatus, luteus, cute elastica ætate rupta lacerata. Pileus fuscescens, subvaccinus, 1-2 unc. latus. *In Sclerodermate verucoso Galliæ.* (v. ic.)

9. *B. lividus*, pileo convexo-plano glabro, carne lutea virescente, tubulis decurrentibus brevibus luteis, stipite lævi.

Bull. Ch. p. 327. *t.* 490. *f.* 1.

Stipes 2 unc. longus, gracilis, deorsum subattenuatus. Pileus tenuis, subcomplanatus, demum depressus, nunc cinereo-fulvus, nunc sordide rufescens, plerumque fuligineo-lividus. Tubuli rotundi, æquales. *Locis humidis paludosis, rarior. Aug.-Oct.* (v. v.)

10. *B. subtomentosus*, pileo pulvinato sicco subtomentoso, tubulis adnatis magnis angulatis luteis, stipite firmo lævi.

Vaill. par. p. 59. *n.* 5. Ceriomyces corticem mali p nici &c. *Batt. p.* 64. *Hall. helv.* 2311. B. subtom. *Linn. Suec.* 1251. *Pers. Obs.* 2. *p.* 9. *Syn. p.* 506. *Fries Obs.* 1. *p.* 113. *Tratt. Essb. Schw. p.* 100. *t* Q. *Nees syst. f.* 206. *Mart. Erl. p.* 444 B. cupreus & crassipes. *Schæff. t.* 133 113. B. communis. *Bull. t.* 393. B. chrysenteron. *Bull. Ch. p.* 328. *t.* 490. *f* 3. *Schrad. spic. p.* 144. *Schum. Sæll. p.* 376. B. bovinus. *Schum. l. c. Fl. Dan. t.* 1074. B. luteus. *Bolt. t.* 84. *fig. media.*

b. pileo sanguineo glabro. *Hall. helv.* 2313. B. sanguin. *With.* 4. *p.* 319. B. commun. *Sow. t.* 225.

Magnitudo & color pilei gilvus, olivaceus, fuscus, vaccinus, æneus e. s. p. variat. Stipes subæqualis, flavo-ruber, rigidus, glaber. Pileus siccus in areolas polygonas dehiscit, in cute subrubens. Caro flava, sæpe cœrulescens. Tubuli obtusi, sporidiis subochraceis. Edulis. *Ubique in silvis Europæ, Asiæ, Americæ. Jun.-Oct.* (v. v.)

10. b. *B. radicans*, pileo pulvinato flavescente-cinereo, margine involuto tomentoso, tubulis stipiteque lævi radicato tomentoso citrinis. *Pers. syn. p.* 507.

Substantia cœrulescit. Radix crassa, dura villosa, citrina. Sapor amarus Forte Mich. t. 69. f. 3; sed *B. appendicul.* Schæff. t. 130 mihi forma B. edulis. *In Quercetis; etiam Americæ. Aut.*

11. *B. calopus*, pileo pulvinato subolivaceo, tubulis adnatis angulatis flavis, stipite subæquali reticulato coccineo.

B. terreus. *Schæff. t.* 315. B. calopus. *Pers. syn. p.* 513. *Fries Obs.* 1. *p.* 119. *Nees syst. f.* 208.

A B. subtomentoso differt stipite crassiore, rubro, reticulato tubulisque angustioribus. Caro plus minus cœrulescens. *In silvis & ericetis. Aug.-Oct.* (v. v.)

**** 12. *B. pachypus*, pileo pulvinato subtomentoso alutaceo, tubulis liberis rotundis flavis, stipite crasso reticulato flavo-rubro.

Mich. gen. t. 69. f. 2. Bol. vitellinus. *Pers. Obs. 2. p. 11.* B. amarus? *Syn. p 511.* (sed non amarus est). B. pachypus. *Fries Obs. 1. p 118.*

b. pileo olivaceo. B. olivaceus. *Schæff t 105.* - *Hall. helv. 2308.* B. mutabilis. *Schrad spic p. 145.* (excl. syn.) B. bovinus. *Schult. Aust. 1. p. 199.*

Stipes semper crassus, sæpius brevis ovato-bulbosus, sed & 2-5 unc. longus, subæqualis. Pileus 5-8 unc. latus, crassus, mollis, semper siccus. Caro albida, parum cœrulescit. Tubuli mediocres, acuti, juniores albidi, tacti cœrulescentes. Sporidia ochraceo-pallida. — b. constans per istit. *In silvis abiegnis, fagetis. Aestate & aut.* (v. v.)

13. *B. luridus*, pileo pulvinato subtomentoso olivaceo, dein subviscoso fulvo-fuligineo, tubulis subliberis rotundis luteis, ore rubris, stipite crasso reticulato rubro.

Suillus perniciosus. *Cæsalp. p. 617. Buxb. Cent. V. t. 13. Batt. t. 29. A. B. Hall. helv 2307.* B. luridus. *Schæff. t. 107 Pers. syn p. 512. Swartz l. c. p. 5.* B rubeolarius. *Bull Ch. p. 326 t. 100, 490. f. 1. Sv. Bot. t. 246.* B. tuberosus. *Schrad. spic. p. 148.* B. subvescus. *Schrank.* B. nigrescens. *Pall Reis. 2. p. 31.* B. mutabilis. *Schult. l. c.* B. fre. *Bell. app. Ped. p. 73.*

B. stipite curto, obsolete reticulato. *Hall. helv 2303, 2304.* B. bovinus. *Bolt. t 85.* Bol. rubeol. *Sowerb. t. 150.* Id. & sanguin. *Pers. syn. p. 512, 513.* B. tuberosus. *Schum. p. 377.*

Stipes 2 unc. & multo ultra longus, bulbosus, etiam flavescens. Pileus succosus, sæpe ingens spithamæus, sed & parvus 2-3 unc. reperitur, junior fusco-olivaceus. Caro lutea, mox cœrulescens. Tubuli $\frac{1}{2}$ unc. longi & ultra, ore subrotundo minuto obtuso, demum aurantiaco. Sporidia ochraceo-virentia. *In silvis nemorosis frequens. Aestate, aut.* (v. v.)

β. B. erythropus, pileo fusco-umbrino decolore, stipite attenuato furfurato.

Pers. syn. p. 413. Fries Obs. 2. p. 243.

Stipite tenuiori, punctis minutis squamuloso nec reticulato a priori differt. *B. cinnamomeus* Schum. Sæll. p. 387 status carne immutabili. *Cum priori.* (v. v.)

14. *B. castaneus*, pileo subvilloso castaneo-lateritio, tubulis semiliberis minutis ex albo flavis, stipite sublævi.

Bull. Ch. p. 324. t. 328. Dec. fr. 2. p. 124. Pers. syn. p. 509. Fries Obs. 2. p. 246.

Stipes 2-3 unc. longus, sursum attenuatus, subfulvus. Pileus 2-3 unc. latus, margine obtuso. Caro albida, immutabilis, l. in superficie rubescens. Tubuli rotundi. Sporidia sordide lutescunt. *In fagetis. Aest. aut.* (v. v.)

β. B. badius, pileo molli villoso, dein viscose badio-fulvo, tubulis angulatis, stipite furfurato.

Bol. erytropodi simillimus, sed castanei varietas. Stipes totus brunneo-pruinatus. Pileus 3-5 unc. latus, carne cœrulescente. Tubuli longi, prioris majores. *In pinetis sat frequens.* (v. v.)

15. *B. edulis*, pileo pulvinato glabro, tubulis semiliberis subrotundis minutis albis mox flavis, stipite crasso reticulato.

Suillus esculentus. *Cæsalp. p. 617. Vaill. par. p. 59. n. 4. Mich. gen. t. 68. f. 1. Buxb. C. V. t. 12. Batt. t. 30. A.* B. æstivus. *Slotterb. Act. helv. 4. p. 54. t. 5. f. 2. Hall. helv. n. 2302.* B. bulbosus. *Schæff. t. 134. 135.* B. edulis. *Bull. Ch. p. 322. t. 60, 494. Schrad. spic. p. 149. Pers. syn. p. 510. Sowerb. t. 111. Sv. Bot. t. 197. Swartz l. c. p. 4.* B. esculent. *Pers. Obs. 1. p. 23.* B. crassipes. *Schum. p. 378.*

Stipes compactus, carnosus; nunc brevis ovato-bulbosus, nunc 4-5 unc. longus, subæqualis, pallide fuscescens. Pileus amplus, hemisphæricus, dein dilatatus, fere nitens, mollis, variat vaccinus, badius, fuligineus, albidus; etiam "margine coccineo" (*B. tuberosus* Pers. l. c.), jove sicco diffractus (B. reticulatus. *Schæff.*) Caro alba, immutabilis l. rufescens, sapore grato. Tubuli longi, primo

farcti albi, dein lutei convexi, obtusi; demum virent, ore rubro. (*Fl. Dan. t.* 1296!) Sporidia sordide ochracea, subvirentia, in charta alba fere nigricant, (an hinc n. 13-16 Pratella dicendæ?) Species in cibariis laudatissima. Cf. *O. F. Müller Börsvamp. Hafn.* 1765. *Tratt. Esb. Schw. p.* 104. *Pers. Ch. Comest. &c, In silvis ubique, etiam Americæ. Aest, aut.* (v. v.)

16. *B. æreus*, pileo compacto glabro æneo-nigricante, tubulis subliberis sulphureis, stipite reticulato luteolo.

Bull. Ch. p. 321. *t.* 385. *Pers. syn. p.* 511. *Dec. fr. p.* 124. (B. cravetta *Bull. app.* B. cepa. *Thore* variet.)

Priori affinis, etiam edulis, *Ceps noir* dictus. Stipes longus, subæqualis, variat subfuscus & vix reticulatus. Pileus nunc fuligineo-fuscescens, nunc fusco-nigricans. Caro crassissima, firma. a) nivea, sub cute vinosa. b.) dilute sulphurea, rupta viridiuscula. *In Gallia.* (v. ic.)

B. DERMINUS. Velum præsens, fugax. Stipes solidus, squamosus. Tubuli albi, demum e sporidiis obscure ferrugineis colorati.

17. *B. floccopus*, pileo pulvinato griseo, tomento fasciculato, tubulis subliberis candidis, stipite velato squamoso.

Vill. delph. p. 1036. Bol. floccop. *Fl. Dan. t.* 1252. *Schum. p.* 375. B. cinereus. *Pers. syn. p.* 504.

Tomentum griseum juniorem fungum obvolvens, in explicato in squamas crassas sparsas floccosas erectiusculas abit. Stipes 4 unc. longus, 1 unc. crassus & ultra, subæqualis. Pileus compactus, 4 unc. latus, demum nigrescens. Caro alba, rubescens. Tubuli longi. *In fagetis umbrosis. Aug.-Oct.* (v. v.)

18. *B. scaber*, pileo pulvinato glabro, tubulis liberis rotundis albis, stipite firmo attenuato squamoso-scabro.

J. Bauh. hist. XL. c. 29. Buxb. Cent. V. t. 11. Hall. helv. 2310. B. viscidus. *Linn. Suec. p.* 452. B. convexus. *Retz. V. A. H.* 1769. *p.* 253.

a. candidus, ærugineus, olivaceus. B. chionens. *Fr. Obs. 1. p. 111.* B. procerus. *Bolt. t.* 86.

b. pileo fulvo, squamulis stipitis albis. B. leucopodius. *Pers. Obs. 2. p. 11.*

c. pileo squamulisque subaurantiacis. *Sterb. t. 15. A. Vaill. par. p.* 59. *n.* 3. B. aurant. *Bull. Champ. p.* 320. *t.* 236. *Pers l. c. p.* 12.

d. pileo squamulisque cinnabarrimis. *Mich. p.* 128. *n.* 16.

e. pileo subrufo, squamulis nigris. B. rufus. *Schæff. t.* 103. *Pers. l. c. p.* 13. B. aurant. *Bull. l. c. f.* 2. *Sowerb. t.* 110.

f. pileo subfuligineo, squamulis nigris. *Hall. helv.* 2312. *Fl. Dan. t.* 833. *f.* 2. B. bovinus. *Schæff. t.* 104. B. scaber. *Bull. Ch p.* 319. *t.* 132. 489. *f.* 1. *Sowerb. t.* 175. *Schrad. spic. p.* 150. *Pers. syn. p.* 505.

Stipes longus, surrum attenuatus, scrobiculatus, intus albus. Velum flocculosum, marginale, fugacissimum. Pileus utrinque convexus, 2-4 unc. & ultra, humidus viscosus; variat squamosus & siccus rimosus. Caro alba, immutabilis, subinde nigrescens. Tubuli longi, demum sordidi, ore minuto obtuso. Sporid. u. s. *Ubique in silvaticis. Aest. aut.* (v. v.)

C. HYPORHODIUS. Velum nullum. Stipes solidus, subreticulatus. Tubuli albidi, dein e sporidiis roseis incarnati.

19. *B. felleus*, pileo molli glabro, tubulis subadnatis angulatis albis subroseis, stipite attenuato reticulato.

a. pileo castaneo. *Fries Obs. 1. p.* 144.

b. pileo fulvo. *Bull. Ch. p.* 325. *t.* 379. *Dec. fr. 2. p.* 125.

c. pileo gilvo-fuligineo. *A. S. p.* 241.

d. pileo alutaceo, pallido. B. alutaceus. *Fries l. c.*

Stipes 3 unc. & ultra longus, subolivaceus, intus albus. Pileus demum planus, siccus, 3-4 unc.

latus, carne alba, fracta rosea. Tubuli longissimi, inæquales. Sapor amarus. *In pinetis, passim. Aestate, aut.* (v. v.)

D. LEUCOSPORUS. Velum nullum. Stipes cavus, medulla spongiosa repletus. Tubuli albi l. citrini, sporidiis albis. *Vaill. par. p.* 60. *n.* 8!

20. *B. cyanescens*, pileo compacto subtomentoso, tubulis liberis rotundis æqualibus, stipite farcto lævi ventricoso.

Fung. - - - superficie sordidissime alba. *Vaill. l. c. Bull. Ch. p.* 319. *t.* 369. *Dec. fr.* 2. *p.* 125. *Sibth. Ox. p.* 376. *Fries Obs.* 1. *p.* 116. B. constrictus. *Pers. syn. p.* 508.

Nulli affinis. Stipes a pileo discretus, inde apice constrictus fragilis & superficies numquam reticulata, sed villoso-pruinosa. Pileus rigidus, 2-5 unc. latus, pallidus, stramineus, subfuligineus, margine acuto. Caro alba, fracta mox pulcherrime cyanea, compressa succum cœruleum fundit. Tubuli breves, juniores vix 1 lin. longi; variant albi & citrini. *In silvaticis, haud raro. Aest. aut.* (v. v.)

β. B. fulvidus, pileo subfulvo, carne immutabili.

F. - superficie crocea. *Vaill. l. c.* - *Fr. Obs.* 2. *p.* 247.

Statura omnino prioris, sed differt colore fulvo l. rufo, carne omnino exsucca & immutabili. Omnino constans. Pori variant albi & citrini. *In versuris, rarior. Copiose in ericetis territorii Sunnerbo Smol.* Forsander. (v. v.)

Synonyma Boletorum (ita descriptorum, ut determinari possint) fere omnia ad suas species referre mihi contigit, quamvis characteres primi ordinis (sporidia, adnexionem pororum &c.) omnes neglexerint. Quæ restant, æquivoca v. gr. Fung. esc. g. XVI. Clus. p. 272 (sp. 1. forte B. pachypus; sp. 2 B. luridus; sp. 3 B. scaber), & pern. gen. XIX *Clus.* Hos repetit *Sterbeck t.* 13, 17. — Battara, alias adcuratissimus, hujus speciei vage nimir, ideoque omittendas, descripsit. Sporidia Pol. *Hall. helv. n.* 2306 (tubulis violaceis) & *B. rubiginosi* Fr. Obs. 3. p. 246, (*β. fusous* With.) dubia; hinc & species omissæ.

VIII. FISTULINA, Bull.

Agar. Ord. I. *Mich. gen. p.* 117. Bolet. *Huds. - Pers. syn. p.* 549. *Nees syst. p.* 216. Fistulina. *Bull. Ch. p.* 314. *Pers. disp. p.* 29. *Link. diss.* 1. *p.* 39.

CHAR. Hymenium e propria substantia formatum, sed cum fibris receptaculi concretum, primo verrucosum. Verrucæ floccis radiatis primo velatæ, dein protrudunt tubulos a se invicem liberos, cylindricos, primo clausos, mox apertos, intus ascigeros. Asci minuti. — Pileus carnosus, determinatus, dimidiatus, spurie stipitatus l. sessilis. Velum universale nullum. *Sporidia subfusca*

HIST. Nomen a tubulorum fistulis. Characterem primus exposuit Michelius, sed analysis accuratior hymenii desideratur. Medium omnino genus inter Boletum & Hydnum, ad illos, ut Schizophyllum ad Agaricos, accedit. Soleniæ, excepto receptaculo, simillimæ; differunt, ut *Hydn. calvum* A. S. a reliquis Hydnis. Species unica, lignatilis, annua.

1. FISTULINA *hepatica*.

Linguæ in caudicibus. *Cæsalp. p.* 619. - *Boec. Mus.* 304. *f.* 3. *Raji Hist. III. p.* 23. *lin.* 33. *Buxb. Cent.* 1. *t.* 56. *f.* 2. *Mich. gen. t.* 60. *Batt. t.* 34. *A. Hall. helv. n.* 2315. Bol. spec. IX. *Gled. meth. p.* 77. B. hepaticus *Huds. - Schæff. t.* 116—120. *Schrad. spic. p.* 157. *Sowerb. t.* 58. *Bolt. t.* 79. *Pers. syn. p.* 549. *Swartz l. c.* 1810. *p.* 92. B. Buglossum. *Retz. — Fl. Dan. t.* 1039. Fistul. Buglossoides. *Bull. Ch. p.* 314. *t.* 74. 464. 497.

Forma admodum varia, integra l. lobata, sessilis l. oblique stipitata; plures sæpe in circulum l. cæspitem digestæ. Substantia crassa, mollis, succosa, viscida, fibris tenacibus percursa, rubro-marmorata. Pileus spithamæus usque, sanguineus, dein rufo-fuscus, obsitus papillis, quæ tubulorum rudimenta (quæ vero in charactere generico ingredi non debent; simile enim observatur in Polyporis, Hydnis *diversidente, cirrhato, Erinaceo!* Agaricis per-

multis, e. gr. *Schæff. t.* 260 ; subtus planus. Tubuli albidi, lutei, rufescentes, cum fibris carnis contigui, confertissimi, 4-5 lin. usque longi, ore subdenticulato. Esculentus *Pers. Ch. Comest. — Tratt. essb. Schw. t. V. Ad truncos Quercus præcipue, sed & Fagos, 'Castaneas' &c. etiam Americæ. Aut.* (v. v.)

IX. HYDNUM. Linn.

Fung. ord. III. *Vaill. par. p.* 58. Erinaceus & Ag. ord. VI. *Mich. gen. p.* 132. 122. - *Dill. giess. p.* 188. *Lam. Enc. II. p.* 385. Hydnum. *Linn. gen.* 1076. *Link diss. 1. p.* 39. *f.* 60. *Nees syst p.* 231. Boleti spec. *Gled. meth. p.* 62 Echinus. *Hall. helv. III. p.* 148. Bodona, Mertella &c. *Adans. fam. p.* 5. Hericius. *Juss. gen. p.* 7. Sistotrematis sp. Hydnum, Hericium, Odontia. *Pers. Disp. meth. p.* 28–30.

CHAR. Hymenium cum pilei substantia homogeneum & concretum, aculeatum. Aculei (Tubuli semper clausi) liberi, juniores l. basi non porosi, nunc æquales subulati, nunc e connatis incisi, extus ascigeri. Asci tenues, raro obsoleti. — Pileus stipitatus l. sessilis, raro regularis, substantia floccosa exsucca. Velum plane nullum.

ABERRATT. In H. repando aliisque paucissimis aculei in tubulos incompletos abire visi. Pileus subinde cum stipite confusus obliteratus, ramosissimus, l. in truncum crassum abiens; quam plurimis resupinatus immarginatus.

HISTOR. Ὑδνα & οἰδνα (ab οἰδεω, tumeo) Græci (Theophrastus, Galenus, Dioscorides-Athæneus) Tubera Romanorum dixerunt. Nomen, inde vagum, huc transtulit Linnæus. In genera plura plurimi distinguunt. Sistotremata, etiam exclusis Dædaleis & Polyporis, nullo modo stricte determinanda; in plurimis aculei integri & incisi in eodem individuo, v. gr. H. repando, observantur. Summa cum Polyporis analogia & suo principio

omnino constans fuit Gleditsch, qui, generibus conjunctis, species utriusque generis analogas, v. gr. Polyporum perennem & Hydn. cyathiforme, pro varietatibus habet. Cf. quoque Polyp. & Hydn. subsquamosum, P. ovinum & H. repandum, P. carbonarium & H. melaleucum, P. tomentosum & H. velutinum. P abietinum & H. ochraceum &c., resupinatos ut reticeam. Accedunt & Dædaleæ (aculeis seriatis in laminas confluentibus) Meruliique.

DIVIS., ut inter Polyporos:

I. MESOPUS. Stipes perpendicularis. Pileus distinctus, rotundatus, subintegr. *Terrestres.*

II. PLEUROPUS. Stipes simplex, subhorizontalis. Pileus dimidiatus l. excentricus. *Carnosi, lignatiles.*

III. MERISMA. Pilei cum stipite confusi, obliterati; ramosissimi l. in truncum crassum abeuntes. *Carnosa, lignatilia.*

IV. APUS. Pileus sessilis, lateralis. *Lignatiles.*

V. RESUPINATUS. Pileus resupinatus, effusus. *Lignatiles.*

Trib. I. MESOPUS.

Erinaceus. *Mich. l. c. Scop. Carn. p. 471. - petiolati. Hall. helv. III. p.* 149. Gymnopus, Russula, Omphalia, Mycena. *Nees syst. p.* 232.

CHAR. Stipes solidus, firmus, cum pileo contiguus, subcentralis, perpendicularis; sæpe brevissimus. Pileus carnosus l. suberosus, planus subdepressus, centralis l. excisus, non ramosus, sæpe vero concrescens. Aculei subulati. *Terrestres.*

†. Carnosa, exsucca. Pileus subconvexus, sæpe repandus. Sporidia albida. *Esculenta.*

* 1. *H. imbricatum*, pileo carnoso plano tessulato-squamoso azono umbrino, aculeis albido-cinereis, stipite brevi.

Fung. 1. *Loes. Pruss. p.* 87. *Mich. gen. p.* 133. *n.* 9. *H. imbric. Linn, Suec.* 1257. (excl. descr.) *Schæff.*

f. t. 140. *Fl. Dan. t.* 176, 1500. *Sowerb. t.* 73. *Pers. syn. p.* 554. *Fries Obs. 1. p.* 137. Hyd [illegible]ervin. *Pers. Obs. 1. p.* 74. (cum syn. H[illegible]m., Rupp[illegible]!) *Dec. fr. 6. p.* 58. H. squarrosum. *Nees syst. f.* 240.

Stipes uncialis, deor[illegible] attenuatus, firmus, albido-cinereus. Pileus palmaris & ultra, regularis, demum umbilicatus, squamis disco crassissimis obscurioribus. Aculei teretes, integri. Esculentum. *In pinetis, ubique, etiam Americæ bor. Sept. Oct.* (v. v.)

2. *H. subsquamosum*, pileo carnoso irregulari diffracto-squamoso subzonato testaceo-ferrugineo, aculeis albidis, stipite crasso.

Fung. erinaceus. *Vaill. par.* 58. H. squamosum, *Bull. Ch. p.* 310. *t.* 409. *Dec. fr. 2. p.* 112. H. subsquamosum. *Batsch. El. f.* 43. *t. S. p.* 264. H. imbricatum. *Schum. Sæll. p.* 392.

Sequenti proximum. Stipes uncialis & ultra, inæqualis, subcompressus, demum rimoso-squamosus, pileo concolor, dein obscure ferrugineus; deorsum subattenuatus. Pileus convexus, mox explanatus, fragilis, subrepandus, in squamas haud crassas diffractus; colore rufescente, "ochraceo," ferrugineo &c. Caro cinereo-alba, zona una alterave tenuissima variegata. Aculei æquales, longi, fuscescentes. *In pinetis, varius. Sept. Oct.* (v. v.)

3. *H. lævigatum*, pileo carnoso subrepando rugulo-so azono rufo-cinereo, aculeis albido-cinereis, stipite inæquali lævi.

Mich. gen. t. 72. *f.* 1. H. imbricatum. *Vill. Delph. p.* 142. H. lævigatum *Swartz in V. A. H.* 1810. *p.* 243. *Fries Obs. 1. p.* 140. H. pulvinatum. *Schulz. Starg. p.* 491.

Stipes crassus, firmus, albido-cinereus, sæpius brevis, sed & elongatus. Pileus fragilis, prioris minus rigidus, quare in squamas non secedit, 3-12 unc. latus, irregularis; junior ut antec. villosus. Caro albida. Aculei longi, æquales, in fungo vivo fragiles. *Cum priori, sed præcocius & frequentius.* (v. v.)

β. H. gracile, pileo tenui subtenaci, stipite elongato gracili æquali. *Fries l. c.* (v. v.)

4. *H. fuligineo-album*, pileo carnoso lobato difformi roseo-alba, aculeis albis, stipite crasso fuligineo. *Schmidt Myc. Häft. I. p.* 83.

Gregarium, raro concrescens. Stipes 2-3 unc. longus, scaber. Pileus 4-5 unc. latus, albus, marginem versus in roseum l. fuscescentem colorem vergens; junior disco verrucis rubellis secedentibus. Caro alba, fracta carnea, crassiuscula, sapore subdulci. *In pinetis Silesiæ, Saxoniæ. Aut.*

** 5. *H. candidum*, pileo carnoso-gelatinoso convexo-plano candido, aculeis hyalinis, stipite crasso tuberoso albo. *Schmidt l. c. p.* 89

Gelidum, valde fragile. Stipes 2-3 unc longus, carne compressa purpurascente. Pileus 2-5 unc. latus, superne pruina alba tenui facile detergenda conspersus. Caro lactea, sapore subdulci nauseoso. Aculei breves, diaphani, sparsi. *In fagetis Saxoniæ inter folia decidua rarissime. Aut.*

Fungus pæne candidus, prona perte erinaceus *J. Bauh. Hist. XL. c.* 14. *Raji Hist. II. p.* 101 potius sequentis varietas alba. — Dubium *Mich. t.* 72. *f.* 2.

*** 6. *H. repandum*, pileo carnoso subrepando glabro azono, aculeis inæqualibus stipiteque difformi pallidis.

Dill. giess. p. 188. *t.* 1. *Vaill. par. t.* 14. *f.* 6—8. *Mich. t.* 72. *f.* 3. H. repand. *Linn. Suec.* 1258. *Fl. Dan. t.* 310. *Bull. t.* 172. *Sowerb. t.* 176. *Pers. syn. p.* 555. *Fries Obs. I. p.* 138! *Hall. helv.* 2325. Hydn. flavidum & rufescens. *Schæff. t* 318, 141. H. carnosum & clandestinum. *Batsch. f.* 136, 44. H. medium. *Pers. Obs. 2. p.* 97.

b. squamosum. Hydn. squamosum. *Schæff. t.* 278. H. imbricat. *Bolt. t.* 87. *Willd. Ber. p.* 394.

Solitarium l. gregarium, fragile, esculentum. Stipes glaber, crassus. Pileus irregularis, 2-6 unc.

latus. Caro pallida, immutabilis, sapore grato. Aculei alii æquales integri, alii compressi & incisi; immo subinde tubulosi. Color albus, flavus l. rufescens. *In silvis ubique; etiam Amer. boreal. Aestate, aut.* (v. v.)

7. *H. rufescens*, pileo carnoso orbiculari subtomentoso rufescente-corneo, aculeis subæqualibus, stipite tenui æquali.

H. repandum. *Bolt. t.* 88. H. rufescens. *Pers. Obs. p.* 95. *Syn. p.* 555. *Fries Obs.* 1. *p.* 140.

Prioris varietas insignior. Stipes 1-3 unc. longus, regularis, pallidus. Pileus 2 unc. circiter latus, planiusculus, obsolete zonatus, minus fragilis. Aculei rarius incisi, incarnato-ochracei. *In fagetis &c., cum priori.* (v. v.)

8. *H. violascens*, pileo fibroso-carnoso repando tomentoso sordide violaceo, aculeis æqualibus albis, stipite inæquali. *A. S. p.* 265.

Stipes firmus, subtuberosus, nunc brevis, nunc 3-4 uncialis; plures sæpe in truncum communem connati. Pileus 1-4 unc. latus, ad tactum velutinus, quasi subpulverulentus; H. repandi, cum quo substantia & difformitate convenit, planior & tenuior. Color pilei stipitisque e griseo rufove sordide violaceus, margine albicante. *In silvis abiegnis Lusatiæ; etiam Smolandiæ ad Tofteryd, jove pluvio. Jul.-Oct.* (v. v.)

9. *H. infundibulum*, pileo carnoso-lento infundibuliformi lævi spadiceo, margine flexuoso-plicato, aculeis æqualibus albis demum badiis, stipite inæquali.

Swartz l. c. p. 244. *Sv. Bot. t.* 4. *Fr. l. c. p.* 135.

Stipes 2-3 unc. longus, unciam sæpe crassus, torulosus, glaber, exalbido-badius, deorsum attenuatus. Pileus fere spithamæus, azonus, margine erec-

cto; substantia lenta, exsucca. Aculei $\frac{1}{4}$ unc. longi, tenues, fragiles. *In pinetis Sueciæ, raro.* (v. s.)

††. Suberosi l. coriacei, demum lignosi. Pileus turbinatus l. infundibuliformis, intus zonatus l. striatus. Sporidia varia, multis ferruginea. *Non cibaria, meteorica.*

* 10. *H. suaveolens*, pileo suberoso molli tomentoso albido, intus albo & cœruleo-variegato, aculeis violaceis, stipite brevi cœruleo.

H. suaveol. *Scop. Carn. p.* 472. *Pers. syn. p.* 558. *A. S. p.* 267. H. pullum. *Fr. Obs.* 1. *p.* 153?

Odore fragrante, subaniseo distinctissimum. Stipes uncialis & infra, inæqualis, subtomentosus. Pileus compactus, junior obconicus; dein valde dilatatus, spithamæus, supra planus, undulatus, colliculosus, tomento demum depresso. Aculei tenues, æquales. *In silvis montosis abiegnis Carnioliæ, Lusatiæ, Smolandiæ in par. Fryeled, Tofteryd, Skärstad &c. Jul.-Oct.* (v. v.)

β. H. cœruleum, pileo obconico albo-cœruleo, stipite fusco. *Fl. Dan. t.* 1374. (icon potius H. suaveolentis.) — *E. Norvegia.* (v. ic.)

11. *H. fraceolens*, pileo spongioso-suberoso velutino inæquabili viridi-lateritio, dein fusco, aculeis concoloribus, stipite brevissimo fusco.

Brot. Lus. p. 470. *Phyt. fasc.* 1. *n.* 35.

Solitarium, fere acaule; basi radicali acutiuscula, obliqua. Pileus primo lentiformis, repandus, fossulis irregularibus excavatus, nonnullis guttula lucida oleum redolenti repletis; senescens fuscus, plano-infundibuliformis sublanatus. Aculei margine brevissimi. Usus tam pro tinctili, quam pro fomite. *Ad terram humosam in pinetis prope Conimbricam. Aut., hieme.* (v. ic.)

12. *H. compactum*, pileo suberoso undulato tomentoso olivaceo-cinereo, intus fusco & cœruleo-variegato, stipite brevissimo.

Buxb. Cent. II. t. 49. *f.* 1. H. floriforme. *Schæff. t.* 146. H. compact. *Pers. syn. p.* 556. *A. S. p.* 266. *Swartz l. c. p.* 245. *Wahlenb. lapp. p.* 552. *Fries Obs.* 1. *p.* 132.

Difforme, concrescens, inodorum, sæpe crustæ crassæ amorphæ simile. Stipes nullus l. crassus, tuberosus. Pileus durus, 1-6 unc. latus, crassus, pluvia avide bibulus, tomento concolori l. albido obductus. Aculei æquales, fuscescentes, castanei. *Ad terram in pinetis & ericetis præcipue. Aut.* (v. v.)

13. *H. aurantiacum*, pileo suberoso inæquali tomentoso aurantiaco alboque, intus zonato stipiteque inæquali aurantiacis.

Hydn. floriforme. *Schæff. t.* 146. *f.* 4. *&c.* H. suberosum aurant. *Batsch. Cont.* 2. *fr.* 222. H. aurantiacum. *A. S. p.* 265. *Swartz l. c. p.* 247. *Fl. Dan. t.* 1439. *Dec. fr.* 6. *p.* 38. *Fr. Obs.* 1. *p.* 131. Cf. *Pers. syn. p.* xxx.

Nimis affine præcedenti; sed de differentia recentiores omnes conveniunt. Statura & magnitudine maxime varium, sed semper compactum, stipitatum; stipite subbulboso, radicato, tomentoso, brevi; pileis junioribus turbinatis, dein dilatatis, colliculosis, aurantiacis, sed tomento albo præcipue margine obductis. Aculei albi, dein sordide spadicei, æquales. *In pinetis siccioribus passim. Aest. aut.* (v. v.)

14. *H. ferrugineum*, pileo suberoso molli velutino ferrugineo, intus azono, aculeis stipiteque inæquali concoloribus.

H. striatum. *Schæff. t.* 271. H. hybridum. *Bull. Ch. t.* 453 *f.* 2. *Dec. fr.* 2. *p.* 111. H. ferrugineum. *Fries Obs.* 1. *p.* 133.

Cum H. compacto plurimi commutant. Stipes sæpius longus, sed & brevis variat, intus concolor. Pileus obconicus, dein dilatatus, supra planus l. depressus, 2-4 unc. latus, tomento nunc depresso obsoleto, nunc albicante ut in prioribus. Substantia mollis!, ferruginea. Aculei fusco-ferruginei.

Junius vidi colore sanguineo, guttis sanguineis in fossulis scatens. Huc potius *H. suberosum spongiosum* Batsch f 221. *Cum prioribus.* (v. v.)

** 15. *H. cinereum*, pileo coriaceo-suberoso repando pubescente aculeisque griseis, stipite crasso ventricoso intus ferrugineo.

Bull. Ch. p. 309. *t.* 419. *Dec. fr. 2. p.* 110.

Stipes difformis, glaber. Pileus primo globosus undique aculeatus, demum infundibuliformis, supra subcolliculosus, subsquamosus, pubescens. Aculei tenues, æquales. *In Galliæ pinetis ad terram.* (v. ic.)

16. *H. nigrum*, pileo coriaceo-suberoso tomentoso azono cœruleo-nigro, intus stipiteque atris, aculeis albidis.

Mich. t. 72. *f.* 5. — *Fries Obs. 1. p.* 134! *Schmidt l. c.*

b. pileo olivaceo-cinereo. Hydn. suberosum cinereum. *Batsch. Cont. II. f.* 221. H. pull. *Sw. l. c. p.* 248. *ad p.*

Sparsum, sed sæpius cæspitosum, varie concrescens; in genere forma nulla constans, sed colore interno atro azono distinctissimum. Stipes uncialis, sed radice subbulbosa sæpe producta auctus, priorum tenuior rigidus, inæqualis, basi præcipue tomentosus. Pileus inæqualis (Cf. Obs. Myc. l. c.), priorum tenuior, plano-depressus, tuberculosus, margine sæpe albido. Aculei dein cinerei, tenues, æquales. b est forma, annis siccis nata, tenuior, pileo stipiteque cinereo-tomentosis. *In pinetis montosis, passim. Aut.* (v. v.)

17. *H. velutinum*, pileo subcoriaceo infundibuliformi lævi velutino azono, aculeis stipiteque tomentoso testaceo-ferrugineis.

Mich. gen. t. 72. *f.* 4. (icon bona) Pol. n. 30. var. 2. *Böhm. Fl. Lips. p.* 325. *Gled. meth. p.* 69. *d.*

Optime distinctum. Gregarium, odore fere farinæ recentis. Stipes uncialis, basi radicatus sub-

ventricosus, primo æqualis, dein difformis, 2-4 lin. crassus, tomento demum spongioso vestitus. Pileus ½ - 1 unc. latus, disco suberoso, margine tenui striato flaccido concolori. Substantia suberosa, concolor, azona, longitudinaliter striata. *In silvis abiegnis colliculosis. Aut. pluvios.* (v. v.)

18. *H. cyathiforme*, pileo coriaceo plano-infundibuliformi zonato glabrescente stipiteque ferrugineis, aculeis rufescentibus.

a. minus, vertice scrobiculato squamoso. *Mich. gen. t. 72. f. 7. Hall. helv. 2320.* H. cyathiforme. *Bull. Ch. p. 308. t. 156. Dec. fr. 2. p. 290.* H. scrobiculatum. *Fries Obs. 1. p. 143.*

b. pileo latiori, radiato, glabro. *Mich. gen. p. 132. n. 6.* Hydn. zonatum. *Batsch. Cont. II. f. 224. Nees syst. f. 242* H concrescens. *Pers. syn. p. 556. Obs. 2. p. 74. Fries Obs, 1. p. 145. Swartz l. c. p. 246.*

Species procul dubio distinctissima, sed ex diversa ætate forma & colore mutabilis. Gregarium, uti sequentia, ut plurimum concrescens. Stipes uncialis & infra, subtenuis, inæqualis, vix nisi sub lente tomentosus apparet. Pileus ½ - 2 unc. latus, glaber, junior subclavæformis, demum planiusculus. Aculei juniores pallidi, dein obscuriores subfusci, tenues, æquales. *In silvis ericetosis, frequens; etiam Americæ boreal. Aut.* (v. v.)

19. *H. connatum*, pileo coriaceo infundibuliformi fasciatc spadiceo, aculeis ochraceo-cinereis, stipite tenui nigro nitente-glabro. *Schult. Starg. p. 491.*

Inter numerosas antecedentis formas equidem nullam in hoc quadrantem reperi. Gregarium, confluens. Aculei tenues. *In pinetis densis. Sept.*

*** 20 *H. tomentosum*, pileo coriaceo plano-infundibuliformi zonato dilute cinereo, disco villoso, margine aculeisque albis.

H. toment. *Linn. Suec. 1259. Pers. syn. p. 556. A S. p 266. Fries Obs. 1. p. 143.* H. cyathiforme, *Schæff. t. 139. Fl. Dan, t. 1020. f. 2.*

Concrescens. Stipes distinctus, glaber, cinereus, basi sæpe crustaceo-effusus. Pileus disco excepto glaber. Aculei in stipite decurrentes, breviusculi, nec uti priorum decolorantes. *In pinetis, ericetis, haud raro. Aut.* (v. v.)

21. *H. melaleucum*, pileo coriaceo irregulari striato nigricante, disco colliculoso, margine aculeisque albis.

Mich. gen. t. 72. f. 6? (stipes nimis rudis.) H. pullum. *Schæff. t.* 272. H. zonatum. *Gmelin.* H. tomentosum. g. *A. S. l. c.* H. mel. *Fries Obs. 1. p.* 142.

Concrescens, imbricatum, quam maxime difforme. Stipes nunc æqualis, nunc concrescens ramosus, nunc etiam distinctus nullus. Pileus vix zonatus. Color primo fusco-purpureus, dein jove pluvio cœruleo-niger, sicco ater. *In silvis abiegnis montosis. Aest. aut.* (v. v.)

**** 22. *H. Auriscalpium*, pileo coriaceo horizontali exciso tomentoso, aculeisque subspadiceis, stipite laterali tomentoso.

Mich. gen. t. 72. f. 8 Buxb. Cent. I. t. 57. f. 1. Hall. helv. n 2321. H. auricc. *Linn. Suec.* 1260. *Schæff. t.* 143 *Bull. Ch. t.* 481. *f.* 3. *Curt. Lond. t.* 190. *Bolt. t.* 90. *Sowerb. t.* 267. *Fl. Dan. t.* 1020. *f.* 1. *Nees syst. f.* 243. *Fries Obs. 1. p.* 146.

Ad hanc tribum refero ob substantiam, stipitem perpendicularem regularem, pileum subrotundum demumque lobis circumscriptis fere integrum. Stipes 2-3 unc. longus, spadiceo-niger, passim ramosus. Pileus aculeique æquales colore pallidiori variant. *Ad strobilos Pinuum, frequens. Per annum.* (v. v.)

H. cœruleum *Thore* forsan idem ac H. violascens. Erinaceus esculentus albus. *Mich. gen. t.* 72. *f.* 2. vero simile propria species. Suspectum nimis H. lactescens. *Hall. helv.* 2323. H. tomentosum. *Fl. Dan. t.* 554 potissimum Polyp. adustus. H. spadiceum *Pers*, Dædaleæ species.

Trib. II. PLEUROPUS.

CHAR. Pileus inæqualis, mollis, excentricus, lateralis. Aculei æquales. Stipes irregularis, brevis, sæpe horizontalis. Sporidia alba. *(H. auriscalpium.)*

* 1. *H. orientale*, candidum, pileo dimidiato plano lævi, stipite brevi crasso.

H. auriscalp. *Lour. Coch. p.* 693.

Magnum, totum candidum, pileo crassissimo, "subtus villis duris aspero." *In Cochinchina ad arborum radices.*

** 2. *H pusillum*, album, pileo compresso infundibuliformi glabro, stipite solido brevi excentrico. *Brot. Fl. Lus. II. p.* 470.

Solitarium, sesqui-unciale. Pileus "latere altero altiori" — Sequentis varietas, quærit auctor. *In silvis prope Conimbricam, autumno.*

3. *H. gelatinosum*, pileo gelatinoso papuloso, aculeis mollibus pyramidatis glaucis, stipite brevi laterali.

Fung. crinaceus candidus, substantia gelatinea. *Hoffm. Alt. - Hall. helv.* 2219. H. gelatinosum. *Scop. Carn. p.* 472. *Jacq. Austr. t.* 239. *Pers. syn. p.* 249. *Dec. fr. 2. p.* 110. *Fries Obs. 1, p.* 147. H. crustalliforme. *Fl. Dan. t.* 717.

b. undique aculeis tectum. *Jacq. Coll. I.* 139. *t.* 9.

Forma & magnitudine (etiam colore pilei albido, glauco, fusco, murino &c.) valde variat, sed substantia aculeisque distinctissimum. Stipes minute papulosus, raro obsoletus. Pileus ½ - 3 unc. latus, tremulus. Aculei tenacelli. *Ad truncos abiegnos &c. vetustos, passim; etiam Amer. borealis.* (Torrey.) *Aut.* (v v.)

H. clandestinum, *Gmel.* H. gelatinosum. *Schæff. t.* 144. varietas insignior 1. species diversa. Nees Syst. p. 234.

*** 4. *H. Erinaceus*, maximum, cordiforme, album, lutescens, pileo subsessili fibrilloso-lacero, intus subcancellato, aculeis longissimis.

Bocc. Mus. 303. f. b. Buxb. Cent. I. t. 56. f. 1. **H.** Erinac. *Bull. Ch. p. 304. t. 34. Dicks. Cr. 2. p. 24. Pers. syn. p. 360. Dec. fr. 2. p. 108. Tratt. Essb. Schw. t. Y.*

b. subterraneum, lobatum. Manina cordiformis. *Scop. Pl. subterran. t. X.*

Transit ad sequentem tribum. Formæ plurimæ. Substantia crassa, carnosa, tenax, mollissima, elastica, alba, immutabilis. Pileus spithamæus & ultra, basi plus minus porrecta, mollis, fibrillis subfasciculatis (aculeis abortivis) lacerus, pileis minoribus sæpe imbricatus, margine obtuso, in aculeos abeunte. Aculei 1 ½ - 2 ½ unc longi, penduli, confertissimi, maxime regulares, molles, æqualiter attenuati, basi terni l. gemini passim connati, fastigiati. b) subcoralloideum, ramis densissime anastomosantibus. c) magnum, hemisphæricum, undique aculeatum. d) pileo minore, lacero, stipite horizontali longiore. *Ad truncos Fagi, Quercus. b. in arboribus cavis. c. horizontaliter prostratis. Oct.* (v. v. Femsjö)

1. **H. auriscalpium.** *Vill. Delph. p. 1023.* Exiguum, obliquum, pallide luteum, pileo convexo, stipite crasso.
2. **H. - minutum,** cæspitosum, carnosum, luteolum, pileo lævi, stipite laterali. *In Pado semel.* (v. v.)
3. *Mich. gen. p. 122. n. 3.* **Maximum,** cervinum, aculeis longis teretibus, stipite brevi. *Affine H. Erinaceo.*

Trib. III. MERISMA.

Hericium. *Pers. Comm. Clavæf. p. 28.*

CHAR. Pileus manifestus nullus; Clavariæformis; nunc ramosissimus, aculeis verticalibus pendulis; nunc crassus simplex, in aculeos longissimos superne fissus. Aculei æquales, graciles. Substantia carnosa. Sporidia alba. *Lignicola, esculenta.* (H. Erinaceus b.)

* GENUINA. *Ramosissima, aculeis pendulis.*

1. *H. Coralloides*, ramosissimum, candidum, demum lutescens, ramis intricatis attenuatis, aculeis unilateralibus subulatis.

Fung. nox. gen. XXV. *Clus. - ic. in. opp. ult. J. Bauh. Hist. XL. c. 40. Bocc. Mus. 3. 3. f. 7 Sterb t 27. G. Mich. gen. t. 64 f. 2. Hall helv. n. 2317.* H. coralloid. *Scop. Carn p. 472. Schæf. t. 142. Sowerb. t. 252. Pers. comm. p. 23. Swartz l. c. p. 252.* H. ramosum. *Bull Ch. p. 305. t. 390* H. laciniatum. *Leers Herb. p. 276.* — Junius: *Bocc. Mus. 304. 2. Barr 1257* H. crispum *Scop. l c p. 473.* H. abietinum. *Schrad spic. p 81. Pers comm. Clavæf. p. 24.* H. muscoid s. *Schum. Sæll. p. 394.*

b. subterraneum, undique aculeatum. Manina muscoides. *Scop. Subt t.* 16 H. muscoid. *Pers. comm. p. 26.* Clavar. madreporæform. *Retz. Supl. Scand. 2. p. 19.*

Status junior a perfecto habitu valde recedit, hinc duplex apud auctores. Cf. *A. S. p* 272. Caspites adulti pedales & ultra, ramis angustis flexuosis angulatis, ramulis incurvis; latere inferiori aculeatis. Aculei æquales. Esculentum. Cf. *Tratt. Essb. Schw. p.* 133. (icon rufescens: Pers. Ch. com. &c. *Ad truncos Fagi, Abietis, passim. Aut.* (v. v. & b. in cellis.)

2. *H. Clathroides*, ramosissimum cinereum, ramis anastomosantibus, aculeis unilateralibus filiformibus. *Pall. Russ. Reis. 2. t. k. f.* 3.

Substantia mollis, lenta. Truncus a basi multifidus, ramis fasciculatis, crebre anastomosantibus, superne papillis minutis muricatis, subtus aculeis aliquot lineas longis confertissimis hirtis. *Ad truncos putridos in pineto Kosmalensi circa Obum fluvium.* (v. ic.)

** GOMPHI. *Truncus brevis, simplex, apice subulis congestis obsitus.* Potius proprium genus inter Clavatos. (Clav. ornithopod.)

3. *H. Caput Medusæ*, albidum, trunco obliquo crasso, apice dilatato, aculeis undulatis.

Clavar. *Bull. Ch. p. 210. t. 412.* Heric. *Pers. Comm. Cl. p. 26.* Hydn. *Syn. p. 564. Dec. fr. 2. p. 108. Nees syst. t. 33.*

Carnosum, magnum, primo niveum, dein cinereo-fuligineum. Truncus dilatatus quasi in pileum, qui vero undique tectus aculeis longis gracilibus, prima ætate strictis, provecta decumbentibus undulatis. *In ligno putrido Galliæ.* (v. ic.)

4. *H. Hystrix*, album, trunco tereti erecto, aculeis erectis longissimis plenis.

Bocc Mus. 307. f. 1. Mich. gen. t. 64. f. 1. H. hystricin. *Batsch. El. p. 113.* Heric. *Pers. l. c.*

Nostrum H. Erinaceo affine, carnosum, molle, tenax; sed differt forma clavata perpendiculari, aculeisque (plenis) robustioribus, parum divergentibus. *Ad truncos, raro. Mihi in Fago. Oct.* (v v)

5. *H. Echinus*, flavum, trunco crasso, aculeis erectis longis fistulosis.

Martella. *Scop. Fung. Hung. p. 151.* Heric. *Pers. l. c.*

Reliqua prioris. *Ad Schemnizium.*

6. *H. Ramaria*, purpureum, pendulum, trunco nullo, aculeis ramosissimis intricatis.

Affine *H. Erinaceo*, cujus pileus e ramis & præcipue aculeis connatis oritur, sed in hac specie nullus pileus formatur. Sat firmum, 2 unc. longum, basi tenui. Aculei ramosissimi, de cetero cum H. Erinacei bene conveniunt, læves, glabri, æqualiter, attenuati, acuti, pleni. *In ligno putrido Fagi, semel. Aug.* (v. v.)

1. H. stalactitium. *Schrank Bay. Reis. p. 130.* An H. coralloides? Truncus crassus, ramis conicis.

2. Ag. coralloidi similis. *Batt. t. 31. A.*

3. H. *carolinianum*, ovatum supra subtusque echinatum. *Walt. Car. p. 263.*

Trib. IV. APUS.

CHAR. Pileus dimidiatus, sessilis, latere adfixus, horizontalis, planus, marginatus, subtus aculeatus. *Truncicoli, annui.*

1. *H. diversidens*, pileo carnoso molli albido, superne dentibus sparsis variis incisis, subtus aculeis confertis brevibus æqualibus.

Caro mollis, sat crassa, alba, haud fibrosa. Forma vix ulla constans; plerumque laterale adscendens; rarius excentrico-umbilicatum in stipitem porrectum. Pileus 2 unc. latus, margine acuto. Dentes elongati, compressi, difformes, subpalmati, non adpressi. Aculei simplices, subulati. *Ad truncos Betulæ. Nov.* v. v.)

2. *H. cirrhatum*, pileis carnosis albidis, superne aculeis sparsis decumbentibus fibrilloso, aculeis longissimis.

Pers. syn. p. 558. *Schum. Sæll. p.* 393.

b. rufescens. H. paradoxum. *Schult. Starg. p.* 492.

Sessile, imbricatum, subreniforme, 1-2 unc. latum, subflexuosum, exsiccatum persistens, flexile; basi muricatum, cirrhis adpressis, versus marginem liberis 2-3 lin. longis; aculeorum procul dubio rudimentis. Margo inflexus, fimbriatus. Aculei 5-8 lin. longi, æquales, tenaces, graciles, vetusti & exsiccati rufescentes. Colore flavo misit ASPEGREN, *Ad truncos Fagi, Quercus. Aut.* (v. v.)

3. *H. discolor*, pileo carnoso lævi pallido, aculeis subulatis æqualibus ferrugineis,

H. Agaricoid. *Swartz Fl. Ind. Occ. III. p.* 1927.

Pileus postice attenuatus, semirotundus, crassus, supra convexus, subtus planiusculus, diametro 2-unciali & ultra. Substantia recens fragilis albida; dein lenta. Aculei confertis imi, 3 lineares, subsucculenti, diaphani; subinde obtusi, juniores forte albescentes. *In truncis semimortuis Jamaicæ temperatioris*

4. *H. leoninum*, pileo carnoso lævi glabro flavo, aculeis subulatis albidioribus.

Esculentum, olidum, primo tuberculiforme, obtusum, basi lata adnatum. Magnitudo 2 unc. & ul-

tra; formâ varia. Caro mollis, alba, sat crassa. Aculei longiusculi, conferti, æquales, acuti. *Ad truncos Betulæ. Jul.-Sept.* (v. v.)

5. *H. minutum*, pusillum, pileo carnoso lævi albido-ochraceo, dentibus longis inæqualibus concoloribus. *Schum. Sæll. p.* 394.

Habitus quidem H. ochracei, sed carnosa substantia aculeisque longis H. cirrhato proximum. Pileus planiusculus, 1 lin. latus. Caro alba. *In palo abietino Sœllandiæ repertum. Oct.* (v. ic.)

6. *H. orbiculatum*, imbricatum, pileis conchatis villosis albis, aculeis tenuibus griseis.

Mich. gen. t. 64. *f.* 5. H. pectiniform. *Batsch.* H. orbiculat. *Pers. syn. p.* 559. *Balb. El. rec. Stirp. p.* 5.

Pilei suborbiculati, leviter repandi, 2 unc. lati. Aculei tenuissimi. *In Italia ad truncos mense Martio &c. repertum.* (v. ic.)

7. *H. pectinatum*, imbricatum, pileis effuso-reflexis hirsutis albis, aculeis subulatis concoloribus. — *Mich. gen. t.* 64. *f.* 4.

Ab H. cirrhato, ad quod citat Persoon, omnino diversum. Pilei videntur tenues, concrescentes, unciales & ultra. Aculei breves, acuti. *Ad Vitium pedamenta, Februario repertum.* (v. ic.)

8. *H. occarium*, imbricatum, pileis dimidiatis villosis albis, aculeis crassis planis.

Mich. gen t. 64. *f.* 3. H. occar. *Batsch.* - *Pers. syn. p.* 559. *Balb. misc. p.* 61.

Pilei plani, basi lata ad 3 unc. elongata adnati, transversim 1 - 1½ unciales. Substantia hujus & duorum antecedentium forsan carnosa? Aculei longi, validi, plani, obtusi. *Ad truncos Italiæ. Nov.* (v ic.)

9. *H. lacteum*, album, pileis coriaceis conchatis villosis, aculeis confertis seriatis acutis subincisis. *Fries Obs. 2. p.* 266. (Sist.)

Pilei sessiles, basi subinde effusi, imbricati, concrescentes, leviter suberosi, azoni, unciales & infra. Aculei neutiquam porosi, sed in series dispositi, subinde connati, longi, compressi; alii teretes integri. *Passim ad truncos & ramos Fagi. Aut.* (v. v.)

10. *H. papyraceum*, niveum, pileis membranaceis glabris lævibus, aculeis acicularibus simplicibus multifidisque. *Wulf. in Jacq. Coll.* 1. *p.* 345.

Membrana tenuis, exsiccatione rigidescens, in bracteas l. squamas semicirculares aut oblongo-ovatas conformata. Pilei convexi, humidi flexiles, sicci coriacei rigiduli, interdum crispi, margine integro. *Ad truncos prope Clagenfurt.*

11. *H. pendulum*, pileis membranaceis plicatis flavis, postice porrectis, margine aculeisque distantibus magnis variis incisis candidis.

Sistotr. *A. S. p.* 261. *t.* 6. *f.* 7. Sist. conchatum. *Ehrenb. silv. Ber. p.* 30. forma minor.

Maxime memorabilis species, optime ab A. S. descripta. Pilei tenuissimi, subpapyraci, plicabiles & distensiles, e basi stipitiformi conchati l. infundibuliformes, unciales & infra; squamis pilosis longis lævibus arcte adeo adpressis, ut superficies tota ruguloso-læviuscula appareat. Aculei in hymenio lævi distant, præcipue basi productæ demum fuscescenti insidentes, varii, subseriati &c. *Ad ligna Pini foco destinata, rarius. Aut., hieme.* (v. v.)

12. *H. crispum*, pileis coriaceis lobatis squamosis plicatis rufofuscis, postice subporrectis aculeis imbricatis pallide rufis.

Schæff. Fung. IV. p. 98. *t.* 147. *f.* 1. *Sibth. Ox. p.* 832.

Videtur priori affine; sed multo majus, pileis planiusculis dilatatis crispis irregularibus imbricatis. Stipes nullus aut brevis crassus rufofuscus. Aculei incomplete descripti. *Ad truncos & ligna putrida. Oct.* (v. ic.)

13. *H. septemtrionale*, pileis fibrosis latissimis subtenuibus inæquabilibus, aculeis longis gracilibus lutescentibus.

Substantia lenta, albo-lutescens, haud crassa. Pilei imbricati, concrescentes, spithamæi, non lævigati, recentes forte lutei, sicci fuscescentes, margine tenui undulato inflexo. Aculei confertissimi, setacei, æquales, raro geminatim connati, $\frac{1}{2}$ unc. longi. *In caudicibus Sueciæ superioris.* Swartz. (v. s.)

14. *H. corrugatum*, pileo carnoso-suberoso crasso corrugato tomentoso nigro, aculeis longissimis subulatis albis. *Fries Obs. 2. p.* 269.

Distinctum, sed forsan in statu decrepito observatum. Crassum, tuberculosum, undulatum, intus album. Aculei unciales, exacte H. Erinacei. *In truncis Betulæ, vere.* (v. v.)

15. *H. strigosum*, pileo coriaceo rugoso squamuloso-strigoso nigrescente, aculeis longis cinereis.

Hall. helv. 2318. H. parasit. *Pers. ic. & descr. t.* 14. *f.* 1. *Syn. p.* 558. *Nees syst. f.* 245. H. strigos. *Swartz l. c. p.* 250.

Pilei solitarii l. imbricati, planiusculi, squamis adpressis palmato-incisis fuscis setosis (fere ut in Polyp. Favolo Gallico) scabri, margine lobato. Substantia crassiuscula, sicca, fusca. Aculei conferti, æquales, rigidi, albo-variegati, dein grisei, marginales sæpe connati. *Ad arbores frondosas languidas Sueciæ, prope Berolinum* (Ehrenberg) *&c. Vere, Aut.* (v. s.)

16. *H. ochraceum*, effuso-reflexum, pileo coriaceo tenui zonato ochraceo, aculeis minutis confertis ochraceo-carneis.

H. Daviesii. *Sowerb. t.* 15. H. ochrac. *Pers. Obs. Mye.* 1. *p.* 73. *Syn. p.* 559. *A. S. p.* 268.

Parvum, junius totum effusum; dein margine reflectuntur pilei subrepandi, primo albido-subtomentosi, dein rugosi; 1-3 unc. latum. Aculei bre-

ves, acuti, integri, expallentes. Variat integrum stipite centrali *A. S. l. c.* forte & immarginatum, aculeis longioribus tomento effuso innatis. *Ad ligna Pini, Abietis. Per annum.* (v. v.)

1. H. albovirens. *H. parasiticum* pileo spongioso plano albo, subtus virens. *Vill. Delph p.* 1023.

2. *H. populinum*, pileis longis glabris leucophæis, aculeis teretibus purpureis. *Mich. nov. gen p.* 122. *n.* 8.

3. *H. ilicinum.* pileis coriaceis glabris ferrugineis, aculeis albis. *Mich. l. c. n.* 7.

4. *H. minimum*, coriaceo-lignosum, sphæricum, aurantiacum, aculeis brevibus erectis. *Bolt. t.* 171.

Micheli aliam speciem terrestrem colore obscuro, aculeis longis memorat. — Ipse legi semel H. terrestre, sessile, luteum, villosum, aculeis brevibus.

Trib. V. RESUPINATUS.

Odontia. *Pers. disp. p.* 30. Hydna & Sistotr. resupinat. *Pers, syn. p.* 552. *Nees syst. p.* 226, 234.

CHAR. Resupinatus, effusus, pileo tenui obliterato ubique adnato *immarginato*, in ambitu sæpe byssino. *Tenues, lignatiles.*

† Aculeis æqualibus, teretibus, integris, * *coloratis.*

1. *H. macrodon*, rufescens, pileo obliterato, aculeis obliquis longissimis pendulis. *Pers. p.* 560.

Ad ultima Merismata accedit. Subiculum fere nullum. Aculei (primo albidi?) basi connati, deorsum spectant & ligno longitudinaliter adnati, omnium longissimi. *Ad truncos pineos Misniæ.*

2. *H. membranaceum*, effusum, tenue, glabrum, fulvo-ferrugineum, aculeis mediis rectis.

Bull. Ch. t. 481. *f.* 1. *Sowerb. t.* 327. *Fr. l. c. p.* 270.

Nostrum a Sistotr. quercino *P.* certe differt receptaculo, colore aculeisque æqualibus integris. Ambitus vix distinctus. Junius pallidius, demum subfuscum. *Ad ligna Pini &c. Aest.* (v. v.)

3. *H. fusco-atrum*, effusum, glabriusculum, junius glaucum, dein ferrugineo-fuscum, aculeis nigricantibus. *Fries Nov. Suec. p.* 39.

Junius exacte orbiculare, ½ - 1 unc. latum, margine sæpe byssino cæsio; mox confluens, latissime effusum, glabrum, tenue. Aculei minus conferti, subbreves, obtusiusculi, juniores cervini. *In ligno Fagi, persistens.* (v. v.)

β. *H. castaneum*, subvillosum, glaucum, dein badium, aculeis longis confertis. *A. S. p.* 260. — Certe prioris varietas. *Ad truncos "Populi tremulæ"; frequens in Betula.* (v. v.)

4. *H. aterrimum*, effusum, strigosum, atrum, aculeis elongatis subcompressis acutis nigris.

Sphæron.? hydnoid. *in V. A. H.* 1818. *p.* 358 *Exs. n.* 39.

Maxime memorabile, cortici interiori Betulæ albæ innascens, epidermidem Sph. stigmatis l. Thelephoræ comedentis instar solvens, ramos & truncos undique sæpe ambiens crusta sua late tenui spinulosa. Aculei subconferti, minus æquales, convexi, rugulosi, sed numquam incisi l. villosi. *Ad Femsjö copiose. Persistens.* (v. v.)

5. *H. Sacchari*, effusum, luridum, aculeis brevibus subcurvatis. *Spreng. V. A. H.* 1820. *p.* 51.

Accedit ad H. ferrugineum, sed hoc totum tomentosum ac ferrugineum. *In foliis Sacchari officinarum, Guadeloupæ.*

6. *H ferruginosum*, effusum, tomentosum, ferrugineum, aculeis acutis subintegris.

H. tomentos. *Schrad. spic. p.* 177. *t.* 4 *f.* 2. H. ferrugin. *Pers. syn. p.* 562. *A. S. p.* 270. *Nees syst. f.* 248.

Membrana tota e tomento dense contexta, adpressa, ambitu simplici; 2-3 unc. longa. Aculei erecti, rarius obliqui subcompressi, etiam villosi. *Ad truncos. Aut.* (v. v.)

7. *H. bicolor*, effusum, tomentosum, album, aculeis minutis rectis acutis e rufo-spadiceis, apice nudis. *A. S. p.* 270.

Subiculum spithamæum & ultra, tenue, adnatum, e tomento contextum. Aculei ½ lin. longi, distincti, circa basin albo-lanati. *Ad ligna putrida abiegna. Aut. — vere.* (v. v.)

8. *H. pinastri*, effusum, flavum, ambitu byssino albo, aculeis acutis glabris obliquis. *Fries Nov. l. c. Obs. myc. I. p.* 149.

Membrana laxe adhærens, tenuis, junior tota tomentosa, dein disco glabra. Aculei æquales, integri, sed subiculo adpressi & fere adnati. *In cortice, ligno Pini. Aestate, aut.* (v. v.)

9. *H. microdon*, effusum, coriaceum, ochraceo-carneum, aculeis congestis tenuibus. *Pers. syn. p.* 561.

Ultra spithamam longum, subtus tomentosum, ambitu subinflexo. Aculei acuti, nonnulli compressi. *In fodina lithantracina in monte Meisner lectum.*

10. *H. alutaceum*, effusum, glabrum, pallide ochraceum, aculeis minutis acutis.

Subiculum varium, longitudinaliter plerumque effusum, 3-5 unc. longum, persistens, arcte adnatum. Aculei conferti, erecti, glabri, integri. *Ad ligna putrida Pini. Aest.* (v. v.)

** *Aculeis albidis.*

11. *H. fragile*, effusum, albidum, aculeis fragilibus longissimis flexuosis. *Pers. l. c.*

Subiculum tenue, membranaceum, a ligno liberum. Aculei ½ unc. longi, opaci, recti, subflexuosi, conferti. *In Misnia.*

12. *H. fasciculare*, albidum, subiculo nullo, aculeis fasciculatis longis pendulis.

A. S. p. 269. *t.* 10. *f.* 9. *Dec. fr.* 6. *p.* 35.

Aculei 4-12, basi connati, teretes, acuti, 3-4 lin. longi fasciculum pendulum constituunt. *Ad truncos putridos pineos, frequens. Aut.* (v. v.)

13. *H. subcarnaceum*, effusum, subglabrum, alborufescens, aculeis longis acutis. *Fr. Obs.* 2.

Latum, membranaceum, arcte adnatum, ambitu vix byssino. Aculei conferti, 3 lin. longi, regulares, erecti l. obliqui. *Ad truncos prostratos Betulæ. Aest. aut.* (v. v.)

14. *H. mucidum*, effusum, membranaceum, album, subtus margineque villosum, aculeis longis confertis acutis. *Pers. syn. p.* 561.

Latissimum, sæpe pedale & ultra, a ligno integrum solubile. Aculei maxime æquales, subulati, recti, fastigiati, molles. Subinde flavescens. *Ad truncos Fagi, Sorbi &c. frequens. Vere - aut.* (v. v.)

15. *H. diaphanum*, effusum, tenue, membranaceum, glabriusculum, pellucens, albidum, aculeis subulatis distinctis mediis.

Schrad. spic. p. 178. *t.* 3. *f.* 3. *Pers. syn. p.* 563. *A. S. p.* 271.

Papyraceum, laxe adhærens, in ætate juniore tomento subtili conspersum, in adultiori glabrum diaphanum, margine per ætatem involutum. Aculei 1 - 1 ½ unc. longi, erectiusculi, per siccitatem albo-flavi. *Ad truncos Fagi, Betulæ. Aut.* (v. ic.)

β. H. pellucens, subiculo tenerrimo diaphano l. nullo, aculeis tenuibus flaccescentibus. *Ad cortices Betulæ. Aestate.* (v. v.)

16. *H. Agardhii*, effusum, subcarnosum, glabrum, albidum, intus viridescens, aculeis minutis obtusis apice rubris. *Fries Nov. Suec. p.* 39.

. . Late effusum, arcte adnatum, numquam villosum, ne ambitu quidem. Aculei breves, juniores unicolores. *Ad truncos abiegnos. Aest. aut.* (v. v)

17. *H. obtusum*, effusum, candidum, aculeis brevibus teretibus obtusis, apice villosis.

Schrad. spic. p. 178. *Pers. syn. p.* 562.

Subiculum membranaceum, inæqualiter expansum, sæpe 2 unciale, appressum, margine sæpius per ætatem, introflexum. Aculei vix $\frac{1}{2}$ lin. longi, erecti, conferti, inferne glabri. *Cum H. diaphano.*

18. *H. crustosum*, effusum, crustæforme, subfarinaceum, album, aculeis minimis obtusis.

Odont. *Pers. Obs. Myc.* 2. *p.* 16. Hydn. *Syn. p.* 562. *A. S. p.* 270. *Schum. Sæll. p.* 394. *Nees syst. f.* 247.

Subiculum non membranaceum cohærens, sed indeterminate effusum adnatum, crustæ instar Lichenosæ. Aculei nudo oculo vix conspicui, glabri, subinde apice excavati. *Ad truncos Salicum, ligna pinea &c. Persistens.* (v. v.)

19. *H. farinaceum*, effusum, crustæforme, pallidum, ambitu subbyssino, aculeis tenuissimis subdistantibus acutis.

Pers. syn. p. 562. *A. S. p.* 270. *Dec. fr.* 6. *p.* 35.

Notis allatis satis differt ab antec. & sq., cum quibus jungit Cl. Ehrenberg; tamen fatendum plures occurrere formas intermedias haud stricte circumscriptas. Subiculum arcte adnatum, farinam stratam refert. Aculei acutissimi. *Ad truncos frequens. Persistens.* (v. v.)

20. *H. niveum*, effusum, submembranaceum, album, ambitu byssino, aculeis confertis brevibus.

Odont. *Pers. disp. meth. t.* 4. *f.* 6, 7. Hydn. *Syn. p.* 563. *A. S. p.* 271. *Swartz. l. c. p.* 251. *Nees syst. f.* 246.

Recens colore pulcherrime candido distinguitur, dein pallescit. Subiculum tenue, 2-3 unc.

usque spithamæum." Aculei minuti, subacuti, glabri. *Ad truncos. Persistens.* (v. v.)

β. H. fimbriatum, candidum, fugax, ambitu radioso-fimbriato, aculeis granulosis.

Junius Himantiam candidam dendriticam refert, dein margine fibrillosum. *Ad lignum Fagi.* (v. v.)

†† Aculeis compressis, subincisis, variis l. angulatis. * *coloratis.*

21. *H. squalinum*, majus, villosum, aculeis confertis elongatis compressis acutis integerrimis fuscescentibus.

Subiculum subrotundum, mox confluens irregulare, firmum, adhærens, sed a matrice solubile, ligneo-fuscescens; subtus & ambitu tenui villosis albis. Aculei recti, firmi; juniores obtusi, villo albido obducti; dein glabri, 2-3 lin & ultra, acuti, subdivisi, sed non incisi. *Ad cortices prostratos Fagi. Persistens.* (v. v.)

22. *H. carneum*, effusum, submembranaceum, rubescens, ambitu simplici, aculeis difformibus obliquis obtusis integris. *Fries Obs.* 2. *p.* 268.

Meruliis subaffine, adnatum, 1-3 unc. longum, confluens, difforme, glabrum, junius subvenosum. *Ad cortices dejectos Fagi, haud frequens. Autumno.* (v. v.)

23. *H. Hollii*, effusum, membranaceum, lilacino-fuscum, in ambitu album, aculeis erectis difformibus incisis. *Schmidt l. c. p.* 87. (Sist.)

Junius orbiculare, dein confluens, 2-3 pedale. Aculei subfasciculati, 1-2 lin. longi. — Hoc statum siccum senescentem *Sist. carnei* (primo carnoso-floccosi carnei, dein membranacei fuscescentis) *Ehrenb. silv. Ber. p.* 30 ipse inventor suspicatur. *Illud in Pino picea, hoc in P. silvestri? lectum.* (v. s.)

24. *H. fusco-violaceum*, effusum carnoso-floccosum violaceo-fuscum, ambitu fibrilloso albicante aut violaceo, aculeis incisis variis.

Sist. fusco-viol. *Ehrenb. silv. Ber. p.* 30.

Forsan potius pone H. ochraceum locandum, cum etiam reflexum dicitur, pileis dimidiatis, imbricatis, superne albo-tomentosis, interdum zonis variegatis. Ambitus vero Resupinati. *In tignis pineis putridis.*

25. *H. viride*, effusum, tomentosum, mollissimum, viride, aculeis erectis crassiusculis difformibus subincisis.

Sist. viride. *A. S. p.* 262. *t.* 6. *f.* 4.

Subiculum tenerum, digito tritum evanescens, e tomento tenui in membranam nunc totam adpressam, nunc margine passim reflexam conflatum, quandoque spithamæum. Color dein expallens, flavicans. Aculei subconici, 1 lin. fere longi, satis conferti. *Ad ligna alnea. Aest. aut.* (v. ic.)

26. *H. Barba Jovis*, effusum, tomentosum, pallido-album, aculeis teretibus pubescentibus, apice aurantio-barbatis.

Bull. Ch. t. 481. *f.* 2. *With. arr. IV. p.* 337. *Sowerb. t.* 328. *Dec. fr.* 2. *p.* 109. *Swartz l. c. p.* 251.

Subiculum membranaceum, ad latitudinem pedalem & ultra expansum, a tomento tenuissimo contextum, ambitu byssino albidiori; junius album, dein flavo-rufescens. Aculei simplices, 2 lin. fere longi, subpenicillati. *Ad cariosos truncos Aestate - vere.* (v. s.)

27. *H. fimbriatum*, effusum, membranaceum, subcostatum, incarnato-rufum, ambitu fimbriato, aculeis granulosis dein multifidis.

Sist. fimbriat. *Pers. Obs. Myc. I. p.* 88. *Syn. p.* 553. *A. S. p.* 263. *Fries Obs. 2. p.* 268. Hydn. *Dec. fr.* 6. *p.* 37.

Species inter insigniores, Polyp. Vaillantii in memoriam revocans. Costæ radiciformes elongatæ junctæ membrana expansa, tenui, trunco laxius adhærentes. Margo elegantissime radiato-fimbriatus, albus. Aculei minuti, dein elongati. *Ad truncos prostratos Fagi, Betulæ, "Abietis." Persistens.* (v. v.)

28. *H. cristulatum*, effusum, tenue, rubescens, ambitu candido byssino, aculeis granulosis elongatis villosis apice cristulatis.

Specimina plura in crustam latissimam confluunt, quæ ob discum mox rubescentem versicoloria evadunt. Subiculum primo album, ecostatum, adnatum; digito pressum persistens, sed aculei conferti recti minimi evanescunt. *Ad truncos Betulæ. Aut.* (v. v.)

29. *H. udum*, effusum, tenue, subgelatinosum, glabrum, lutescenti-aquosum, aculeis confertis inæqualibus furcatis fimbriatisque.

Latissimum longissimumque, mucidum, a ligno neutiquam solubile, in ambitu sæpe nudo gelatinoso-membranaceo glabrum. Aculei vix lin longi, molles, glabri, pallidi, plurimi teretes 2-3 furcati, alii compressi fimbriati. *Ad lignum putridum Alni. Aut.* (v. v.)

30. *H. fallax*, effusum, interruptum, tenue, ambitu byssino albo, aculeis minutis confertis incisis flavidis. *Fries Obs. 1. p.* 130.

Subiculum tenue, villoso-furfuraceum, digito pressum fugax, etiam nullum. Aculei inæquales, compressi, acuti, vix $\frac{1}{2}$ lin longi. *Ad hymenium Polypori fomentarii; rarius ad ligna vetusta. Aest., aut.* (v. v.)

** Aculeis candidis, albis.

31. *H. Radula*, orbiculatum, lacteum, margine subprominulo byssino, aculeis distantibus elongatis difformibus integris. *Fries Obs. 2. p.* 271.

Affinitas cum H. pendulo adest, præcipue quoad aculeorum indolem; qui demum etiam basi lutescunt, firmi, raro incisi. Subiculum primo tuberculiforme villosum, dein disco marginato, nisi confluens. *Ad truncos Betulæ passim. Aut hieme* (v.v.)

32. *H. fagineum*, subeffusum, glabrum, albo-pallescens, aculeis confertis elongatis conato-fasciculatis obtusis integris.

Sistotr. *Pers. syn. p.* 552? *Fries Nov. Suec. p.* 38.

Affine H. squalino, a sequentibus valde diversum. Subiculum primo orbiculare, dein confluens late effusum, ramulos ambiens stalactitium, adnatum, e floccis tomentosis dense contextum. Aculei erecti l. ob situm obliqui, e pluribus concretis ramosi & compressi, laves, glabri, "nec plicato-annulati." *Ad ramos & truncos Fagi frequens. Persistens.* (v. v.)

33. *H. quercinum*, effusum, glabrum, albo-pallidum, aculeis crassis diformibus incisis subadpressis.

H. candidum. *Willd. in Bot. Mag. 4. f. 7.* Odont. quercina. *Pers. Obs. 2. p. 17.* Sistotrema. *Syn. p. 552. A. S. p. 262. Fries Nov. Suec. p. 35. Nees syst. f. 230.*

Nostrum dein lutescit, nec rufescit, ut apud Persoon. Subiculum arcte adnatum, persistens, subtenue, 2-3 unc. longum Aculei obliqui, subcompressi, nunc integri, nunc plus minus incisi, sublutescunt. *Ad ligna Quercus. Persistens* (v. v.)

34. *H. spathulatum*, effusum, candidum, aculeis spathulatis subintegris apice villosis.

Schrad. spic. p. 178. *t.* 4. *f.* 3. Sistotrema. *Pers. syn. p.* 553. *A. S. p.* 263. *Nees syst. f.* 231.

Subiculum 1-2 unciale, tenerrimum, in ambitu adpressum byssaceum; demum flavescens. Aculei conferti, 2 lin. longi, obliqui. *Ad truncos præsertim abiegnos. Persistens.* (v. v.)

35. *H. paradoxum*, effusum, candidum, aculeis confertis digitatis apice villosis.

Schrad. spic. p. 179. *t.* 4. *f.* 1. *Dec. fr.* 6. *p.* 37. Sistotr. *Pers. syn. p.* 553. *A. S. p.* 263. *Swartz Summ. Sc.*

Subiculum membranaceum, inæqualiter expansum, glabrum, ambitu byssino. Aculei sæpe fasciculati, 1½ lin. longi, recti l. curvati &c. *Ad cortices Fagi, Betulæ, Salicis.* (v. ic.)

36. *H. argutum*, effusum, tomentosum, candidum, aculeis obliquis acutis serratis.

Subiculum tenue, irregulariter effusum, adnatum, constanter absque ambitu sterili byssino, quia subiculum oriri videtur tantum e basibus aculeorum villosis connexis. Aculei sub lente examinandi, concrescentes, inæquales, ad latera minute denticulati, longiusculi. *Ad ligna & cortices Betulæ. Aut.* (v. v.)

37. *H. obliquum*, effusum, candidum, ambitu byssino, aculeis compressis inæqualibus villosis.

Schrad. spic. p. 179. Sist. *A. S. p.* 263. *Fr. Nov. l. c.*

Accedit ad Polyporos, cum hymenium in juniori ætate poros acutos fere referat; cum vero in statu perfecto aculei satis liberi, conferti, subtruncati, more Hydnorum villosi & incisi hujus potissimum generis. Subiculum tenue, vix contiguum, arcte adnatum. Color expallens. *Ad truncos passim. Persistens.* (v. v.)

38. *H. pseudo-boletus*, subrotundum, albidum, ambitu pubescente niveo, aculeis obliquis acutis subconfluentibus. *Dec. fr.* 6. *p.* 34.

Maculæ tenues, carnosæ, rotundatæ l. oblongæ, etiam leviter rufescentes; ambitu sub lente byssino. Aculei deflexi, alii integri Hydnorum instar prominentes, alii in poros confluentes. *Ad truncos Quercus, Jura. (Ni fallor & ipse reperi.)*

39. *H. subtile*, latissime effusum, tenerrimum, glabrum, aquose albidum, aculeis distantibus granulæformibus tenuissime incisis.

Subiculum indeterminatum, a matrice neutiquam solubile, digito tritum evanescens. Color albidus, subhyalinus. Aculei minuti, brevissimi, sub lente acute incisi. *Ad cortices Betulæ Aut.* (v. v.)

40. *H. stipatum*, latissime effusum, villoso-furfuraceum, albidum, dentibus confertis granulæformibus obtusis.

Polyp. farinello analogum; indeterminatum, adnatum, tenue, ut digito tritum evanescat; in ambitu sæpe sterile, byssinum, furfuraceum. Aculei dein elongati, integri l. minute dentati, glabri. A ligno neutiquam solvi potest. *Ad lignum prostratum Alni. Aut. vere.* (v. v.)

In ultimis speciebus Hydni asci quoque submersi l. in floccis soluti (*n.* 6, 7, 26, 27 &c.)

1. Agaricus barbatus. *Batt. t.* 336. Merismati affine.

2. Sist. cellare. var. obtusum. *A. S. p.* 264. Subiculum tenue, villosum l. obsoletum. Aculei glabri, firmi, varie angulati, recti, crassiusculi, congesti.

3. H. byssinum. *Schrad. spic. p.* 177 tomentosum, candidum, aculeis subulatis glabris. *Ad Salices.*

4. *H. sudans*, pallidum, subiculo lævi effuso, subulis distantibus teretibus brevibus crassiusculis obtusis, apice excavatis, guttula viscosa pellucida ovata persistente coronatis. *A. S. p.* 272. *Dec. fr.* 6. *p.* 35. — *Ad lignum putridum.*

5. Sist. membranaceum. *Nees syst. p.* 227 *f.* 232. fibrosum, tenue, candidum, dentibus erectis flaccidis fibroso-laceris. *In ligno pineo.* (In icone rufum.)

In hoc aliisque antecedentibus desiderantur asci, tamen ad aliud genus vix referenda. Cf. Thelephora. Obs. ad fin. — *H. calvum* Isariæ species.

X. SISTOTREMA. Fries.

CHAR. Hymenium a pileo subdiscretum, dentato-lamellosum. Lamellulæ (aculei explanati) interruptæ, irregulariter dispositæ, breves, planæ, flexæ & gyrosæ, sæpe characteri-formes, utrinque ascigeræ. — Pileus carnosus, irregularis, cum stipite, quando præsens, contiguus. Velum nullum. *Sporidia alba*

HIST. Medium inter Agaricos & Hydna & ab homonymo genere Persoonii diversum; cum vero ad hoc relatum fuit ejusque species albidi disposui, nomen retinendum putavi. Analogæ sunt præcipue Dædaleæ nonnullæ; sed hoc *numquam poros l. sinulos format*, substantia ascisque majoribus insuper diversum. De cetero hoc loco inter Hydna irregularia & Phlebias non male militat.

a. SISTOTREMA *confluens.*

Hydnum sublamellosum. *Bull. Ch. p.* 306. *t.* 453. *f.* 2. *Sowerb. t.* 112. *Dec. fr.* 2. *p.* 112. Sistotr. confl. *Pers. syn. p.* 551. *A. S. p.* 260. *Swartz in Vet. Ac. Handl.* 1810. *p.* 239.

Gregarium, concrescens, fragile, inodorum, candidum, demum flavescens. Stipes deorsum attenuatus, centralis l. lateralis, e situ horizontalis l. verticalis, uncialis & infra, etiam obsoletus. Pilei tenues, subfragiles, $\frac{1}{2}$ - 1 unc. lati, subdepressi, flexuosi, concrescentes. Lamellulæ variant integræ & incisæ. *In pinetis ad terram, præcipue ad latera viarum arenosa. Aug.-Nov.* (v. v.)

XI. PHLEBIA. Fries.

CHAR. Hymenium cum pileo homogeneum & concretum, glabrum, venoso-rugosum. Rugæ (Papillæ elongatæ) interruptæ, irregulariter dispositæ, prominentes, recti & flexuosi, cum hymenio undique ascigeræ — Stipes nullus. Pileus sessilis, re-

supinatus, effusus. Substantia subfloccosa, plerumque carnoso-lenta, tenax. (*Asci in n. 4 nulli.*)

HIST. Nomen a φλεψ, vena. Ut prius genus medium inter Agaricum & Hydnum, hoc inter Cantharellum & Thelephoram proximam; ut illud differt a Dædalea, hoc ab analogo Merulio. Species corticolæ, serotinæ, annuæ; nulla ab Auctoribus descripta.

1. *P. Merismoides*, effusa, incrustato-ramulosa, carneo-rubea, subtus villosa alba, margine aurantio-piloso, plicis rectis.

Merul. Merismoid. *Fries Obs. 2. p. 235.*

Elegans species, præcipue coloribus nitidis. Rarius supra ligna & cortices lævigatas reperitur effusa, contorta, subtuberculosa, non vero ramulosa; sed etiam tum marginibus penicillato-pilosis Merisma refert. Sæpius muscos ambit, ramulis papilloso-venosis. *Supra muscos & ligna Fagi. Oct.-Jan.* (v. v.)

2. *P. radiata*, orbicularis, utrinque glabra, obscure carnea, plicis confertis seriatis versus ambitum radiatum evanescentibus.

Substantia carnoso-membranacea, tenax, persistens. Forma junior orbicularis, dein dilatata, confluens, 1-3 unc lata. Ambitus liber, brevis, glaber, sed eximie fibroso-radiatus, fere ut in M. tremelloso juniori. Plicæ e centro radiantes, breves, flexæ, implexæ, confertissimæ. *Ad truncos Betulæ. Oct.-Dec.* (v. v)

3. *P. contorta*, effusa, utrinque glabra, fusco-rubra, plicis distantibus irregularibus subflexuosis.

Maxime antecedenti affinis, sed magis effusa, tuberculosa & contorta, substantia firmior (fere Thel. quercinæ) & præcipue plicis non radiatis, sed nunc sparsis, nunc hinc inde conglomeratis, magis prominulis diversa. *Ad cortices Sorbi, rarius. Aut.* (v. v.)

** 4. *P. vaga*, effusa, mollis, sulphurea, ambitu expanso byssino, plicis distantibus vagis.

Substantia Himant. sulphureæ a prioribus longe recedit. Membrana expansa, leviter adhærens, gravius trita fugax, 2 unc. & ultra, supra glabra, subtus villosa concolor. Plicæ rectæ, breves, raræ, deformes, pallide luteæ. — Occurrit varietas alba. *Ad cortices Alni. Sept.-Nov.* (v. v.)

XII. THELEPHORA. Ehrh.

Agar. ord. VIII. ad part. *Mich. gen. p.* 124. *Hall. helv. III. p.* 134. Helveliæ spec. *Linn. aliorumque.* Auricularia *Bull. Ch. p.* 284. Thelephora. *Willd. Ber. p.* 396. *Pers. syn. p.* 565. *Link diss.* 1. *p.* 39. *Nees syst. p.* 246! Merisma. *ll. cc.*

CHAR. Hymenium cum pileo homogeneum & concretum, papillis subrotundis obtusis sparsis obsitum l. omnino læve, undique ascigerum. Asci subimmersi, tenues, raro obsoleti. — Stipes rarissimus. Pileus coriaceus, persistens, rarius regularis, contextu fibroso-floccoso. Velum plane nullum.

ABERRATIONES Pileatorum infimi generis plures, quam status naturales. Ex hymenio Stereum, Phylacteria, Lejostroma. — Receptaculum, ut in generibus analogis Merulio, Polyporo, Hydno, nunc clavæforme, nunc, ut sæpius, obliteratum resupinatum.

HISTOR. Nomen a Θηλη & Φερω composuit Ehrhart; characterem stabilivit Willdenow; indolem illustrarunt Link & Nees. E receptaculi indole Persoon, hymenii Schumacher, ascorum Link in plura genera disposuerunt. — Optime meriti Schrader & Persoon de cognitione specierum, quæ vero ob notas acutas sæpius deficientes ægre definiuntur. (Me has minus quam reliquorum generum curasse, studioque novas omisisse fatendum est.) —

A superiore parte Phlebiis Cantharellisque proximæ; ab inferiore non solum ad Hymenomycetum Prototypos (Tremellinas Cf. *Nees p.* 238.); sed & ad fungos elementares (Protomycetes & Hyphomycetes) descendunt; per analogiam ad Anthinas, Isarias, Sporotricha &c.; per affinitatem ad Xylostromata, Hypochnos, Ozonia e. s. p. Hos enim, quorum constantiores in alia semovere cogimur classe, in natura confluunt; non solum in Thelephoras solum, bene monentibus Linkio & Belvisio, sed & in Polyporos & Hydna abeunt. Suo loco, auctis ut spero observationibus, plenius persequar; etiam ad Tuberculariam singularem afferram experientiam. — Cum Pezizis affinitas ne minima quidem.

DIVIS. ut inter Hydna, Polyporos &c.

I. MESOPUS. Pileus integer, stipitatus. *Terrestres.*

II. PLEUROPUS. Pileus lateralis, substipitatus. *Terrestr.*

III. MERISMA. Pileus stipesque confusi, in ramos compressos l. tubercosos abeunt. *Terrestres.*

IV. APUS. Pileus sessilis, lateralis. *Lignatiles.*

V. RESUPINATUS. Pileus obliteratus, resupinatus. *Lignatiles.*

B. STEREUM. Hymenium velutinum. Thecæ sæpe emersæ. *Hujus species inter priores disposui.*

C. PHYLACTERIA. Sporidia quaterna serie dispositæ. *Resupinatæ, terrestres.*

D. LEJOSTROMA. Glabræ, absque thecis. *Lignic.*

Accedunt Auricularia — Sarcopodium, Coniophora, Hypochnus, Conisporium &c. &c.

Trib. I. MESOPUS.

Fungoidast. sp. *Mich. p.* 201. Craterella. *Pers. disp. p.* 32. Th. Omphalia. *Nees syst. p.* 237.

CHAR. Stipes perpendicularis, solidus, firmus, brevis sæpe, sed distinctus, cum pileo contiguus. Pileus integer, subcentralis, infundibuliformis, sub-

coriaceus, celluloso-floccosus. Asci distincti. *Terrestres. (Species carnosas vide sub Cantharello — Canth. undulatus.)*

1. *T. elegans*, carnoso-coriacea, pileo glabro dilute fusco-fasciato, subtus albescente-carneo pruinoso. *Mey. Ess. p.* 305.

Gregaria, subcarnosa, tenuis. Pileus substipitatus, 1-2 unc., infundibuliformis, subcompressus, undulato-plicatus, margine irregulariter crenatus, interne rufescens, & fasciis dilute fuscis elegantter variegatus, nitens. *Ad terram Essequeboæ. Jun.*

2. *T. pannosa*, suberosa, pallida, pileo depresso squamoso, subtus lævi subpiloso.

a. Helv. pannosa. *Sowerb. t.* 155. stip. longo.

b. Craterella pallida. *Pers. ic. & descr. t.* 1. *f.* 3. Theleph. *Syn. p.* 565. stipite brevi.

Gregaria, subcæspitosa, lignoso-tenuis, mihi 2 unc. alta. Stipes subvillosus, distinctus. Pileus excavato-infundibuliformis lacerus, fimbriatus, subtus sub lente hispidus. *Ad terram in fagetis umbrosis &c. raro. Aut.* (v. v.)

3. *T. caryophyllæa*, coriacea, fusco-purpurea, pileo inæquali fibroso striato, subtus lævi.

Hall. helv. 2267. Elv. caryoph. *Schæff. t.* 325. Merulius. *With. arr.* 4. *p.* 153. M. radiatus. *Holmsk. Ot. II. t.* 29. Crater. ambigua. *Pers. Obs.* 1. *p.* 39. *t.* 6. *f.* 8—10. Thel. *Syn. p.* 565. *Nees syst. f.* 250.

Varia, tenax, 1½ unc circiter alta. Pileus superne fibroso-floccosus, unciam usque latus, expallens. Bene monente Persoonio *(Obs. Myc. I)* ambigua species; triplicem legi formam, quæ ad totidem sequentium species pertinere videtur; prima hymenio glabro subpapilloso purpureo-fusco, stipite sæpe ramoso ad Th. flabellarem; secunda hymenio subpruinoso fusco-ferrugineo ad T. fœtidam; tertia pileo eleganter lacero ad Th. laciniatam. Addi posset quarta, sequentis b. — *Ad terram a. locis*

graminosis nemorosis. b. in pinetis. c. locis udis. Aut. (v. v.)

Trib. II. PLEUROPUS. (Syn. ad IV.)

CHAR. Stipes lateralis, brevissimus, vix distinctus. Pileus dimidiatus, horizontalis, planus, fibrosus, coriaceus. Substantia sat mollis, e floccis ramosis, annulatis, intricatis contexta. Papillæ & asci distincti. Sporidia fusco-purpurea. *Terrestres, imbricati.*

1. *T. terrestris*, obscure fusca, pileis planis fibroso-strigosis, stipite brevissimo.

Agar. tristis. *Batsch. f.* 121. Auricul. caryophyll *Bull. Ch. p.* 284. *t.* 268. Thel. mesenteriformis. *Willd. Ber. p.* 397. *t.* 7. *f.* 15 Th. terrestris. *Ehrh. Cr. n.* 178. *Pers. syn. p.* 566. *Swartz in V. A. H.* 1811. *p.* 74. *Nees syst. f.* 251.

b. pileo integro umbilicato. *Pers. l. c. A. S. p.* 273.

Gregaria, sæpe imbricata horizontalis, 1-2 uncialata, sequentibus obscurior & mollior. Papillæ sparsæ. *Ad terram. Aut.* (v. v.)

2. *T. laciniata*, ferrugineo-fusca, pileis fibroso-squamosis, margine laciniato-crispis.

Helv. pineti. *Linn. Spec. Pl. II. p.* 1649. H. caryophyll. *Bolt. t.* 173. Auricul. *Sowerb. t.* 213. Thel. mesenterif. *Fl. Dan. t.* 1198. Cortic. lacin. *Pers. Obs.* 1. *p.* 39. Th. *Syn. p.* 567. *Swartz l. c. p.* 75.

b. Fl. Dan. t. 949. (effuso-reflexa.)

Priori affinis, sed stipes magis obsoletus, pileus latior, tenuior, margine eleganter incisus fimbriatus, papillæ confertiores. Color pallidior, margine subtusque primo albidus. Legi cæspitibus omnino Merismoideis, maxime laciniatis. *Ad terram & radices truncorum, frequens. Aut.* (v. v.)

3. *T. intybacea*, cæspitosa, pileis subdimidiatis fibroso-squamosis pallidis, subtus cinereo-fuscescentibus. *Pers. syn. l. c.*

Species dubia; ut videtur valde Merismoidea. Pilei imbricati, subtriquetri, cæspitem efformant obconicum. Stipites elongati, basi uniti. *In fagetis rarissime.*

H. acaulis *Lour. Coch. p.* 694. Alba, subtus lævis.

Trib. III. MERISMA.

Merisma, *Pers. Comm. p.* 92. *Nees p.* 168!

CHAR. Ramosa, laciniata, compressa, inæqualia, apice sæpe pilosa. Rami subtus præcipue asciferi. Asci plurimis distincti. *Terrestria. Occurrunt & Sterea.*

Obs. Merismata huc pertinere haud longa eget demonstratione. Taceo substantiam omnesque characteres communes, taceo analogiam antecedentium generum reliquaque; præcipue enim ob affinitatem naturalem huc locavi & limites ab affinibus tribubus deficientes. Bene vero differt Anthina Fries Nov. Suec. V.

* *Erecta, ramosissima, ramis distinctis.*

1. *T. Coralloides*, erecta, nigrescens, ramis striatis dilatatis, apicibus fimbriatis albis.

Clavaria coriacea. *Bull. Ch. p.* 198. *t.* 452. *f.* 2. *Dec. fr.* 2. *p.* 102. Merisma umbr. *Pers. Comm. p.* 94.

Certe a sequente diversa, ramis gradatim majoribus pulchra. Apices tomentosi, sinuosi, dentati, ad normam petalorum Dianthi dispositi. a) fuligineo-cinerea, dein fusco-nigricans. b) fusco-nigricans, dein atra. *Ad terram & inter folia Galliæ. Aut.* (v. ic.)

2. *T. palmata*, erecta, purpureo-fusca, ramis complanatis dilatatis palmatis pubescentibus, apice albicantibus.

Clav. palmata. *Scop. Carn. p.* 483. Cl. tomentosa. *Lam. Enc. II. p.* 38. Merisma. *Pers. Comm. p* 38. M. fœtidum. *Pers.* (sed glabrum dicit.) *Swartz l. c. p.* 83. *Schmidt & Kunz exs. n.* 96.

Odor fœtidus. Tota 1-2 unc. alta, subtiliter pubescens, basi attenuata villosa subradicata; exsiccata cinereo-ferruginea, putrescens nigricans. Rami nunc truncati, nunc laciniati cristati. *In pinetis subhumidis, Aut. pluvios.* (v. v.)

β. T. anthocephala, subferruginea, ramis glabris (?) obtuse laciniatis fastigiatis.

Clav. *Bull. Ch. p.* 197. *t.* 452. *f.* 1. *Sowerb. t.* 156. Cl. cornuta. *Liljebl.* Merisma. *Swartz l. c. p.* 84.

Ramuli sæpe in pileolos cyathiformes concrescunt; analogi Polyp. umbellato. Glabram non reperi. *Cum priori.* (v. v.)

γ. T. clavularis, rufofusca, pruinosa, basi tuberosa, ramulis acutis concoloribus.

Merisma. *Fries Obs.* 1. *p.* 156. *t.* 1, *f.* 1.

Odor vix distinctus. Sicca colorem servat. Raro in pileum integrum abit. *Ibid.* (v. v.)

δ. T. diffusa, diffusa, fusca, ramis imbricatis adscendentibus pruinoso-villosis incisis.

Junior decumbens, dein in cæspites latos confluens. Odor mucidus. Primo obtutu diversissima apparet, sed priores varr. ex eadem stirpe certe enatæ. *Ad vias arenosas. Aut.* (v. v.)

3. *T. flabellaris*, erecta, fusco-purpurea, ramis paucis sublinearibus incisis variis.

Clavar. *Batsch. Cont. II. f.* 159. Merisma. *Pers. Comm. p.* 93. *Syn. p.* 584.

Valde affinis Th. caryophyllææ. Omnino inodora, coriacea, flexilis, subglabra, priori multo minor, ramis paucis divergentibus striatis. hinc inde papillosis. *Ad terram in fagetis, versuris &c. rarior. Aut.* (v. v.)

β. T. strigosa, cæspitosa, rufo-canescens, ramis brevibus divergentibus subtomentosis.

Merisma. *Pers. Comm. Cl. p.* 94. *Syn. p.* 584.

Nostra vix nisi status junior luxurians prioris. Cum Th. laciniata b. non confundenda. *Cum priori.* (v. v.)

4. *T. Küttlingeri*, erecta, inferne crocea, superne flava, nitens, ramis approximatis basi filiformibus, apice dilatatis. *Mart. Erl. p.* 396.

Cæspites format fere pollicares, oblongos, 1 unc. altos. Textura subfibrosa. Stipites basi tenues, superne dilatati, compressiusculi, inæquales, fibrillis e basi adscendentibus sæpe connexi. Forsan potius Anthinæ species. *In terra nuda Sept.*

** *Decumbentia, subcrustacea.*

5. *T. cristata*, subdecumbens, incrustans, tuberculosa, pallida, ramis planis dilatatis fimbriato-cristatis.

Mich. gen. t. 66. *f.* 5. Elv. spec. 12. *Gled. n.* 52. *Hall. helv.* 2202. Clav. laciniata. *Bull. Ch. p.* 208. *t.* 415. *f.* 1. *Sowerb. t.* 158. *Dec. fr.* 2. *p.* 102. Merisma cristatum. *Pers. Comm. p.* 96 *Syn. p.* 585. *Swartz l. c. p.* 83. (non Nees syst. f. 149.)

Primo effusa, crustæformis, cum corporibus vicinis concrescens, ramos valde difformes, nunc teretes subglabros obtusos, nunc planos fimbriatos protrudens. Substantia mollis, dein firmior subfuscescens. Odor & sapor mucidus. *Ad terram in fagetis & pinetis locis subhumidis. Aug.-Oct.* (v. s.)

β. T. spiculosa, decumbens, fusco-purpurea pruinata, ramis linearibus lævibus villosis acuminatis albis. (*A. S. p.* 284.)

Forsan a priori distinguenda. Valde gregaria, confluens, fasciculata, carnosa, mollis, tenax, ramis divergentibus, in subulos 4-5 divisis, l. apicibus attenuatis; $\frac{3}{4}$ - 1 $\frac{1}{2}$ uncialis. Junior byssacea, alba, in classe *Hyphomycetum certe militat! In pinetis in rivulis exsiccatis &c. passim Aut.* (v. v.)

6. *T. penicillata*, albida, subiculo effuso tenui, ramis parcis obconicis incisis,

Merisma. *Pers. Comm. p. 96. Syn. p. 583. t. 3. f. 16.*

Species ignobilis, priori affinis. Subiculum coriaceo-membranaceum, glabriusculum, irregulare, albido-pallidum, cui passim insident clavulæ adscendentes, obtusæ, penicillatæ, vix unciales. Asci desunt. *Ad terram in fagetis, rarissime. Aut.* (v. v.)

7. *T. stabularis*, crustacea, junior byssina alba, dein vinoso-fusca tuberculosa e ramis brevibus obtusis integris.

Odor fortis, acidus. Junior crusta latissime effusa, fibrosa, extus byssum album referens. Adulta tota carnosa, glabra, ramos crassos, neutiquam laciniatos, connascentes protrudens. Abit cum sequentibus ad Resupinatos. *In stabulis bovinis ad terram & asseres fimo tectos, Martio reperi.* (v. v.)

8. *T. fastidiosa*, effusa, incrustans, candida, e ramis laminosis variis constans.

Hall. helv. n. 2251. Merism. *Pers. Comm. p. 97. Syn. p. 582.*

Odor fortis, fastidiosus. Cæspites primo absque distincta forma, in circulum pedalem usque inter se & cum corporibus vicinis confluentes; substantia dein laminosa evadit & "ad latera hymenium manifestum subrufescens, hinc inde papillosum." *In fagetis umbrosis. raro. Aut.* (v. v.)

9. *T. mollissima*, subeffusa, carnosa, laciniata, superne subtomentosa albida, subtus obscure fusca. *Pers. syn. p. 572.*

Vix 1 unc. longa, colore subtus purpurascente-fusco. Ad tactum mollis. Forsan Phylacteria. *Graminibus ramulisque adcrescit ad terram. Aut.*

1. Cl. deformis. *Lam. Enc. II. p. 37.*

2. Merisma serratum. *Pers. syn. p. 583. Comm. t. 4. f. 4.* cæspitosum, viscosum, fuligineo-album, ramis latiusculis serratis, ramulis obtusis. — An potius Clavaria? — Icon *Fl. Dan. t. 1302*, propriam exhibere videtur speciem.

3. St. damæcorne. *Link, l. c.* badium, ramis deplanatis, undique ascis emersis obsitis.

Synonyma Micheli (t. 88. f. 1, 3) a Persoonio ad Th. flabellarem & palmatam citata nimis recedunt. Species subterraneas Scopoli Hallerique sciens omisi.

Trib. IV. APUS.

Stereum, *Hill, - Pers.* Th. Apus. *Nees syst. p,* 237!

CHAR. Pileus dimidiatus, sessilis, latere affixus, l. effuso-reflexus, horizontalis, planus, marginatus. Substantia coriacea sicca, contextu floccoso l. intus grumoso. Asci tenues. *Lignatiles.*

† Hymenium (sub lente) velutinum. STEREUM.

1. *T. frondescens*, incrustans, imbricata, mollior, azona, rugosa, glabriuscula, fusca.

Substantia ad Pleurop. accedit, minus rigida, flexilis, contextu fibroso. Forma maxime varia, inæqualis, subeffusa, margine lacera, sed neutiquam fimbriata; facile vero dignoscitur crescendi modo, cæspitibus nempe effusis, muscos, ramulos aliaque corpora ambientibus. Papillæ obsoletæ. *In pinetis densis supra Hypnum proliferum, raro; at simul in magna copia. Aut. pluv.* (v. v.)

2. *T. rubiginosa*, imbricata, rigida, subfasciata, rubiginoso-spadicea, subtus papillosa velutina.

Hall. helv. 2263 (ex Schrad.) Th. fragilis. *Ehrh. Cr. n.* 238! Auricul. ferruginea. *Bull. Ch. p.* 281. *t.* 378. *Dec. fr. 2. p.* 104. *Sowerb. t.* 26. Th. rubiginosa. *Schrad. spic. p.* 185! *Pers. syn. p.* 567. *Swartz l. c. p.* 76! *Fl. Dan. t.* 1619. *f.* 2.!

Substantia fere lignosa, admodum rigida. Pilei concrescentes, plano-concreti, juniores velutini, margine pallidiori; dein glabrescentes inæquales, fusco-nigricantes. Hymenium velutinum. Variat tota resupinata. *Ad truncos vetustos quercinos, fagineos frequens. Persistens.* (v. v.)

Dubia, quæ de hac specie movet Illustr. *Nees syst.* P. 237 non omnino solvere valeo. — *Th. rubiginosa* Ejusd.

f. 252 subtus glabra dicitur indeque ad sq. sectionem pertinet.

3. *T. tabacina*, effuso-reflexa, tenuis, sericea, ferruginea, marginata, subtus pubescens.

Auricul. nicotiana. *Bolt. t.* 174. A. tabacina. *Sowerb. t.* 25. Thel. variegata *Schrad. spic. p.* 185. T. ferr. *Pers. syn. p.* 569. *Fries Obs. 2. p.* 274.

Elegans species, ad ramulos longissime effusa, utrinque libera, non rigida; ob novas accretiones subzonata & margine pallidior. Hymenium nudo oculo pruinatum apparet, colore variat. Bene monentibus A. S. p. 273 nomen Sowerb. restitui. *Ad ramulos varios, præcipue Coryli; sæpe cum Ag. rameali. Aest. aut.* (v. v.)

4. *T. crispa*, effuso-reflexa, pileo undulato zonis crispo opaco spadiceo, subtus pubescente subcinereo. *Pers. syn. p.* 568.

b. Th. striata. *Schrad. spic. p.* 186.

"Pulchra species. Pileus 2-3 lobis imbricatis, repandus, rugosus, villo denso albicante subtomentosus. Hymenium cinereo-pallidum, subvillosum laviusculum." *Ad truncos Pini, at raro. Aut. vere.* (v. s.)

4. b. *T. chartacea*, "cæspitosa chartaceo-membranacea glabra, subtus farinosa, lobis rotundatis subimbricatis zonatis incanis marginem versus subtusque pallide ochraceis." *Ad arborum truncos. Persistens. Mey. Ess. p.* 305.

†† Hymenium glaberrimum. *Theleph. propriæ.*

5. *T. atrata*, sessilis, rigida, lævis, fasciata, subfusca, subtus nigra.

Swartz Fl. Ind. Occ. III. p. 1933.

Coriacea, tenuis, pollicaris, versus marginem integrum undulatum pallidior, fasciis aliquot angustis nigris. Hymenium oculo armato scabriusculum, concentrice rimosum. *Ad truncos Jamaicæ.*

6. *T. glabrata*, suborbicularis plana sessilis zonata cinereo-pallida, utrinque lævis. *Spreng in Vet. Ac. Handl.* 1820. *p.* 51.

Duos fere pollices lata, undique glabra, membranacea, zonis cinereis notata. Muscis *innascitur Guadelupæ. Perrin.*

7. *T. versicolor*, effuso-reflexa, rigida, zonata, subtomentosa, subfusca, subtus glaberrima albida. *Swartz l. c.*

Subimbricata, basi subeffusa. aurito-reflexa, semirotunda, planiuscula, membranacea, fasciis concentricis numerosis approximatis angustissimis, ferrugineo l. fusco-violaceis; hirsutie brevi adspersa. Margo subundulatus, raro incisus. *Ad truncos Jamaicæ.* (v. s.)

8. *T. bicolor*, imbricata, mollior, tenuis, subtomentosa, spadicea, subtus glabra alba.

Th. fusca. *Schrad. spic. p.* 184. T. bicolor. *Pers. l. c.*

Substantia membranacea, tenuis, non rigida. Superficies superna obsolete zonata, primo tomentosa, dein glabrescens, non lævis. Hymenium læve & glabrum. *Ad truncos Pineos, rarior. Aut.* (v. v.)

9. *T. spadicea*, imbricata, rigida, zonata, subtomentosa, fusca, subtus glabra fusco-pallens. *Pers. syn. p.* 568.

"Pileus 1 unc. latus, crassiusculus, subolivascens, opacus, tomento tenui obtectus. Hymenium aut læve. aut tuberculis sparsis obtectum. "*In Mispia.* Ludwig.

10. *T. conchata*, effuso-reflexa, tenuis, supra glabra sordide lutescens, subtus glabra fusca.

Subimbricata, coriacea, omnium minima, 2-3 lin. lata; superne obsolete zonata (sub lente etiam pili adpressi observantur) Hymenium læve. *Ad cortices abiegnos rarior. Aut.* (v. v.)

11. *T hepatica* subimbricata, azona, utrinque lævis glabra, rarius obscure rufescens.

Auric. lævis. *Sowerb. t.* 388. *f.* 2.

Colore & habitu pleroque omnino gaudet. *Ad truncos in Anglia lecta.* (v. ic.)

12. *T rugosa*, effuso-reflexa, rigida, flexuosa, glabrescens, fusca, subtus cinereo-pallida.

Stereum. *Pers. Disp. p.* 30. Thel. *Syn. p.* 569. *A. S. p.* 274. *Swartz in V. A. H.* 1811. *p.* 77.

b. basi effusa subtusque lutescens. St. coryli. *Pers. l. c.*

Basis plerumque late effusa (etiam incarnato-pallida visa), sæpius rimosa!, margine reflexo, tenui, subspadiceo, duro, primo fusco-tomentoso, mox glabro subzonato nigrescente. Papillæ raræ. *Ad ligna Quercus, Coryli &c. Persistens.* (v. v.)

13. *T. hirsuta*, effuso-reflexa, coriacea, strigoso-hirsuta, subtus glabra lævis lutescens.

Raji syn. p. 21. *n.* 1. *Mich. t.* 66. *f.* 2. — *Hall helv.* 2265. Helv. acaulis. *Huds.* H. villosa. *Relh.* H. versicolor. *Liljebl. Sv. Fl. 2. p.* 454. Auricul reflexa. *Bull. Ch.* 274. *Sowerb. t.* 27. Bol. auriform. *Bolt. t.* 82. *fig. sin.* Th. papyrac. *Fl. Dan. t.* 1199. Th. hirsuta. *Willd. Ber. p.* 397. *Pers. Obs. 2. p.* 90. *Syn. p.* 570. *Swartz l. c. p.* 78. Auric. aurantiac. *Schum. p.* 398.

Species vulgatissima, firma, sed non rigida, planiuscula, superne passim zonata, tomento lutescente, pallido l. griseo obducta. Junior resupinata, dein reflexa. Formæ infinitæ b. *alnea*, fasciata argillacea, subtus cinerea. c. *faginea*, zonata, subtus demum spadicea, margine luteo. d. *dryina*, pileo villoso azono subferrugineo, subtus testaceo-gilvo, margine albo. (Reliquis memorabilior!) e. *ramealis*, minor, pendula, hymenio zonato (etiam in a. obvium). *Ad arborum frondosarum truncos, ubique. Persistens.* (v. v.)

14. *T. ochroleuca*, effuso-reflexa, submembranacea, striata, pubescens, subtus glabra ochracea.

Auricul. papyrin. *Bull. t.* 402. *Sowerb. t.* 349. A. pallida. *Schum. l. c.* Th. ochrol. *Fries Obs. 2. p.* 276.

b. Th. sericea. *Schrad. l. c.* Ster. nitidum. *Pers.*

Maxime cognata priori, sed tenuior, tomento brevi, (in b., quæ minor, adpresso sericeo), colore albo l. pallido nitido. Plerumque zonata, zonis impressis paulo obscurioribus. *Ad truncos apprime pineos, sed & Betulæ &c. Aut.* (v. v.)

15. *T. purpurea*, imbricata, coriaceo-mollis, zonata, strigoso-hirsuta, subtus glabra purpurea.

Mich. gen. t. 66. *f.* 4. *Hall. helv. n.* 2264. *Fl. Dan. t.* 534. *f.* 4. Auric. reflexa. *Bull. t.* 483. *f.* 1—5. A. persistens. *Sowerb. t.* 383. *f.* 1. Th. purpurea. *Schum. Sæll. 2. p.* 398! (& fagin. *Ejusd.*) *Swartz. l. c. p.* 79! *Holl. & Schmidt. exs. n.* 46! T. vorticosa. *Fries Obs. 2. p.* 275.

Pilei vix effusi, convexo-undulati, zonis concentricis depressis variegati, pallidi (albidi, lutescentes &c.) Substantia flexilis, sed non tremellosa, qualem describit Persoon. Hymenium etiam fuscescens l. expallens, læviusculum. *Ad truncos arborum frondosarum, ubique. Aut.* (v. v.)

β. *betulina*, effuso-reflexa, minor, azona, villosa, alba, subtus fuscopurpurea. *In Betula.* (v. v.)

γ. *pinea*, minor, tomentosa, pallida, zonata l. azona, subtus dilute purpurea.

Elv. lilacina. *Batsch. Cont. 1. f.* 131. *Stereum. Pers. Obs. 2. p.* 91. Thel. *Syn. p.* 592. *Fl. Dan. t.* 1619. *f.* 1.

δ. *epiphega*, zonata, exigua, fusca, subtus pallide lilacina. *Ad Fagos.* (v. v.)

16. *T. sanguinolenta*, dimidiata effusaque, ad tactum cruentata, tenuis, hirsuta, pallida, subtus glabra griseo-fusca. *A. S. p.* 274.

Imbricata, coriaceo-mollis, marginibus subreflexis, undulatis, subzonatis, l. tota effusa, 2-3 un-

cialis. Hymenium tantillum pruinatum, sordidum, papillis raris. *Ad truncos pineos passim. Persistens.* (v. v.)

1. T. pallida. *Swartz Ind. occ. l. c.* An bicolor?

2. T. lacera. *Spreng. l. c. p.* 51. suberecta, serpens, lobulato-lacera, ferruginea, subtomentosa. *Guadelupæ.*

Auricul. crispata *Schum.* est Canth. crispus. Thel. tremellina. Swartz vide sub Auricul.

Trib. V. RESUPINATUS.

Cortic. *Pers. disp. p.* 30. Resupin. *Nees syst. p.* 238.

CHAR. Pileus resupinatus, obliteratus, plerumque effusus, adnatus, immarginatus, paucis ambitu determinato libero submarginatus. *Lignatiles.*

Obs. Simplices, e quacumque ætate desumtæ, descriptiones nil sane ad harum plantarum cognitionem conferunt. Affinia separantur, diversa confunduntur. Observandæ potius tota evolutionis historia, metamorphoses & mores, multis sane peculiares! Quantum enim non differunt ex. gr. subcorticalis *Thel. comedens* a superficialibus *T. polygonia, fallaci, &c.*, quæ Sphæriis originem suam debent! vel Tuberculariodea *T. quercina* a *Himantia lævi* e. s. p.

A. R. SPURII. Pileus determinatus, in ambitu liber, submarginatus. Substantia rigida, contextu floccoso. *Numquam byssini*, 4-6 *Stereæ.*

1. *T. evolvens*, junior subrotunda clausa, dein evoluta cupulæformis, extus tomentosa pallida, disco glabro obscuriore.

Fries Obs. Myc. 1. *p.* 154. *t.* 4. *f.* 5. — *Fl. Dan. t.* 840. *f.* 1.

Junior sistit tuberculum erumpens, convexum, clausum, undique villosum, album (subinde guttas aqueas exsudans), passim confluens; mox evolutum,

disco sæpius lævi, rarius papillis vagis dentiformibus. *Ad cortices Betulæ. Aut.* (v. s.)

2. *T. salicina*, resupinata, subtus libera villosa alba, supra glaberrima sanguineo-rubra.

Elegans species, coriacea, firma, tenuis, centro affixa, 5-6 lin. lata. Hymenium læviusculum, papillosumve. Occurrit forma minor, omnino pezizoidea, vix 2 lin. lata, in Lapponia a *Wahlenbergio* reperta. *Ad Salicum truncos. Aut. hieme.* (v. v.)

3. *T. quercina*, resupinata, subtus libera nigrescens, margine involuta, supra glabra carnea.

Lichen carneus. *Willd. Ber. p.* 358. Auricul. corticalis. *Bull. Ch. p.* 285. *t.* 436. *f.* 1. Thel. *Dec. fr.* 2. *p.* 106. Th. carnea. *Humb. frib. n.* 207. *Schrad. spic. germ. p.* 187. Th. quercina. *Pers. syn. p.* 573. *Swartz in V. A. H.* 1811. *p.* 80.

Junior, Tuberculariæ instar, sæpius e subjaciente Sphæria circinata, per epidermidem ramulorum erumpit; mox dilatata, coriacea, adpressa; dein subtus libera, rugosa, umbrino-nigra, nunc pubescens, nunc glabra; longitudinaliter effusa. Hymenium subpapillosum, etiam rugosum & rimosum, expallens. *Ad ramos Quercus, Aceris, Betulæ, Tiliæ & Fagi. Vere — Aut.* (v. v.)

** 4. *T. avellana*, resupinata, dura, ferrugineo-pallens, ad tactum cruentata, margine obtuso libero, hymenio subpruinoso.

A Th. sanguinolenta distincta. Substantia sat crassa, lignosa, dura. Forma junioris subrotunda, peltata, dein irregularis, margine excepto rugoso tota adnata. Papillæ nullæ. Color sordidus. *Ad truncos Coryli, persistens.* (v. v.)

5. *T. abietina*, resupinata, dura, inferne subtomentosa umbrina, superne fusco-purpurascens.

Pers. syn. p. 573. Ster. *Fries Obs.* 1, *p.* 274.

Substantia coriaceo-rigida, sicca. Forma subrotunda peltata, sed & longitudinaliter confluens, 2-4 unc. longa, subtus margineque plano (nec involuto) libera. Hymenium læve, subvelutinum. *Ad truncos Abietis. Persistens.* (v. v.)

6. *T. Pini*, resupinata, dura, subtus glabra pallida, superne purpureo-fuscescens papillosa.

Th. abietina. β. pinea. *t. S. p.* 276. Th. Pini. *Schleich.* — *Fries Obs.* 1. *p.* 154. *Dec. fr.* 6. *p.* 31.

Substantia & crescendi modus, ut in priori. Hymenium "carneo-purpurascens, dein fuscescens." Papillæ majusculæ, irregulares. Nostrum specimen subtenue, frequenter rimosum, ferrugineo-fuscum. *Ad ligna Pini silvestris. Persistens.* (v. s.)

7. *T. disciformis*, resupinata, subrotunda, subtus libera pubescens sordida, supra papillosa alba, *Dec. fr.* 6. *p.* 31.

Tenuis, coriacea, sicca, alba, centro adnata, in ambitu libera & elevata, discos irregulares rotundatos (6-8 lin. diam.) formans. Superficies sterilis pube molli curta adpressa, fructifera glabra, papillis hinc inde prominulis. *Ad Quercus Galliæ.*

B. R. GENUINI. Effusi, adnati, glabri, immarginati, ambitu subnudo. Substantia firma, contextu floccoso. Asci (& sæpius papillæ) distincti. *Non byssini & vix ulla Sterea.*

* 8. *T. mollis*, effusa, carnoso-membranacea, rubescenti-pallida, subtus tomentosa, papillis prominulis majusculis.

Singularis sane in hac sectione pagina inferiori tomentosa, a ligno facile solvenda & substantia molli persistente, tamen non byssina & ambitus omnino glaber. Forma subrotunda, inæqualis. Color pallescens, incarnatus, ut plurimum rubro-maculatus. *Ad truncos pineos, rara. Aut.* (v. v.)

9. *T. incarnata*, effusa, coriacea, glabra, incarnata, ambitu subbyssino, papillis raris.

Pers. syn. p. 573. *A. S. p.* 276. *Swartz l. c. p.* 80.

Matrici arcte adnata, crassiuscula, 2 unc. & ultra longa, firma, læviuscula, utrinque glabra, ambitu vero byssino abnormis — b. tenuis, sicca, sæpe interrupta, papillis spuriis. *Ad ligna & cortices. b. Populi. Autumno.* (v. v.)

10. *T. cruenta*, effusa, coriaceo-membranacea, utrinque glabra, sanguinea, papillis tuberculosis confertis.

Pers. syn. p. 575. *A. S. p.* 278. *β. ut videtur.*

Adnata, 2-6 unc., glaberrima, persistens, sub lente pruinosa; nostra sæpius carnea. Papillæ majusculæ, sæpe obscuriores in centro conglomeratæ. Var. a) *A. S. l. c.* potius *Phlebia radiata*, quam *Th. salicina*, cum glabra sanguinea. *Ad truncos Fagi &c. Aut.* (v. v.)

11. *T. polygonia*, subeffusa, adnata, glabra, incarnata, tuberculis magnis polygoniis.

T. colliculosa. *Hoffm. germ.* 2. *t.* 6. T. polyg. *Pers. syn. p.* 574. *A. S. p.* 276. *Dec. fr.* 6. *p.* 32.

Sicca, glaberrima, matrici omnino innata, papillis spuriis confertis tuberculosis. Color incarnatus, opacus, deleta adspersa subtili pruina carneo-ruber. — Oritur a *Sphæria nivea* & affinibus, e quarum tuberculis primo erumpit, tum brevissima determinata glaberrima, mox vero confluens late effusa. E pustulis Sphærularum formantur tuberculæ. *Ad ramulos varios arborum frondosarum, præcipue Populi; etiam Amer. boreal. Persistens.* (v. v.)

Obs. *T. Ribesia* (subrotunda, in ambitu radiata, lurido-incarnata, tuberculo centrali magno) media inter hanc & T. maculæformem. — Plures affines sciens omisi.

** *colore luteo, flavo, pallescente.*

12. *T. Hydnoidea*, erumpens, glabra, subaurantiaca, papillis sæpe elongatis inæqualibus.

Pers. Obs. 1. *p.* 15. *Syn. p.* 576. *A. S. p.* 279. *Dec. fr.* 6. *p.* 34.

More Hydn. aterrimi aliorumque sub epidermide, quam vero mox solvit & exuit, crescere incipit, ad longitudinem 4 unc. & ultra extensa, matrici innata. Color etiam in carneum tendit. Papillæ aliæ subrotundæ, aliæ valde elongatæ difformes. *Ad ramos Fagi, Carpini. Persistens.* (v. v.)

13. *T. aurantia*, oblonga, glabra, crassiuscula, aurantia, papillis raris.

Cortic. *Pers. disp. p.* 21. Th. *Syn. p.* 576. *A. S. p.* 279.

Minor, uncialis & ultra, 3-4 lin. lata, erumpens, sicca pruina "subcarnea" obducta. Papillæ paucæ. *Ad Rosæ caninæ ramos. Persistens.* (v. v.)

14. *T. frustulata*, effusa, durissima, crassa, glabra, pallida, tessulato-rimosa.

Pers. syn. p. 577. *Swartz l. c. p.* 81. *Dec. fr.* 6. *p.* 32.

b. cinnamomea, pulverulenta. *Pries Obs.* 1. *p.* 153.

Colore & substantia lignea facile dignoscitur. Late effusa, sed in arcolis crassis angulatis diffracta, subtus nigricans. Hymenium absque papillis. *Ad ligna durissima Quercus; etiam Americæ. Perennis.* (v. v.)

15. *T. odorata*, effusa, suberosa, glabra, lævis, contigua, confluens, pallida. *Fries l. c.*

Priori subaffinis, odore aniseo facile distincta. Color variat albidus, in alutaceum l. rufescentem vergens, primo 1-2 unc., dein confluens. *Ad truncum abiegnum quondam magna habui copia. Persistens.* (v. v.)

16. *T. serialis*, elongata, carnoso-membranacea, glaberrima, subtestacea, albido-pruinosa, papillis sparsis difformibus.

In series angustas elongatas, pedales usque, crescere solet. Substantia firma, $\frac{1}{2}$ lin. crassa, arcte adnata. Utrinque glaberrima, colore pallescente, detrita gilvo l. testacec. Papillæ accidentales. *Ad truncos prostratos Pini. Aut.* (v. v.)

17. *T. concentrica*, effusa, crassiuscula, alutacea, ambitu subalbescente, papillis majusculis subhemisphæricis concentricis. *A. S. p. 279.*

Papillarum situs prorsus peculiaris; orbes nimirum adsunt varie contigui aut sese invicem truncantes, papillis toti obsiti. Vigens humida, mollis, lævis, alutacea, senescens dura rimosissima rufescens, 3-4 unc. lata, spithamam longa. *Ad sepes pineas putres dejectas. Aut. vere.*

18. *T. granulosa*, effusa, tenuis, glabra, papillis minutis confertis prominulis granulosa.

Cortic. alutac. *Pers. Obs.* 1. *p.* 16 Th. granulosa. *Syn. p.* 576. (*a. & b. albicans.*) *A. S. p.* 279. *cum var.*

Substantia tenuis, humida submollis, contigua. Color pallidus "albicans," alutaceus, ochraceus, incarnatus, lividus, sub lente sæpe pruinosus. Forma "elongata" l. late effusa. Facile dignoscitur superficie granulosa. *Ad truncos varios. Jove pluvio.* (v. v.)

19. *T. ochracea*, late effusa, tenuis, glabra, subochracea, papillis sparsis spuriis.

Fries Obs. 1. *p.* 151. Th. fallax. *β. A. S. p.* 277.

Longe latissimeque effusa, pedalis & ultra, ligno omnino innata, in ambitu vero passim byssina. Papillæ e granulis ligni oriri videntur. Substantia fere Th. comedentis. *Ad truncos decorticatos valde putridos Pini & Abietis, frequens. Jove pluvio.* (v. v.)

20. *T. alnea*, late effusa, utrinque glabra, pallescenti-gilva, papillis sparsis subrotundis.

Membrana crassiuscula, firma, adhærens, sed separabilis, indeterminata, latissima, supra pallescens pruinosa, detrita obscurior. Papillæ parum prominent; adsunt quoque aliæ spuriæ. *Ad truncos putridos alneos. Legi Aut.* (v. v.)

21. *T. comedens*, effusa, subcorticalis, erumpens, tenuis, glabra, lutescenti-carnea, lævis, demum rimosa.

Nees syst. p. 239. *f.* 255. T. carnosa. *Ehrenb. Ber. p.* 30.

Primo subcorticalis, mox cortice soluto marginata, dein longitudinaliter confluens, spithamæa usque. Substantia subcarnosa, tenuis. Junior in ambitu floccosa, ramis, quos ambit, omnino innata; humida subviscosa, sicca expallens rimosa. Papillæ nullæ, sed, "asci breves moniliformes." *Ad ramos exsiccatos frequens, præcipue Coryli. Persistens.* (v. v.)

22. *T. nuda*, effusa, innata, carnosa, glabra, carnea expallens, lævis, dein rimosa.

Ad ramos decorticatos nascitur, indeque non erumpens; floccoso-carnosa, indeterminata, exsiccata irregulariter rimosa & scrobiculata. Color plerumque lutescenti-carneus. Asci cylindrici. — Accedunt nonnullæ formæ similes tenuiores. *Ad ramos exsiccatos v. gr. Padi. Persistens.* (v. v.)

23. *T. confluens*, subrotunda, confluens, submembranacea, contigua, lævis, glaberrima.

T. lucida, *Achar.* T. confluens. *Fries Obs.* 1. *p.* 152.

Præsens species superficialis, supra cortices adnata, junior determinata, uncialis; dein confluens, tenuis, plane absque verrucis. Occurrit alba, lutea &c. *Ad cortices Betulæ, varior.* (v. v.)

*** *colore livido, fusco, albido.*

24. *T. livida*, effusa, glaberrima, tenuis, subviscosa, livida cœrulescensve, papillis sparsis.

Cort. *Pers. Obs.* 1. *p.* 38. Thel. *Fr. Obs.* 2. *p.* 276.

Arcte adnata l. potius innata, 4-6 unc. usque lata, sicca contigua; substantia & ascis fere Th. comedentis, sed adhuc tenuiores. Color variat quoque incarnatus &c. Papillæ forsan spuriæ. *Præamat ligna decorticata Pini. Jove pluvio.* (v. v.)

25. *T. viscosa*, effusa, subgelatinosa, glaberrima, viscosa, cæsia, papillis sparsis.

Cort. *Pers. Obs.* 2. *p.* 18. Thel. *Syn. p.* 580. *Schum. p.* 397.

Priori valde affinis. Color varius, albido-cinereus, hyalinus & sordide fuscescens. Papillæ vix essentiales, majusculæ. Ambitus leviter floccosus quoque observatur. *Ad truncos. Aut.* (v. v.)

26. *T. puteana*, effusa, carnoso-gelatinosa, glabra, olivaceo-virescens, ambitu subbyssino tenui candido, papillis majusculis. *Schum. l. c.*

Suborbicularis, 5 unc. lata, 1-2 lin. crassa, intus dilute fusco-ochracea; extus hinc e punctis numerosis elevatis umbrino-maculata. *Ad asseres in puteo. Oct.* (v. ic.)

An varietas: *Th. fœtida*, carnoso-gelatinosa, rugosa nigricante-fusca, albo-pruinosa, zonis dilutioribus, ambitu lato albido, papillis maximis discoideis pruinosis. *Ehrenb. Ber. p.* 30.

27. *T. incrustans*, effusa, subcarnosa, rugosa, tuberculosa, pallida, ambitu subfibroso.

Hall. helv. 2253. Cortic. incrust. *Pers. Obs.* 1. *p.* 39. Thel. *Syn. p.* 577. *A. S. p.* 289. *Fr. Nov. Suec.* 1.

Ad uncias 2-3 lata, supra truncos mucidos, l. ad terram supra folia & ramulos putrescentes effusa reperitur, leviter adhærens, mollis, subpapillosa, opaca, in ambitu dilutior. Hæc & sequens ad Phylacterias accedunt. *Post inteusas pluvias.* (v. v.)

28. *T. gigantea*, latissima, difformis, sublibera, glabra, lactea, absque papillis.

Fries Obs. 1. *p.* 152, nec obstat T. lactea, *Schrad.*

Forsan proprii generis, sequenti tamen sat similis. Membrana subcarnosa, tenax, undulata, flexibilis, contigua, laxe adhærens. (5 unc. & ultra), Hymenii analysis exoptanda. *Supra corticem Pini silvestris. Post pluvias.* (v. v.)

Th. applanata Schrad. spic. 188 e descriptione brevissima nihil a *T. hirsuta* resupinata recedit. *Th. ferruginosa* (supra albida, subtus tomentosa ferruginea) & *T. undulata* (supra glabra carnea, subtus undulata purpurea) l. c. vix determinandæ. -- *T. corium* (magna crassa, pallida, superficie obsolete reticulata) *Pers. syn. p.* 574 forsan potius Polysticta l. Xylostroma: *Xyl. giganteum* enim equidem quoque cum Cel. Schradero glabratum legi, tamen ad Hyphomycetes pertinet.

Restant Thelephorarum subgenera, secundum recepta scilicet principia, sequentia, ad reliquas Classes abeuntia:

XII. B. PHYLACTERIA. Pers. *Ch. Comm.*

CHAR. Sporidia quaterna serie, Coprinorum instar, disposita. Hymenium sublæve glabrum. *Terrestres, resupinatæ.* (Thel. caryoph.)

Obs. Analogia cum Coprinis Phylacteriis ascis imperfectioribus, sed sporidiis multiplicatis, *Fungos Uterinos* representare edocet.

1. *T. P. biennis*, membranacea, glabra, basi plicata, albida, dein nigrescens.

Auricul. phylacteris. *Bull. Ch. t.* 436. Thel. *Dec. syn. p.* 21. *Fl. Franc. 2. p.* 106.

In toto genere maxima, primo albo-lutescens (antecedenti similis), dein fusca & nigrescens. Sporidia distincte quaternata. *Ad terram Galliæ, biennis.* (v. ic.)

2. *T. P. cæsia*, subcarnosa, orbicularis, læviuscula, cæsio-cinerea.

Cortic. *Pers. Obs.* 1. *p.* 15. *t.* 3. *f.* 6. Thel. *Syn. p.* 579. *Swartz in V. A. H.* 1811. *p.* 81. *Nees syst. f.* 254.

Substantia subcompacta, mollis. Plerumque uncialis, sed & od 2-3 unc. irregulariter effusa reperitur, passim papillis spuriis obsita. Sub lente sporidia facile observanda. *Ad terram serotina.* (v. s.)

3. *T. P. crustacea*, subcarnosa, effusa, subtuberculosa, fusco-umbrina. *Schum. Sæll. p.* 399.

Antecedenti proxima videtur; 1-4 unc. lata. Papillæ minutæ, sparsæ, obscuriores. Caro nigricans. *Ad terram locis umbrosis, aut* (v. ic.)

An & huc *T. sanguinea* P. (effusa, lævis, subtremellosa)? *T. umbrinam* Pers. citat ad Rhizinam prætextam Cl. Ehrenberg.

CONIOPHORAM Dec. examinare magnopere desidero. An Thelephora in Gasteromycos abiens (ob pulveris copiam) Phylacteriæ affinis?

XII. C. HIMANTIA. Fries.

Thelephoræ & Himant. (*in statu juniori*) spec. *Auct.*

CHAR. Effusa, resupinata, junior tota byssina, dein hymenium læve glabrum in centro denudans, subtus vero subvelutina & in ambitu byssina manet. Contextus fibrosus, qui ascos formare nequit. Sporidia hymenio innata, parca.

Obs. Est Thelephora in Hyphomycetes abiens. Ob nisum hymenium formandi, qui Hymenomycetum essentia, huc locanda. Evolutionis historia, contextus & fructificationis processus absque ascis cum DIOPOGONE (Hydnis ascis in floccis solutis), POLYSTICTA, POROTHELIO omnino conveniunt. Idem observamus inter clavatos reliquosque ordines. HYPOCHNOS (Theleph. villosas, sporidiis in glomerulis collectis l. floccis inspersis) vero inter Hyphomycetes hymeninos *explanatos* (Pileatis analogos), eodem modo ac Isariam sub Hyph. hymen. *clavatos*, locamus.

1. *T. H. lævis*, effusa, membranacea, lævis, pallida, subtus araneoso-tomentosa alba.

Theleph. papyracea & alutacea. *Schrad. spic. p.* 186, 187. Cortic. læve. *Pers. disp. p.* 575. Thel. *Pers. syn. p.* 575. *A. S. p.* 277. Th. Pruni. *Schum.*

Late effusa, sæpe spithamæa & ultra, mollis, contigua, demum & margine soluta. Color variat carneus, alutaceus, albidus; passim & maculatus. *Ad ramos præsertim populneos, pineos; immo sæpe domestica cum sequenti. Aut. - vere.* (v. v.)

2. *T. H. domestica*, effusa, membranacea, mollis, fuscescens, subtus araneoso-tomentosa violacea.

Himant. dom. *Pers. syn. p.* 703.

Spithamæa & ultra, lævis, contigua; sed præter colorem a priori differt contextu minus compacto. *In domesticis humidis, tempestate pluvia.* (v.v.)

3. *T. H. fusca*, effusa, subrugosa, mollis, e violaceo-fusca, margine subtusque tomentosa.

Cortic. *Pers. Obs.* 1. *p.* 38. Hyp. *Fr. Obs.* 2. *p.* 280. Th. vinosa. *Pers. syn. p.* 578. *A. S. p.* 281. *c. var.*

Oppido e tomento contexta, quamquam glebriuscula primo aspectu, ut Hypochnis non parum affinis, 2 unc. lata. Papillæ spuriæ. *Ad truncos passim, Aut. &c.* (v. v.)

4. *T. H. violascens*, effusa, bombycina, violaceo-alba, subtus araneoso-tomentosa. *Fries Obs.* 1. *p.* 211.

Priori multo minor, discus vero glabratus demum omnino contiguus. Affinis Merul. Himantioidi. *Ad terram & truncos raro. Aut.* (v. v.)

5. *T. H. rosea*, effusa, membranacea, læviuscula, rosea, margine subtusque tomentosa.

Cortic. roseum. *Pers. disp. p.* 31. Thel. *Syn. p.* 575. *Dec. fr.* 6. *p.* 31. Himant. *Fries Obs.* 1. *p.* 211.

Primo radioso-fibrosa, dein membranacea, contigua, disco glabro subpapilloso. Vix ultra 2 unc.

lata. Margo subalbicans. *Ad cortices & ligna, frequens. Aut.* (v. v.)

6. *T. H. sulphurea*, effusa, fibrosa, sulphurea, dein disco compacto lævi, margine fibrilloso.

Cortic. *Pers. Obs.* 1. *p.* 38. Himant. *Disp. p.* 122. *Syn. p.* 703. Theleph. *ib. p.* 579. *A. S. p.* 282, 373! *Dec. fr.* 6. *p.* 34. H. ochracea. *Fr. Obs.* 1. *p.* 210.

Huic peculiare est quod sæpe in fibris Ozonio similibus) soluta manet; tamen rite explicata evidenter hunc sibi vindicat locum. Discus tum expallens, fere cinerascens. Huc & *Rhizomorpha crocea* Achar. &c. *Ad terram, ligna & cortices, ubique. Perennis.* (v. v.)

7. *T. H. lactea*, effusa, membranacea, tenuis, fibrosa, lactea, margine fibrilloso.

A priori colore & disco tenerrimo, passim rugoso, differt. *H. albida*, Pers. disp. *Rhizom. fibrillosa* Ach. & *Fibrillaria stellata*, Sowerb. t. 387. f. 1. huc quoque spectant. *Ad ramos & truncos. Aut.* (v. v.)

8. *T. H. Byssoides*, irregulariter effusa, byssina, ochroleuca, dein disco nudo subcompacto pulverulento flavo. *Fries Obs.* 2.

Pers. syn. p. 577. *A. S. p.* 280. *Dec. fr.* 6. *p.* 33.

Omnino byssina, margine albido subtomentoso persistente. An huic affinis Coniophora? Optime dignoscitur crescendi modo. *Supra muscos, folia pinea, ramulos &c., passim post pluvias intensiores.* (v. v.)

Species inquirendæ sub Hypochno. — Præcipue *Thel. cærulea* Schrad. l. *Auricul. phosphorea* Sowerb. t. 350. Himantiis affinis.

XII. D. LEJOSTROMA.

CHAR. Resupinatum, subeffusum, subcontiguum, glabrum, lævе l. spurie papillosum. Con-

textus subgrumosus, vix cohærens l. fibrosus. Asci nulli. *Arcte adnatum, non carnosum l. fibrosum.*

Obs. Theléph. in Epiphytas abiens; alii crescendi modo cum Conisporio, alii cum Stilbospora v. gr. Th. fallax conveniunt. Paucas modo attuli species. — Occurrit, etiam ut videtur, vera Thelephora, sed tam depauperata, ut ascos formare nequit — tenuis, innata, glaberrima, lævis, sicca vero rimosissima, quovis colore gaudens (*Th. calcea* Pers. ad part., *Th. hyalina*, Schrad. *T. nigrescens* Schrad. *T. corrugata* Fr. &), ab his substantia modo carnoso-membranacea diversa. — Analoga Lejostromati sunt *Mer. fugax*, *Polyporus farinellus*, *Hydnum farinaceum &c.*

1. *T. L. acerina*, tenuis, interrupta, spurie papillosa, sicca, lactea subcæsiave.

Cortic. *Pers. Obs.* 1. *p.* 37. Thel. *Syn. p.* 581.

Crustæ Lichenosæ instar supra cortices effusa, brevis, innata, superficie inæquabili, parum rimosa. Junior contigua, subpruinosa apparet. — Forte & huc b) *Abietis*, rimosissima, candida. c) *Quercus*, contigua, opaca, pallens, d) *Ulmi*, albida, opaca, papillosa. *Supra cortices.* a) *Aceris campestris, ubique.* (v. v.)

Obs. Occurrit quidem subpulverulenta, tamen diversam, Aleurismati affinem, censeo *Th. sambuci.*

2. *T. L. cinerea*, late effusa, tenuis, sicca, lævis, glabra, cinerea.

Cortic. *Pers. disp. p.* 31. Thel. *Syn. p.* 579. *A. S. p.* 282. *Dec. fr.* 6. *p.* 32. Auric. *Sowerb. t.* 288.

Nunc uncialis, nunc spithamæa usque, exsiccata rimosa, passim & papillis spuriis irregularibus inæquabilis. *Ad ramos & truncos Sambuci, Aesculi &c. Vere, Aut.* (v. v.)

β. *T. interrupta*, cinereo-fusca, suborbicularis, interrupte effusa, papillis sparsis. *l. c.*

E papillis. 1 lin. latis, sensim ad ½ unc. & ultra accrescit; demum nigrescit. Inde sequenti proxima. *Ad ramos Fraxini excels.*

5. *T. L. fallax*, effusa, glabra, ex alutaceo-incarnata, papillis spuriis magnis. *Pers. p.* 574.

Fallacissima Th. genuinæ æmula, tamen & origine & substantia diversa. Circa ostiola Sphæriarum, sub cortice nidulantium, primum formantur papillæ crustaceæ (quales & in *Stilbosporis* videre licet), quæ mox confluunt in crustam latiusculam. Color plerumque ut supra, sed & pallide testaceus in *Acere*, purpurascens in *Populo* e. s. p. Papillæ quoque variæ, in Fago supra Sph. quaternatam tuberculosæ, in Acere majores, subrotundæ, ostiolo instructæ. *Ad ramos arborum.* (v. v.)

4. *T. L. maculæformis*, tenuissima, subrotunda, cæsio-rosea, papilla centrali solitaria spuria, dein confluens. *Fries Obs.* 1. *p.* 150.

E Sphæria l. Bostrychia simplici sub ramulorum epidermide latente profluit materia, dein sponte vegetante, tota 1 lin. dein vero 4 lin. lata. Sub lente simplici e pruina subvelutina quasi composita. An gelatina Næmasporæ ita efflorescere potest? *Ad ramulos, raro.* (v. v.)

Huc commemoranda alia species sub epidermide latens, eamque solvens, demum vero in Theleph., suo loco describendam, abiens.

5. *T. L. amphibolia*, tenuissima, glabriuscula, lurido-cinnamomea, papillis spuriis. *Fries l. c.*

Sub lente simplici subvelutina, Sterei (l Fusidii) nec Hypochni instar apparet, in ambitu pulverulento-pruinosa pallidior. Sub auctis vitris e pulvere grumoso arctissime aggregata. *In Polyporo fomentario, passim.* (v. v.)

6. *T. L. sterilis*, effusa, macularis, glabra, lævis, sicca, rosea.

Tenerrima, innata, trita autem persistens, 1-3 unc. lata, non membranacea. Alia similis violaceo-fusca. *Ad cortices dejectos Abietis.* (v. v.)

REVISIO HUJUS ORDINIS:

I. Quæ de prominentia hymenii in hac classe & receptaculi in hoc ordine statui, exponenda sunt.

Cum ultimus finis hujus Classis in *hymenio* efformando consistat, facile patet hoc quoque *in præsenti ordine*, qui Hymenomycetes autonomos (Hymenio-hymenomycetes) continet, si dispositio fida, *perfectissimum fore.* Hymenium perfectissimum procul dubio id, quod *a receptaculo discretum* (quia ubique in regnis naturæ perfectiora sunt organisma partibus discretis, quam concretis) & porro, *quod laminam fructificantem maxime multiplicat.* Hoc exemplo illustrabo. Quando hymenium abit in lamellas utrinque ascigeras facile patet superficiem fructificantem multo magis esse multiplicatam, quam inter læves Clavarias. — Reliquarum Classium ordo, *Hymeninus* dictus, hymenio? semper lævi gaudet. Hujus classis ordines omnes in hymenii superficiem effigurandam tendunt, sed leviter modo corrugatum in Hymenomyc. epiphytis (SCLEROTIACEIS) perfectissimis; gyrosum tantum apud summos Hym. mucedineos (TREMELLINOS). Hym. uterini, (CUPULATI & *mitrati*), præsertim *hi* reversi, hymenium ut infima Pileatorum genera effiguratum quidem habent, nempe gyrosum, plicato-venosum & cellulosum; numquam vero vere discretum l. lamellosum Inter *Clavatos* vero, qui modo Pileatorum prototypi, tantum Sparassis hymenium passim effiguratum habet.

Receptaculum dicimus perfectissimum, quod partibus plurimis discretis & regularitate summa instructum. Pileati hoc respectu reliquos hujus, ut & reliquarum Classium, ordines facile antecel-

lunt. SCLEROTIACEI & TREMELLINI summi in formam explanatam quidem tendunt; sed immarginati, partibus nullis discretis — Etiam hoc respectu UTERINI *mitrati* maximam cum pileatis habent analogiam (neutiquam affinitatem), sed horum mitra est tantum cupula reversa, mere hymenium constituens, absque partibus ullis discretis & forma verticillari.

II. In dispositione & formatione generum hujus ordinis receptam, quantum fiere potuit, seriem & normam servare volui. Reformationes magis essentiales, primo Mycologorum conjuncto examini subjiciendas, huc *ad interim* proponam. Series recepta quidem non omni caret singnificatione quamvis passim abrupta, qualis evadit in libro, ubi simplex erit, cum in natura multiplex. — Veram vero dispositionis normam *) ipsa Systematis constructio manifestat. Omnis sectio naturalis (Classis, Ordo &c.) ab ipsis elementis adscendit & primo antecedentes inferiores formas repetit, eodem modo ac perfectior organismus a primis ætatis statubus integram seriem inferiorum *ejusdem stirpis* percurrit. Infimi igitur sunt Pileati, qui ad *Epiphytos* proxime accedunt; sequuntur mox, qui in *Mucedineos* abeunt; dein *Xylariis* proximi, tandem Hymenomycetes perfectissimi. — Sequentes inde oriuntur Hymenomycetum pileatorum sectiones:

1. Epiphyti (*Coniomycetoidei.*) 2. Mucedines (*Hyphomycetoidei.*) 3. Xylarii (*Gasteromycoidei.*) 4. Geogenii (*Genuini.*)

Hoc *a priori* didicimus; ut & sequentia, quæ in natura omnia amice conspirant. Quo magis a genuinis l. geogeniis semoti, eo imperfectiores, eo paucieres formæ. Sic

*) Systematici quo magis Systemati artificiali addicti fuerunt, eo magis in forma acquieverunt. Inter fungos methodum Vaillantii, Micheli (diversus evolutionis gradus servantium) generibus Linneanis præfero e. s. p.

1. ORIGO *Epiphytorum* ex organismis languidis, morientibus.
— *Mucedinum* ex org. putrescentibus.
— *Xylariorum* ex iisdem putrefactis l. exsiccato-indurati.
— *Geogeniorum* ab ipsa humo educenda.

2. SUBSTANTIA *Epiphytorum* subpulveracea, contextu grumoso.
— *Mucedinum* laxa, contextu fibroso-floccoso.
— *Xylariorum* firmior, sæpe indurata; contextu floccoso, in ascos abeunte.
— *Geogeniorum* carnosa, contextu floccoso-celluloso l. vesiculoso, ascos perfectiores formante.

3. RECEPTACULUM *Epiphytorum nullum?* effusum, forma *indeterminata.*
— *Mucedinum effusum*, raro reflexum, forma *expansa.*
— *Xylariorum* subeffusum, *dimidiato-sessile* *) raro stipitatum, in formam *rotundatam* tendens.
— *Geogeniorum* numquam resupinatum, raro dimidiatum, sæpius integrum *stipitatum, umbelliformе.*

4. HYMENIUM *Epiphytorum accidentale; ascis nullis; sporidiis suspectis*
— *Mucedinum spurium*; *aseis in floccis solutis, sporidiis parcis.*
— *Xylariorum* genuinum, cum receptaculo (quod inde uterinum evadit!) *concretum, ascis sporidiisque exiguis.*
— *Geogeniorum* genuinum, a receptaculo *discretum, ascis majusculis, sporidiis copiosis.*

*) Etiam quoad formam Polypori & Thelephoræ sessil. non male uterinis analogi — immo has ad Peziza-zum familiam refert Ehrenberg.

III. Demonstrato igitur quodammodo sectionum ordine, ad ipsa genera progredior. Desumenda e forma hymenii. Quo magis superficiem fructificantem multiplicat, eo perfectius hymenium & genus. Infima igitur hymenio *lævissimo;* sequuntur dein hymenio in ipsa superficie papilloso, rugoso, reticulato l. punctato, quod *inæquabile* dicimus; perfectiora sunt hymenio in unam directionem protenso (aculeato, *tubuloso* *), poroso); perfectissima hymenio in duas directiones, latitudinem & longitudinem extenso, *lamellato* **). — Quo inferiores allatæ sectiones, inde imperfectior hymenii quoque forma, v. gr.

EPIPHYTI. Hymenium nullum?, *læve*, inæquabile, vix tubulosum, non lamellosum.

MUCEDINEI. Hymenium læve, *inæquabile*, tubulosum, non lamellosum.

XYLARII. Hymenium vix læve, inæquabile, *tubulosum*, vix lamellosum.

GEOGENII. Hymenium non læve, vix inæquabile, tubulosum, *lamellosum*. His solis velum.

Quod in quavis sectiones maxime naturale literis cursivis notavi.

IV. Hinc sequitur generum primariorum ordo, ut & numerus, naturalissimus.

† Ascis nullis. EPIPHYTI. 1. *Lejostroma.* (Cf. p. 452, 3.) 2. Polypor. farinellus.
MUCEDINEI. 3. Himantia. 4. *Diopogon* & Porotheleum.

---

*) Hydnum & Polyporum eundem sistere evolutionis gradum multa confirmant. Species analogarum tribuum utriusque generis magis inter se affines, quam cum speciebus aliarum tribuum sui generis, quod in nullo genere naturali!! Jungunt Gleditsch, Battara, & judiciosissimus Ehrenberg.

**) Perfectissimæ inde sunt lamellæ omnino æquales & a stipite discretæ v. gr. Russulæ, Amanitæ.

++ Ascis præsentibus. XYLARII. 1. Thelephora. 2. *Polyporus* & Hydnum.

GEOGENII. 3. Boletus. 4. *Agaricus.*

Reliqua genera sunt intermedia, secundaria, hybrida quasi.

AGARICUS abiens in Boletum: = *Schizophyllus.* (lamellis fissis in tubulis involutis.)
— abiens in Hydnum = *Sistotrema.* Fr.
— abiens in Polyporum: = *Dædalea.*
— abiens in Thelephoram = *Cantharellus.*

BOLETUS abiens in Hydnum = *Fistulina.*
— abiens in Polyporum = *Hypodrys.*
— abiens in Thelephoram = *Merulius.*

POLYPORUS abiens in Hydnum = *Porodon.* (Sistotremat. sp. Pers. Dædalex sp. Mihi.)
— abiens in Thelephoram = *Phlebia.*

HYDNUM abiens in Thelephoram = *Stereum* (Hydn. sericeum *Swartz* est Stereum.)

Sic & inter inferiores. *Polysticta* est Porotheleum in Himantiam abiens e. s. p. — Plurima ejusdem generis facile adderem, sed jam allata forsan superflua.

V. Rationem dein veli, quod in perfectissimis, Agaricis & Boletis, tantum occurrit, ut exponamus necesse est. Vidimus inter Cotyledoneas plantas, quo perfectiores, eo delicatioris *) contextus esse organa fructificationis; eo magis necessarium, ut ante anthesin ab injuriis externis arceantur. Hic

*) Hoc derivatur insuper ex illa plantæ nota, secundum quam organa fructificationis post anthesin evanescant. Contraria in regno animali; quæ vero in regno animali perfectionem, imperfectionem semper in regno vegetabili indicant. Hinc organa fructificationis in infimis plantis v. gr. Lichenibus, Muscis &c. persistentia, & in infimis animalibus v. gr. Sepiis, Conchis &c. fugacia.

finis calycis & corollæ; hinc perigonium apud perfectissimos duplicatum. Quæ omnia inter fungos perbelle correspondent. Sic fungi, quos demonstravimus perfectissimos, partes quoque fructificationis delicatissimas habent; hi soli velo instructi sunt. Est igitur velum universale calyx, partiale (annulus) corolla; sed partes ipsæ fructificationis mole reliquarum plantarum antecellunt, quia tota fungi essentia fructus — Natura vero, quæ nil sine ratione, neque aliquid frustra. Nullum fungum suberosum l. lentum velatum invenies; nullum e tenerrimis hymeninis (Pratella, Coprino &c.) velo destitutum. Hinc diversarum serierum Agarici & Boleti ratio explicatur; hinc patet, qua ratione fungo adulto, cujus velum evanuit, velo tribuamus l. denegemus *)! Nec dubitamus sporidiorum colorem sublimiorem hanc (at quare?) exprimere rationem. Hæc, quæ ex intimis fungi organis segregantur (ut sanguis inter animalia!), numquam mutantur, cum color exterior e lucis influxu facillime mutatur, in umbra viridis, in aprico lutescens e. s. p, quod notissimum. (Inter Lichenes utrumque magis comprobatum invenimus.)

---

*) Sine hoc adminiculo nullas Agaricorum species, a me non visas, suæ seriei inserere potuissem. E minimo quoque frustulo lamellarum Agarici vivi primo obtutu, licet color varius exterior, ex occulto habitu perito color sporidiorum patet. — Aliud exemplum, inter innumera, quomodo ex ipso habitu l. constructione firmiore l. delicatiore, utrum pars velata sit an nuda, concludere possumus, afferam. Amenta *Amentacearum* nunc & mascula & fœminea delicata — tum utraque species gemmis ante explicationem inclusa v. gr. in Salice, Populo. Nunc mascula delicata & velata (v. gr. Pini) fœminea rigida, & nuda — Nunc mascula firma & nuda, fœminea delicata & tecta (v. gr. Coryli). Nunc & mascula & fœminea rigida & nuda, ut in Alno. Sic folia delicata & velata, ut plurimarum arborum frondosarum in nostris regionibus: sed & alia rigida, gemmis destituta (Hedera, Juniperus, Erica.)

VI. Inter genera concreta occurrit tribus receptaculo clavæformi, in sequentem ordinem abiens; indeque & Mesopod. proxima! Quo perfectius genus, eo magis pileata evadit. Mihi in hoc ordine omnino necessaria videtur forma transitoria. Cui vero generice distinguere placet, ad Clavatos transponat. — De formæ clavatæ in pileatam transformatione vide ad Clavatos.

Hæc in præsenti sufficiant. Sublimiorem organorum evolutionis ideam speciose exposuit Nees Syst p. 178 & sq., a cujus vestigiis discedere, periclitari non audeo.

ORDO II.

CLAVATI.

Fungi clavati. *Dill. l. c. Nees Syst. p.* 193. (excl. mitratis.) Clavaria. *Linn. Gen.* 1077. Clavæformes & Helvelloid. ad part. *Pers. syn. p. XVIII.*

STAT. *nat.* Hymenium superum, læve. Asci sublineares, fixi, vix paraphysophori — Receptaculum clavæforme, perpendiculare, in formam cylindricam tendens, simplex l. ramosum, immarginatum; stipite haud distincto. Velum nullum. *Substantia carnosa.*

STATT. *aberr.* Receptaculum dilatatum in genere primo ad Pileatos abiens & a stipite sat discretum in Mitratis affinibus. Asci tantum paraphysophori inter eosdem observantur; ut etiam obsoleti in Epiphytis & Mucedineis proximis.

AFFINIT. Est ramus inferior Hymenomycetum genuinorum, quod in revisione ordinis exponam. — Assurgit, neglectis analogis antecedentium classium, a prototypis hujus classis, SCLEROTIACEIS nempe, mediante Xyloglosso Pers.

(*Clavaria herb.* olim., quæ vero proprium genus non constituere debet, cum forma inter Prototypos adhuc vaga est) & TREMELLINIS Acrospermo. P. — Abit ad pileatos duplici ratione. *Simplices* primo æquales, ad hymenium amplificandum tendentes, mox clavatæ evadunt *(Clav. pistillaris)*; magis apicem dilatantes, ibidem dehiscant necesse est *(Cl. pistill. var. hercylanea)* & umbilicatæ *(Clav. ligula*, quam Gomphum exacte referentem reperi) evadunt. Hoc modo hymenium mox superum inferum evadit, *Gomphus!* Inde magis magisque expanditur in pileum, primo cum stipite contiguum, dein magis magisque explanatum. — Sed & alia via superficies hymenii multiplicatur, in ramulos nempe abientis — Rami primo vagi, irregulares, demum, ut summus in regno vegetabili nisus!, verticillati evadunt *(Clav. pyxidata, apiculata &c.)* qui numero aucti pileum formant, forma umbellari distinctum. Nec desunt status intermedii, *Merisma &c.*, hoc oppido demonstrantes.

HISTOR. Clavatorum vestigia apud antiquiores obsoleta. Clusius aliquot sub escul. gen. XIX descripsit. Alii cum Coralliis, alii cum Lycoperdineis commutarunt, v. gr. Tournefort, qui 12 circiter species, huc spectantes, in Instit. R. H. enumerat. Vaillantius primus retulit ad proprium genus, quod in duo (Corolloides & Clavarias, quæ solus adaptavit Holmskôld) divisit, speciesque, exclusis peregrinis, 30 enumerat Michelius. Hæc duo genera jure revocavit Linnæus, cui species 5, quæ Gleditschio 3 tantum. Species inter recentiores ample descripsit nitidissimeque delineandas curavit Holmskôld neque negligendi de pileatis scriptores; easdem vero generaque (3) pulcherrime stabilivit Persoon Secuti recentiores omnes; Nees modo Mitratos huc traxit. Nos genera 8, ad nostri Systematis constructionem adaptata, reformavimus. Hymenii situm Michelius, ascos Schmidel primi indicarunt.

PATRIA, locus, tempus, duratio. Genera & species rite cognitæ fere omnes Europææ. Genuinæ terrestres, quæ ad inferos ordines & classes transeunt epiphytæ. In cryptis, ad lucem tendentes, valde producuntur ascique, ob humoris mucedinei copiam expansi & in floccis soluti, superficiem tomentosam reddunt. Cf. *Clav. tomentosam P., Hall. helv.* 2195 &c. — Species simplices serotinæ; ramosæ præcoces & sæpe meteoricæ. Duratio per 14 dies & ultra, nulla vero species persistens (perennans) l. rediviva. Radix plerumque perennis.

VIRES & usus. Mites, sapore nonnullis amaro, plurimis nullo l. aquoso. Odor nullus distinctus neque succi colorati. In cibariis plurimi majores recepti; neque ab animalibus herbivoris spernuntur.

SYNOPSIS Generum, quæ e forma & hymenii indole distinguuntur:

* *Hymenium totam superficiem occupans. Asci distincti.* Stipes nullus distinctus.

1. SPARASSIS. Ramosissima, complanata, e laminis duplicatis composita.

2. CLAVARIA. Ramosa l. simplex, cylindrica, homogenea.

B. *Phalacrea.* Primo byssina villosa, dein glabra; *Lignatiles.*

C. *Calocera.* Cornco-gelatinosa, viscosa. *Lignatiles.*

** *Hymenium apicem tantum occupans. Asci longi.* Clavula a stipite discreta, simplex.

3. GEOGLOSSUM. Clavula subdiscreta, cylindrica l. compressa, undique ascigera.

4. SPATHULARIA. Clavula discreta, compressa, utrinque in stipitem decurrens, superne ascigera.

5. MITRULA. Hymenium clavatum (ovatum) basi stipitem discretum arcte ambiens.

B. *Heyderia.* Stipes clavulam penetrans.

*** *Hymenium apicem tantum occupans. Asci obsoleti.* Stipes a clavula discretus.

6. CRINULA. Hymenium apicem receptaculi cornei cingens, deliquescens. Stipes rigidus.

7. TYPHULA. Hymenium tenue, (subcylindricum) persistens, stipitem capillarem terminans.

**** *Hymenium totam superficiem occupans, sed apice tantum sporigerum absque ascis.*

8. PISTILLARIA. Simplex, contigua, linearis l. clavata. Sporidia apice emergentia.

CRITICA: Series hujus ordinis omnino erit simplex ob hymenii superficiem tantum lævem. E receptaculo tantum simplici l. ramoso genera numquam distingui possunt. — *Clavaria penicillata* Bull. est typus novi generis *(Pterula)*, in sectione tertia militantis, sed e specimine sicco determinare nolui. Crinula in Systemate absoluto Clavariis affinior. Species e colore tantum distinctæ suspectæ, multæ albæ & luteæ simul occurrunt.

XIII. SPARASSIS. Fries.

CHAR. Receptaculum carnosum, ramosissimum. Rami dilatati, plani, læviusculi, e membrana duplici (Agaricorum instar lamellarum) connexa compositi, utrinque ascigeri. Asci elongati. *Sporidia alba!*

HIST. Genus, a σπαραττω dictum, medium inter Clavatos & Pileatos, sed ab omnibus adeo diversissimum, ut cum nullo alio fungo, quin potius cum *Millepora reticulata* *), comparandum.

---

*) Formam Agaricoideam, Boletoideam, Hydnoideam, Clavatam &c. inter Lithophyta etiam occurrere omnino peculiare.

Quibus insuper addendum superficiem, præcipue inferiorem, sæpe esse rugosam, venoso-reticulatam & aculeatam. Species unica, subterrestris.

1. SPARASSIS *crispa*.

Elvella ramosa. *Schæff. fung. t.* 163.! Clav. crispa. *Wulf. in Jacq. Misc. 2. p.* 100. *t.* 14. *f.* 1. *A. S. p.* 285!! *Schult. Starg. p.* 494.

Omnium, quotquot vidi fungorum, speciosissimus, pedalis & ultra, colore pallide flavescente l. albido. Substantia carnosa, fragilis, tenuis, insipida & inodora, alba. Basis tuberosa crassa. Rami primarii 1-2 unc. lati, scrobiculato-rugosi, ramosissimi; ramulis omnibus latis, planis, glabris, sublævibus, in cæspitem subglobosum intricatis, crispato-complicatis, margine subintegro, apicibus obtusis serratis dentatisve. Admodum deliciosa, gulæ blandiens, Silesiæ in usu frequens. *In pinetorum siccorum penetralibus, rarior. Sept. Oct.* (v. v. Femsjö.)

XIV. CLAVARIA. Vaill.

Coralloides & Lycoperd. spec. *Tournef. J. R. H.* 564. Id. & Clavaria. *Vaill. par p.* 59. *Mich gen p.* 208. Clavaria. *Gled. meth. p.* 20. *Pers. Comm. p.* 41. (exel. Typhulis &c.) *Link diss.* 1. *p.* 40. *Nees syst. p.* 168!

CHAR. Receptaculum erectum, cylindricum, homogeneum, cum stipite confusum. Hymenium concretum, læve, superficiem totam occupans, sed superne tantum ascigerum. Asci subtenues. — Carnosæ; ramosæ, ramis plerumque attenuatis, l. simplices, sursum inerassatæ. *Sporidia ochracea l alba.*

ABERRATT. Phalacrea & Calocera. In *Cl. flavipede, fistulosa* &c. hymenium totam superficiem non occupat, inde adest stipes discolor. Hymenium paucis rugosum.

HISTOR. Centrum constituit hujus ordinis, inde specierum, sæpissime terrestrium, numerus reliquas simul sumtas longe superat. Nomen a simplicium forma clavata sumtum. Dispositionem sequor Persoonii & Neesii, reformato paulo ipso genere.

DIVIS. e forma.

1. BOTRYOIDEÆ. Ramosissimæ, caule crasso.
2. RAMARIÆ. Ramosæ, caule tenui.
3. CORYNOIDEÆ. Simplices, clavatæ.

B. CALOCERA. Corneo-gelatinosæ, ramosæ l. simplices, viscosæ, ascis tenuissimis.

Trib. I. BOTRYOIDEÆ. *Nees.*

CHAR. Caulis crassus, ramis simul sumtis vix tenuior, ramulis obtusis fastigiatis l. brevibus difformibus. *Magnæ, terrestres, præcoces, meteoricæ, sapidæ, an varietates? (Hall. helv. 2201.)*

1. *C. Botrytis*, difformis, caule decumbente crassissimo pallido, ramis brevibus subrugosis, apicibus rubris.

   Fung. esc. gen. XIX. sp. 2. *Clus. p.* 274. *Barr. ic.* 1259. Cl. Coralloides. *Scop. Fung. Hung. p.* 150. C. aeruginosa. *Schæff. t.* 176. Cl plebeja. *Wulf. in Jacq. Coll. 2. p.* 101. *t.* 13. — *Holmsk. Ot. p.* 117. *c. ic.* Cl. Botrytis. *Pers. Comm. Clav. p.* 42. *Syn. p.* 587. *Swartz in V. A. H.* 1811. *p.* 146. *Nees syst. f.* 150. *Fl. Dan. t.* 1303.

   b. lutea, apice rubra. C. *rubesc. Schæff. t.* 288.

Ingens plerumque, 3 unc. alta & ultra, sed & minor. Cœlo sicco ramos paucos breves valde obtusos & irregulares tantum protrudit; sed sub pluvias continuas explicantur ramosi, elongati, stricti, rugosi. Truncus 1-2 unc. crassus. Variat alba, incarnata, intense lutea, apicibus rubris. *In fagetis alibique. Aestate, aut.* (v. v.)

2. *C. formosa*, caule subdecumbente albido, ramis aurantio-roseis, ramulis flavescentibus.

Cl. fastigiata. *Batsch. El. f.* 48. mala. Cl. coral. purpur. *Holmsk. Ot.* 1. *n.* 13. *Pers. Comm. Cl, p.* 41. *Ic. & descr. p.* 1. *t.* 3. *f.* 5.

Caulis subventricosus, 1 unc. & ultra crassus. Rami prioris magis elongati, stricti, ramulis subfastigiatis. — *b.* caule deorsum villoso, tenuiori, ramis fuligineo-rufescentibus, subrugosis, inæqualibus, leviter pruinosis, apice flavis. *In silvis frondosis. b. acerosis. Aest. aut.* (v. v.)

3. *C. flava*, erectior, caule crasso albo, ramis rectis teretibus fastigiatis flavis.

Fung. esc. gen. XIX. sp. 1. *Clus. p.* 274. *J. Bauh. Hist. XL. c.* 39. ubi syn. vet.! — *Barr. ic.* 1260. Coralloid. flava. *Tourn. J. R. H. t.* 332. *Batt. p.* 22. *Sterb. t.* 11. Cl. fastigiata. *Linn. Suec. n.* 1269. Cl. Coralloid. *Bull. t.* 222. *& Auct.* var. lutea. *Holmsk. Ot.* 1. *n.* 14. *Cl. flava, flavescens*, aurea. *Schæff. t.* 175, 285, 287. Cl. flava & dichotoma. *Pers. Comm. Cl, p.* 43. *Syn. p.* 586. *Swartz l. c. p.* 146.

Fragilis, cæspites densos 3-4 unc. altos latosque format. — Caulis unciam crassus & longus, deorsum attenuatus, glaber. Rami erecti, læves, deorsum simplices, sursum fasciculato-ramosissimi, ramulis obtusis, subinde luteis. Coloris intensitate variat. Deliciosa. Cf. *Tratt. Essb. Schw. p.* 143 &c. *In silvis, ubique. Aug.* sq. (v. v.)

4. *C. Coralloides*, erecta, alba, caule crassiusculo, ramis elongatis inæqualibus.

J. Bauh. hist. l. c. Gled. meth. p. 31. *a. Batt. t.* 1. *A, B.* Clav. arbuscula. *Scop. Carn.* 2. *p.* 484. Cl. coralloid. *Linn. Suec.* 1268. Cl. Holmskôld. *Fr. Obs.* 2. *p.* 287. *Sowerb. t.* 278. *fig. sup.* Ram. corall. alba. *Holmsk. Ot.* 1. *p.* 113. *c. ic. opt.!*

Colore & crescendi modo a prioribus satdiversa & Cl. rugosæ forsan affinior. Caulis tenuior, sæpe elongatus, ramis teretiusculis ramosis acutis. *Ad terram, post intensas pluvias, annis calidis, raro.* (v. v.)

5. *C. cinerea*, murina. ramis dilatatis coralloideis obesis glabris solidis, apicibus depressis.

Bull. Champ. p. 204. *t.* 354. *Pers. syn. p.* 586. *Dec. fr.* 2. *p.* 100.

Obconica, fragillima. Rami videntur sinuato-serrati, ramulis obtusis subfastigiatis. In Gallia frequens comeditur. *Ad terram in Gallia.* (v. ic.)

6. *C. grisea*, cinerascens, caule crasso. ramis subrugosis, ramulis obtusis inæqualibus.

Pers. Comm. p. 44. *Syn. p.* 586. (Cl. cinerea, *Vill.*?)

"Caulis 1 unc. crassus, erectus, 1 ½ unc. longus, basi albicans. Rami 3 unc. longi, sensim attenuati, margine integri, sporidiis brunneo-rufis tecti!" *Ad terram in fagetis raro.*

7. *C spinulosa*, erecta, ramosissima, subcinnamomea, caule crasso, ramis strictis attenuatis.

Pers. Obs. Myc. 2. *p.* 59. *t.* 3. *f.* 1. *Syn. p.* 587. *Swartz l. c.*

Truncus brevis, 1 unc. crassus, gleber, pallidior. Rami conferti, laterales adscendentes, alii breves obtusi, alii producti acuti. Sporidia ochracea. *Ad terram silvarum. Aug. Sept.* (v. v.)

Inquirendæ *Corall.* Mich. *t.* 88. *f.* 2. & Cl. sanguinea. *Pers. Obs. l. c. p.* 61. *t.* 3. *f.* 3. — Cl. pomacea *Nees* nondum descripta.

Trib. II. RAMARIÆ.

CHAR. Truncus tenuior, erectus, basi subfibrillosus. Rami graciliores.

* *Colore subluteo.* Sporidia subochracea (exceptis 15, 16 &c.)

8. *C. stricta*, ramosissima, pallida, subfuscescens, ramis ramulisque strictis adpressis acutis.

Cl. pallida. *Schæff. t.* 286. C. stricta. *Pers. Comm. p.* 45. *Syn. p.* 588. *Schum. Sæll. p.* 401. *Swartz l. c. p.* 148. *Fl. Dan.* 1302.

Caulis sat tenuis, adscendens, basi fibrillis ra-

dicatus, firmus, 3 lin. circiter longus & crassus. Rami arcuato-divisi, iterumque convergentes, opaci, plerumque pallide flavi, sed triti fuscescentes. Sporidia cinnamomea. *Ad truncos passim. Aug.-Oct.* (v. v)

9. *C. palmata*, pallescens, subalutacea, caule tenui, ramis subcompressis palmatis, ramulis acuminatis. *Pers. syn. p.* 588.

"Caulis 2 lin. crassus, teres, rami 2-3 unc. longi, apice digitato-dilatati; ramuli pungente-acuminati. Cæspes 3 unc. longus & latus. *Pers. Comm. p.* 45. A sequenti, ad quam syn. cit. Schæfferi (*lege t* 177), hinc differre videtur. *C. palmata* Nees Syst. f 151 potius Theleph. palmata. *Rarius in fagetis.*

10. *C. Succica*, ramosissima, mollis, incarnata, mox alutaceo-pallida, caule tomentoso, ramis laxis distantibus, ramulis acutis.

Fries Obs. 1. *p.* 156! C. rubella, *Schæff. t.* 177. junior.

Caulis inter muscos demersus, nunc decumbens, nunc rectus, 3-4 lin. crassus, tomento albo obductus. Rami erecti, læves, flexibiles, angulati, sursum incrassati subverticillato-ramosi; ramuli brevissimi, acuti. Substantia mollissima, tenax, alba, amara. Altitudo 3-4 unc. Numquam viret. *In pinetis Sueciæ copiosissime. Aug.-Oct.* (v. v.)

11. *C. abietina*, ramosissima, obscure ochracea, caule albo-tomentoso, ramis strictis confertis sulcato-rugosis, ramulis acutis.

Schum. Sæll. p. 402. *A. S. p.* 286.

b. **minor**, contrita virens. *Pers. Comm. p.* 46. *Syn. p.* 588. *Swartz l. c. p.* 148.

A priori distinguenda. Color obscure ochraceus, vix nisi in junioribus contritus viret Caulis brevis, 4 lin. crassus, subtuberosus. Rami subæquales, teretes, sparsim ramosi, præcipue in fungo sicco sulcato-rugosi; ramuli attenuati, acuminati.

Altitudo 2-3 unc. Substantia alba, sapore amaro, dein acri. *In silvis abiegnis, frequens. Aug.-Nov.* (v. v.)

12. *C. apiculata*, ramosissima, alutaceo-rufescens, caule glabro, ramis subverticillatis repetito-furcatis, ramulis attenuatis acutissimis.

b. ramulis verticillatis &c. *Fries Obs. 2. p. 288.*

Sapor amarissimus. Altitudo 1-2 unc. Color in humidis l. tactus rufescens, in siccis subalutaceus, apiculis passim virescentibus. Caulis mox & irregulariter divisus, sursum subincrassatus e ramis subverticillatis; hi multoties 2-3 furcati, ramulis levibus strictis longitudine inæqualibus. *Ad truncos vetustos abiegnos. Sept. Oct.* (v. v.)

13. *C. pyxidata*, ramosissima, e pallido rufescens, ramis ramulisque subverticillatis in tubum dilatatis, ultimis brevissimis.

Pers. Comm. p. 47. t. 1. f. 1. Syn. p. 286. Fl. Dan t. 1304. f. 1. Swartz l. c. p. 148. A. S. p. 286.

Priori sat affinis; caulis adhuc magis obsoletus, ramosior; ramuli plures, omnes fere verticillati, nec ultimi longi simplices, sed ipso apice plerumque apiculis verticillatis; hinc *Cen. degenerantem* Fl. bene refert Color junior albidus, dein fusco-rufescens. "Sapor non ingratus" P. *Ad truncos vetustos pineos. Aug.-Oct.* (v. v.)

14. *C. crispula*, ramosissima, ex alutaceo ochracea, caule tenui, ramis flexuosis multifidis, ramulis divaricatis.

Cl. muscoides. *Bull. t. 358. f. a. b. c.* Cl. muscigena. *Schum. p. 400.*

Radiculæ fibrillosæ, albæ, longissimæ, constanter præsentes. Caulis albido-villosus, ramis ramosissimis confertis incurvis flexuosisque acuminatis, unde facies eleganter crispata. Tota 1-3 unc. alta, flaccida, sapore mucido. *Inter muscos ad truncos arborum (Fagi & Quercus) vulgaris. Jul.-Oct.* (v. v.)

15. *C. pratensis*, cæspitosa, lutea, caule tenui, ramis brevibus geniculatis divaricatis, ramulis subfastigiatis.

Vaill. par. t. 8. f. 4. Hall. helv. 2198. Clav. muscoid. *Fl. Dan. t. 836. f. 2. Bolt. t. 114.* (var.) Cl. fastigiata. *Bull. t. 358. f. D. E. & Linn. ad part. Holmsk. Ot. 1. p. 90.* C. pratensis. *Pers. Comm. p. 51. t. 4. f. 5. Syn. p. 590. Swartz l. c. p. 150.*

Statura curta, subobconica, vix unciam superans, recens, moventibus A. S. p. 287, lubrica, subviscosa. Rami molles, inæquales, obtusi. Graminibus plerumque intricata. *Inter muscos in pratis. Sept.-Nov.* (v. v.)

16. *C. corniculata*, erecta, ramosa, gracilescens, lutea, bis terve furcato-divisa, ramis lunulatis acutis.

Raji syn. t. 24. f. 5. Hall. helv. 2199. Cl. muscoides. *Linn. Suec. 1270. Fl. Dan. t. 775. f. 2. Holmsk. Ot. 1. p. 87. c. ic. Sowerb. t. 157.* C. corniculata. *Schæff. t. 173. Pers. syn. p. 589. Nees syst. f. 152. Swartz l. c. p. 149.* Clav. furcata. *Pers. Comm. p. 184.*

Antecedenti longior, solitaria, minus ramosa, sicca, excepta basi tomentosa, glaberrima, colore nitido subvitellino. Ramuli elongati, attenuati, subcompressi, alii acuti, alii obtusi. *In graminosis silvaticis, autumno seriori.* (v. v.)

Occurrunt apud veteres duarum antecc. icones nonnullæ rudes nimis, inde omissæ.

17. *C. flaccida*, flaccida, tenuis, ochracea, caule tenuissimo subnudo, ramis inaqualibus convergentibus acutis.

Radix fibrillosa, ramosissima, supra folia dejecta pinea serpens. Caulis 1 lin. crassus, basi rarius albo-villosus. Rami 4-6, rare ramosi, ramulis ultimis inæqualibus, haud caule tenuioribus, 1-1½ unc. longa. Colore immutabili ochraceo distincta. *In pinetis Smolandiæ, raro. Oct. Nov.* (v. v.)

18. *C. crocea*, minuta, tenuis, crocea, caule nudo pallido, ramis congestis ramulisque conformibus subfureatis.

Ic. & descr. p. 36. *t.* 11. *f.* 6. *Pers. syn. p.* 595.

Exigua, $\frac{1}{2}$ unc. longa, flaccida, sicca, colore pulcherrime croceo. Caulis ramis gracilibus vix crassior. Affinis Cl. subtili, sed præter formam & colorem rami minus stricti. *Ad terram in fagetis, rarissime. Oct. Nov.* (v. v.)

** *Colore violaceo, fuligineo, albo.* Sporidia alba. (*Cl. coralloides.*)

19. *C. amethystina*, ramosissima, violacea, ramis elongatis teretiusculis obtusis.

Barr. ic. 1262. C. purpurea. *Schæff. t.* 172. C. amethystina. *Bull. t.* 496. *f.* 2. *Pers. syn p.* 286. *Dec. fr.* 2. *p.* 101. *Fries Obs, 1. p.* 236! *Nees syst. f.* 251. Ramaria. *Holmsk. Ot. 1. p.* 110. *c. ic.*

Cæspitosa, lævis, glabra, 2 unc. alta, colore pulcherrimo, basi & exsiccato albidiori. Rami inferne simplices, apice multifidi, læves, ramulis brevissimis. Esculenta. — In umbrosis altior. ramis subdistantibus & flexuosis. *Ad terram in ericetis passim. Aug. Sept.* (v v.)

Aliam speciem (*Cl. brachycerae* Pers. Comm. p 61.) exhibent *Barr. ic.* 1261 & *Batt. t. 1. C.*, colore quoque violaceo, sed ramis compressis &c. nisi Cl. cristatæ var. *Italiæ incola.*

20. *C. tenacella*, fasciculata, fuligineo-rufa, subtenax, ramis elongatis congestis fureatis obtusis.

Pers. Comm. p. 47. *t.* 3. *f.* 5. *Syn. p.* 591.

"Cæspites fasciculares, subcylindrici, 2-3 unc. longi, basi albicantes. Substantia cartilaginea quasi, hinc cum subsequentibus maxima affinitas.) Color ad violaceum tendens. *In ericetis silvaticis Germaniæ.* (v. ic.)

21. *C. virgata*, glabra, albido-fuliginea, ramosissima, ramis elongatis sulcatis, ramulis attenuatis æqualibus acutis.

Tota 3 unc. alta, glabra, fragilis, intus alba solida, extus fuliginea, dein e sporidiis albis pruinosa. Caulis tenuis, albus. Rami repetito-ramosi, subæquales. Ramuli terminales simplices. *Ad truncum Pini, semel modo. Ineunte Oct.* (v. v.)

22. *C. cristata*, cæspitosa, ramosa, lævis, glabra, nivea l. albida, dein fuliginea, ramis superne dilatatis cristatis acutis.

Buxb. Cent. IV. t. 66. *f.* 1. *Hall. helv.* 2200. Ram. cristata. *Holmsk. Ot.* 1. *p.* 92. *c. ic.* Cl. albida. *Schæff. t.* 170. Cl. fallax. *Pers. Comm. p.* 48. *Fl. Dan. t.* 1304. *f.* 2. (colore subtestaceo) Cl. crist. *Pers. syn. p.* 591. *Swartz l. c. p.* 151.

Substantia hujus & sequentis, quæ omnium specierum maxime variant, rigida, sat tenax. Statura admodum varia, 1-2 unc. alta. Rami inferne simplices, plerumque eleganter fimbriati, raro obtusi. *Ad terram humosam in silvis frequens. Aut.* (v. v.)

β. *fallax*, subramosa, cinerea, nigro-punctata. *l. c.* Colore obscuriore, ramis paucioribus, caule inferne (ob Sphæriam parasiticam?) nigro-punctato.

γ. *C. fimbriata*, candida, caule longo, ramis compressis lævibus apice palmatis, ramulis setaceo-spinulosis. *Pers. ll. cc.*

Plurimi eum a. dantur status intermedii, sed specimina, quæ describo 3-4 unc. longa, caule biunciali decumbente (variat glaber & villosus) ramulis fere setaceis &c. — *Ram. ornithopodioides* Holmsk. l. c. p. 84 c. ic. huc quoque spectare videtur; non vero *Vaill. par. t.* 8. *f.* 3, quæ Cl. ornithop. Bull. — *In silvis.* (v. v.)

23. *C. rugosa*, simplex ramosaque, tenax, incrassata, rugosa, albida, ramis paucis difformibus obtusis.

Plot. Hist. Staff. t. 14. *f.* 2. *Vaill. par. t.* 8. *f.* 2. *Mich. t.* 88. *f.* 5. (status abnormis) C. laciniata. *Schæff. t.* 291. — *Hall. helv.* 2202. C. damæcornis, *Schrank.*

C. rugosa. *Bull. Ch. p.* 206. *t.* 448. *f.* 2. *Pers. Comm. p.* 57. *t.* 2. *f.* 4. *Syn. p.* 594. *Fl. Dan. t.* 1301. *Fries Obs.* 1. *p.* 158. C. elegans. *Bolt. t.* 115. C. coralloid. *Sowerb. t.* 278. *fig. inf.* (Cl. digitata & palmata. *Schum. ad varietat. sqq.*)

Omnes huc relatas formas communi sub descriptione comprehendere nequeo, quare notabiliores seorsim afferam. a) Satis tenax, extus intusque, ubi demum cava, alba. Superficies nuda, glabra, parum rugosa. Forma valde variat, nunc omnino simplex clavæformis *(Cl. pistillaris alba veterum)*, nunc in ramos 2-4 inæquales varios divisa. b) Alba, subfragilis, inferne in ramos plures rugosissimos turgidos divisa. c) candida, obconica, caule deorsum attenuato, ramis confertis brevibus turgidis pruinosis, alii acuti, alii obtusi e. s. p. Proxima videtur *Cl. grossa* Pers. Comm. p. 50. t. 2 f. 2. *Ad terram frequens, præcipue locis humidis. Aug.-Oct.* (v. v.)

β. *hercynica*, majuscula, fuligineo-alba, subtenax, ramis obsoletis obtusis. *Pers. ll. cc.* - *In pinetis.* (v. v.)

γ. *grisea*, cæspitosa, fuliginea, adscendens, ramis difformibus rugosis subcristatis. *Fries Obs.* 2.

Abit ad C. cristatam Caulis basi albovillosus, cum ramis planiusculis 1-2 unc. alta, fragilis. Color fuligineus, cœlo sicco expallens. *Cl. rimosa* Villars forte. *In fagetis umbrosis ad terram.* (v. v.)

24. *C. trichopus*, majuscula, nivea, caule elongato basi hirsuto, ramis crassiusculis furcatis. *Pers. syn. p.* 590. *Comm. p.* 50. *t.* 4. *f.* 3.

Gregaria, 3 unc. longa. Caulis $\frac{3}{4}$ unc. longus, 3 lin. crassus. Rami glaberrimi, equidem non congesti; ramuli non cristati aut setacei, sed furcati aut palmatim divisi. *In silvis ad terram.* (v. ic.)

25. *C. Kunzei*, cæspitosa, ramosa, candida, caule glabro, ramis repetito-furcatis subfastigiatis, axillis compressis,

C. dubia. Pers. Comm. p. 50?

Species distinctissima, valde elegans. Cæspites densi gregarii, 1 ½ - 2 unc. alti, 1 unc. lati. Caules plures basi coaliti, glaberrimi, ad basin plerumque divisi. Rami confertissimi, numerosissimi, subintricati, læves, glabri, erecti, stricti, tenacelli. *Ad terram locis nemorosis, aut. seriori.* (v. v. Alnarp copiose &c.)

26. *C. macropus*, sparsa, gracilis, albida, caule tenui elongato, ramis furcatis subulatis.

Pers. Comm. p. 51. t. 1. f. 2. Syn. p. 593. Swartz l. c. p. 152.

Erecta, macilenta, bis terve furcellato-ramosa, axillis acutis, nec pro more aliarum arcuatis, glabra, subtenax, albido-pallida, 1 ½ unc. & ultra. Rami teretiusculi, longitudine subæquales, acuminati, caule haud crassiores. *In fagetis umbrosis, raro.* (v. v. Femsjö.)

27. *C. gracilis*, flaccida, albo-pallescens, caule tenui nudo, ramis multifidis æqualibus subincarnatis. — *Pers. ll. cc.*

Radiculis fibrillosis muscis plerumque adhæret. Caulis decumbens, 1-2 lin. longus, 1 lin. crassus, una cum ramis flaccidus, subtenax, glaber, 1-2 unc. altus, ramosissimus. Ramuli teretes, acuti. Odore debili aniseo insuper dignoscitur. *In pinetis, rarior. Aug.-Oct.* (v. v.)

28. *C. subtilis*, albido-pallens; crassitutine ubique subæquali, ramis furcatis subfastigiatis.

Pers. Comm. p. 51. t. 4. f. 2. Syn. p. 592.

Forma grata distincta; 1 ½ unc. longa, ramî pauci sensim modo subattenuati — Ex icone axillæ arcuatæ & habitus a sequenti aliquantulum diversus, sed novas ex his affinibus distinguere nolo. *In fagetis ad terram.* (v. ic.)

β. C. delicata, inferne villosa, candida.

Tota uncialis, alba, tenella, mox e basi frequenter ramosa, ad medium usque pubescens. Rami teretes, longi, acutissimi. — A. S. p. 287 eadem forte. *Ad ligna putrida Fagi, frequens. Aug.-Nov.* (v. v.)

29. *C. byssiseda*, varia, ramulosa, junior villosa alba, dein glabra pallide rufescens, radiculis byssoideis.

Ram. fimbriata. *Holmsk. Ot. 1. p. 98. c. ic.* Cl. byssiseda. *Pers. Obs. 1. p. 32. Comm. Clav. t. 3. f. 1. var. Syn. p. 593. Fries Obs. 1. p. 157. Schum. Sæll. p. 400.*

Phalacreæ species, sed huc locanda, donec hymenium acuratius examinatum fuerit. Junior tota byssina, Himantiæ instar lignis & foliis præcipue Quercus innascitur, alba, dein glabriuscula, pallide rufescens, ramis paucis divergentibus. Sporidia? *In Quercetis, æstate & aut.* (v. v.)

30. *C. mucida*, gregaria, minuta, albida, simplex ramosave, apice subinciso lutescente.

Hall. helv. 2197. C. mucida. *Pers. Comm. p. 55. t. 2. f. 3. Syn. p. 595. A. S. p. 288. Swartz l. s. p. 153.* Cl. pallida. *Fl. Dan. t. 1376.*

Semper supra crustam tenuem *virescentem* reperi. Minima in hac tribu, vix $\frac{1}{2}$ unc. longa, carnosa, alba, sed sicca lutescens, basi tomentulo cincta; forma varia, nunc linearis, simplex l. vage ramulosa, nunc apice complanata cristata. Varr. plures: b) simplex, uncialis, clavula cylindrica subrosea, stipite albo. c) simplicissima, clavula alba, stipite distincto squamoso atro-viridi. d) sublinearis, stipite distincto sulphureo &c. *Ad ligna putrida & terram umbrosam, frequens. Ferme perennis.* (v. v.)

Icones Michelianæ t. 88. maxime rudes, nec citandæ. *Cl. fastigiata* Bolt. t. 112. f. 2. erronea videtur. *Cl. phosphorea* Sowerb. t. 100 est Rhizom. phosphorea. *Mihi.* — *Cl. Gorgonia* (magna, purpurascens, ramis ramulisque dichotomis fastigiatis) *Plum. fil. t. 168. f. L.* inquirenda.

Trib. III. CORYNOIDEÆ. Nees.

CHAR. Simplices, solitariæ l. cæspitosæ, basi attenuatæ. *Terrestres, raro epiphytæ.*

* 31. *C. pistillaris*, solitaria, magna, glabra, e flavo-subrufescens, sursum incrassata obtusa.

Fungus clavatus &c. *Boce. Mus t.* 507. *Buxb. Hal. p.* 102. *Mich. gen. t.* 87. *f.* 1. (junior.) *f.* 2. *vetusta. Hall. helv.* 2204. Cl. spec. 1. a, b, c, d. *Gled. meth p.* 26—28. Cl. pistillaris. *Linn. Suec.* 1266. *Schæff t.* 169, 270. (rimosa.) *Batsch. El. f.* 46. *Bull. t.* 244. *Sowerb. t.* 277. *Fl. Dan. t.* 1255. *Holmsk. Ot.* 1. *p.* 12. *Pers. Comm. p.* 61. cum var.! *Syn. p* 597. *Schmid. ic. t.* 4. *f. sup. Sv. Bot. t.* 504. *f.* 1.

b. major, apice dehiscens l. depressa. *Mich. l. c. f.* 3. Cl. herculan. *Lightf. & Auct. Holmsk. p.* 14. *c. ic. Sv. Bot. t.* 504. *f.* 2.

Omnium maxima, subsolitaria, junior cylindrica dilutior, dein eximie clavata, lævis; senescens obscurior, mollis, plicato-rugosa; in luxuriantibus apice depressa l. tripartita. Varietates e formæ mutationes non constantes, præstantiores Bulliardi e colore. a) *rufida*, primo lutea, dein rufo-fuliginea. b) *fuliginea*, primo pallida, dein subfuliginea. c) *ferruginea*, primo sordide lutea, demum ferrugineo-lateritia. *In fagetis, præcipue calcareis, sed & solo arenoso. Aug.-Nov.* (v. v.)

Diversa *Cl. pistillaris* Lour. Coch. p. 696, albida, sapida, edulis, in fimo *Elephantum* nascens.

32. *C. ligula*, gregaria, oblongo-clavata, obtusa, junior luteola, dein rufescenti-pallida, basi villosa.

a junior. *Schmid. ic. t.* 5. *f. sup. Fl. Dan. t.* 837. *f.* 1. Cl. cæspitosa. *Wulf. in Jacq. Misc.* 2. *p.* 98. *t.* 12. *f.* 2. Cl. luteola. *Pers. syn. p.* 598. *Swartz l. c. p.* 154. *Sv. Bot. t.* 504. *f.* 3. — *Holl. & Schmidt exs. n.* 47.

b. vetusta. Cl. ligula. *Schæff. t.* 171. Cl. pistillaris, *Schrank* &c. Cl. *Schmid. ic. t.* 4. *fig. inf.* C. ligula & pulvinata. *Pers. Comm. p.* 65, 66. A. S. p. 289. (C. cochlearif. *Schum. Sæll. p.* 404. monstrosa.)

Certe a priori diversa, constanter multo minor, 2-3 uncialis, subcæspitosa, sursum incrassata, solida; basi albido-villosa subfibrillosa; demum corrugata, apice compressa, immo divisa. Color ex ætate mutabilis; etiam apicibus viridibus occurrit. *Constanter, at vulgatissima in silvis abiegnis. Jul.-Dec.* (v. v.)

33. *C. contorta*, erumpens, difformis, rugosa, subtorta, obtusa, glabra, aquose luteola.

Holmsk. Ot. 1. p. 29. c. ic. **Tremella ferruginea.** *Schum. Sæll. p. 443.* **etiam hujus loci.**

Prioribus cognata, sed optime distincta. Substantia carnosa, fragilis, mollis, post pluvias fere spongiosa. Forma nunc spathulata, compressa; nunc turgida subtorta; deorsum attenuata, 1 unc. longa, 3-4 lin. circiter crassa, plus minus irregulariter curvata; solitaria l. cæspitosa. Superficies rugosa, pruinosa. *Erumpit e ramis udis Alni & Betulæ. Oct.-Dec.* (v. v.)

34. *C. macrorhiza*, glabra, fistulosa, subæqualis, obtusa, flavo-fusca, inferne torta, radice longissima fibrillosa.

Swartz l. c. p. 135. t. 6. f. 1. Fries Obs. 2. p. 292.

Radix 3 uncialis & ultra, cylindrica, clavula crassior, undique fibrillis albidis villoso-strigosa. Clavula 2-3 unc. longa, glabra, inferne sulcata, apice leviter incrassata. *In Suecia ad terram arenosam, aut.* (v. s.)

35. *C. Ardenia*, longissima, cava, sursum incrassata, spadicea, basi tomentosa.

Sowerb. t. 215. Pers. syn. p. 599.

Ultra spithamam longa; inferne flexuosa; sursum sensim incrassata, glabra, opaca; apice juniorum acuto, dein obtuso & rumpente. — Legimus specimina nondum explicata, quæ huc referimus, colore juniore rufescente & basi *non radicata* a se-

quenti diversa. *Ad ramos "Coryli", Tiliæ. Sept.* sq. (v. v.)

36. *C. fistulosa*, longissima, fistulosa, gracilis, stricta, glabra, flava l. pallide rufescens, radice villosa.

C. fistul. *Fl. Dan. t.* 1256. **C. pilipes.** *Ib. t.* 1100. *f.* 3. *Pers. syn. p.* 599. - *Swartz l. c. p.* 154, 156. **C. strigosa.** *Schum. Sæll. p.* 405.

b ? rigens. *Holmsk. Ot.* 1. *p.* 15. *c. ic.*

Solitaria, erecta, teres, 4-10 unc. longa, 1-2 lin. crassa, æqualis, sursum leviter incrassata, apice obtuso. Difficilis mihi species, cujus formæ plures mihi obviæ, sed præter vulgarem minus rigidam & b. (forsan distinctam) humectatam pristinam formam resumentem, nullas distinguere valeo. Color pallidus, alutaceus, flavus, rufescens, & obscurus nullas offert differentias fidas. *C. fistulosa* & *pilipes* Fl. Dan nil differunt. *Ad terram & inter folia decidua, ramulis & stipulis innata, frequens. Oct. Nov.* (v. v.)

37. *C. juncea*, gregaria, tenuis, subæqualis, flaccida, pallida l. rufescens, basi repente fibrillosa.

Mich. t. 87. *f.* 7. **C. triuncialis juncea.** *A. S. p.* 289. **Cl. hirta.** *Fl. Dan. t.* 1257. **Cl. juncea.** *Fries Obs.* 2. *p.* 291. *ubi reliqua syn.!*

Antecedentibus multo tenuior, debilis, segetis instar gregaria, obsolete fistulosa, 2-5 unc. longa, glabra, basi ipsa repens, fibrillis sparsis albidis l. lutescentibus cirrhosa. Color variat. *Inter folia decidua locis nemorosis, autumno serotino pulvioso, nil vulgatius.* (v. v.)

β. C. vivipara, filiformis, fibrillis lateralibus brevibus deciduis virgata.

Huc procul dubio *Cl. fistulosa* Bull. Ch. p. 215. t. 463. f. H. (Cl. pilosa *Pers. Comm.*), quæ subfuliginea, basi villosa dicitur. Nostra lutescenti-pallida, valde gracilis, tenacella, basi fere glabra. *Fibrillæ deciduæ germinant & novas producunt plantas!*

asci vero desunt. Revocat hoc in memoriam plantas bulbiferas & viviparas, capsulis abortivis. *Inter folia decidua locis uliginosis rarior. Oct. Nov.* (v. v.)

** *Colore purpureo, luteo, roseo, argillaceo.* Terrestres, gregaria.

38. *C. rufa*, gregaria, rufa, incrassata, compressa, subinde bifida.

Fl. Dan. t. 775. f. 1. Pers. syn. p. 600.

Habitu proprio omnino distincta, sed a nullo recentiorum observata species. Difformis, 1½ unc. longa, 2 lin. crassa, utrinque attenuata, inferta, emarginata l. simplex. *In graminosis Daniæ.* (v. ic.)

39. *C. purpurea*, cæspitosa, simplicissima, cava, compressiuscula, acuta, purpurea

Fl. Dan. t. 837. f. 2. Pers. syn. p. 600. Swartz l. c.

Plerumque 3 unc. longa, sed & solitaria tum magis producta & decumbens; lineari-lanceolata, canaliculata, purpureo-cæsia, fragilis, inferne albido-villosa. Colore lilacino misit Acharius. *In pinetis &c. Sueciæ superioris, annis pluviosis, sat frequens. Jul.-Sept.* (v. v. Skårstad, Barnarp &c.)

40. *C. anomala*, connato-cæspitosa, incarnata, expallens, ramis fusiformibus simplicibus.

Cl. digitellus. *Schæff. t. 326.* Cl. silvestris & anomala. *Pers. Comm. p. 71, 73.* — affines!

Simplex est, sed clavulæ plurimæ in corpus crassum connatæ, hinc difformis & rami passim e duobus connatis divisi; ceterum subcavi, leviter incurvi, obtusiusculi. Cf. Fries Obs. 2. p. 290. *Ad radices Quercuum inter gramina. Aug. Sept.* (v. v.)

41. *C. fusiformis*, congesto-fasciculata, lutea, clavulis subæqualibus incurvis lævibus.

Cl. pistillaris. *Bolt. t. 110.* (minus bene) C. fusiformis *Sowerb. t. 224. Pers. syn. p. 601.* Cl. fascicul. *Pers. Comm. p. 72.*

Tota lutea, glabra, 3 unc. circiter, plurimæ in cæspitem regularem conjunctæ. Clavulæ erectiusculæ, subfragiles, utrinque attenuatæ, teretes, apice subobscuriori. *Ad terram inter gramina & muscos, rarior. Sept. sq.* (v. v.)

42. *C. Ceranoides*, fasciculata, inæqualis, subdivisa, cava, flavescens, apice fusca.

C. rugosa, *Sowerb. t.* 235. C. cer. *Pers. syn. p.* 594.

Nulla inter ramosas species affinis, hinc hunc potissimum sibi vindicat locum. Valde cæspitosa, 3 unc. alta. Clavulæ deorsum attenuatæ, curvatæ, subventricosæ, ad latera dentato-ramosæ. *In Anglia.* (v. ic.)

43. *C. inæqualis*, fasciculata, inæqualis, fragilis, lutea, clavulis difformibus acutis.

Cl. fasciculata. *Villars.* C. inæqualis. *Fl. Dan.* 873. *f.* 1. *Pers. Comm. p.* 73. *Fries Obs.* 2. *p.* 293. C. bifurca. *Bull. Champ. p.* 207. *t.* 364. *Swartz l. c. p.* 157. Cl. vermiculata. *Sowerb. t.* 253.

Irregularitate præcipue a C. fusiformi dignoscitur; cæspites minus densi; clavulæ fragiles, compressæ, angulatæ l. canaliculatæ, sæpe bifidæ. An satis distincta? *Ad terram cum priori.* (v. v.)

44. *C. angustata*, cæspisosa, elongata, gracilis, teretiuscula, lutea, deorsum flexuosa.

C. elongata. *Ehrh.!* C. angust. *Pers. Comm. p.* 72, *t.* 1. *f.* 3. *Syn. p.* 602. *A. S. p.* 290. *Swartz l. c. p.* 158.

Clavulæ basi vix junctæ, erectiusculæ, subtenacei, deorsum angustatæ, 2-3 unc. longæ, vix lineam crassæ, acutiusculæ. *Ad terram inter muscos præcipue locis montosis. Sept.-Nov.* (v. v.)

β. C. obtusa, gregaria, lutea, clavula compressa obtusa, stipite teretiusculo recto.

Raji Hist. II. p. 104. *Mich. gen.* 87. *f.* 5. *Hall. hist. p.* 2207.

Priori, cui colore & substantia proxima, vulgatior, 1 ½ unc. tantum alta, clavula 2 lin. lata, rarius curvata. Persoon sub *Cl. falcata* posuit. *Ad terram muscosam.* (v. v.)

45. *C. rosea* l. *Swartzii*, gregaria, teretiuscula, rosea, apice lutescente, deorsum angustata albida.

Cl. rosea. *Dalman in V. A. H.* 1811. *p.* 157. *Fries Obs. 2. p.* 290. *t.* 5. *f.* 2. C. Swartzii. *Sv. Bos. t.* 558.

Stipes nullus distinctus, sed clavula basi angustata albida, sesquiuncialis, solida, simplicissima, fragilis, glabra, recta l. curvata exsiccata, in mucronem lutescentem contracta. Nostra subcylindrica 1 lin. crassa; Cel. Dalmanni clavata. *In graminosis muscosis. Aug.-Oct.* (v. v.)

46. *C. aurantiaca*, gregaria, subcompressa, rugulosa, aurantiaca, deorsum villosa.

Bull. t. 463. *f. B.? Pers. Comm. p.* 70. *Syn. p.* 598.

Colore pulchre luteo-rubente l. aurantiaco præcipue dignoscitur. Clavulæ nunc strictæ, nunc decumbentes, 2 unc. longæ, 1 lin. crassæ, fragiles, demum plerumque cavæ, compressæ, rugosæ. *In nemoribus. Oct. Nov.* (v. v. Pelten &c.)

Cl. bulbosa Schum. p. 405. (ferruginea-aurantiaca &c.) satis videtur diversa, sed affinium specierum numerum augere non audeo.

47. *C. helvola*, gregaria, teres, æqualis, lævis, sordide lutea, apice dein cinnamomeo.

Cl. teres. *Baumg. Lips. p.* 69. C. simplicissima. *Willd. Ber. p.* 406. C. helvol. *Pers. Comm. p.* 69. *Sv. Bot. t.* 504. *f.* 4.

Vix nisi colore opaco a priori diversa, tamen constans visa; hæc quoquo multo rarius intus caviuscula & compressa reperitur, sublinearis, leviter flexuosa, 1-2 unc. alta. *Ad terram humosam. Oct.* (v. v.)

48. *C. argillacea*, subcæspitosa, varia, clavulis incrassatis subcompressis obtusis alutaceo-pallidis, stipitibus nitentibus flavis.

Mich. t. 87. f. 11. Schmid. ic. t. 15. Cl. ericetor. *Pers. syn. p. 600.* C. argillacea. *Pers. Comm. p. 74. Nees syst. f. 155.* Geoglossum. *Fr. Obs. 2. p. 295. t. 5. f. 3.*

Optime a præcedentibus diversa forma constanter sursum incrassata nec non colore argillaceo, stipite vero sat distincto glabro luteo, ut sæpissime Geoglossum referat. Fragilis, ½ - 1 unc. alta, maxime difformis. *Ad terram variis locis. In ericetis Sueciæ meridionalis nil vulgatius. Oct. Nov.* (v.v.)

49. *C. flavipes*, subcæspitosa, cylindrica, acuminata, argillaceo-pallida, inferne flava.

Pers. Comm. p. 75. t. 1. f. 4. Syn. p. 602. A. S. p. 290. Swartz l. c. p. 158. (Schum. Sæll. p. 402. var.)

Proxima præcedenti, tamen facile distincta clavulis gracilibus, 1-2 unc. longis, teretibus, subfalcatis, quasi pruinosis. Apex in exsiccatis obscurior. *Ad terram in versuris graminosis, raro. Oct. Nov.* (v. v.)

*** *Colore nigro, cinereo, albo.*

50. *C. striata*, cæspitosa, subfuliginea, clavulis longissimis flexuosis subtorquatis sparsim striatis. *Pers. syn. p. 602.*

Pers. Comm. p. 78. Ic. & desc. p. 11. t. 3. f. 5.

Fasciculus 3-4 unc. longus, 2-3 unc. latus. Clavulæ utrinque attenuatæ, medio subventricosæ, 2 lin. crassæ, cavæ, subcompressæ. *In silvis ad terram rarior.* (v. ic.)

51. *C. fumosa*, cæspitosa, fragilis, lævis, subflexuosa, e fuligineo-cinerascens.

Pers. Obs. 1. p. 31. Comm. p. 76. Syn. p. 602.

Vix nisi colore a Cl. eburnea distincta, ut & sequens; cum vero constantes videntur, ut tales secundum Persoonium propono. Subfistulosa, passim divisa. *In fagetis ad terram. Sept.* (v. v.)

52. *C. nigrita*, cæspitosa, fragilis, fistulosa, lævis, nigra. *Pers. syn. p. 604.*

Duplex forma: a) sequenti major, 3-4 unc. longa, subcompressa, rugulosa, apice sæpe reflexo *Pers. Comm. p.* 78. c) sequenti minor, vix uncialis. *Swartz l. c. p.* 159. *Ad terram graminosam.*

53. *C. fragilis*, cæspitosa, fistulosa, fragilis, varia, alba, raro lutescens.

Holmsk. Ot. 1. *p.* 7. *c. ic. Schum. Sæll. p.* 404. Cl. vermicul. Auct. C. eburnea. *Pers. syn. p.* 603.

a. *gracilis*, clavulis subæqualibus 1. sursum attenuatis. *Mich. t.* 87. *f.* 13. *Fl. Dan. t.* 775. *f.* 2. C. simplex. *Retz. V. A. H.* 1769. *p.* 254. C. acuta. *Sibth.* C. fistulosa. *Tode.* Cl. fragilis. *Pers. Comm. p.* 77. *ubi syn.* ! C. gracilis. *Bolt. t.* 111. *f.* 1. *Sowerb. t.* 232.

b. *cylindrica*, stipite tenui, clavulis turgidis obtusis. *Vaill. t.* 7. *f.* 5. *Mich. t.* 87. *f.* 10. *Hall.* 2203. Cl. cylindrica. *Bull. t.* 463. *f.* 1. *Pers. Comm. p.* 76. *ubi syn.* !

c. subsolitaria. *Mich. t.* 87. *f.* 6. C. gracilis. *Pers. Comm. p.* 80.

Gregaria, subcæspitosa, 1-3 unc. longa, subinde furcata, junior farcta, teres, stricta; dein cava, compressa, torta, sæpe rugosa; inferne attenuata, dilutior absque stipite distincto; apice demum lutescente. Forma valde variat, hinc apud Auctores multiplicata. Antecedentes colore tantum diversæ videntur *Ad terram a. præcipue in ericetis. b. c. in silvis, ubique. Aug.-Nov.* (v. v.)

54. *C. vermicularis*, cæspitosa, cylindrica, subulata, flexuosa, solida, albissima.

Mich. t. 87. *f.* 12. *Swartz l. c. p.* 159. *t.* 6. *f.* 2.

"Cæspitosa, tripollicaris. Stipites vix distincti; clavæ cylindricæ, crassitie pennæ columbinæ, arcuatæ, solidæ, sed medio perforatæ" An distincta? *In graminosis ad terram, Aug.* (v. ic.)

55. *C canaliculata*, solitaria, alba, clavula compressa, utrinque canaliculata, dein apice obtuso nigrescente, stipite æquali. *Fries Obs. 2. p.* 294.

Lævis, glaberrima, tota alba. Stipes teres, sat distinctus, subtenax. Clavula stipite duplo longior, linearis, 2 lin. lata, flexuosa l. falcata. Affinis Cl. rugosæ. *Ad terram humidam. Oct.* (v. v.)

56. *C. acuta*, recta, alba, clavula distincta tereti acuminata stipitem æquante. *Sow. t.* 333.

Gregaria, simplicissima, 1-3 unc. alta, lævis, glabra. Pulchra & satis distincta videtur. *In Anglia.* (v. ic.)

57. *C. falcata*, sparsa, incrassata, falcata, obtusa, albida, stipite contiguo pellucido.

Mich. gen. t. 87. *f.* 9. Cl. delicatula. *Tode.* Cl. falcata. *Pers. Comm. p.* 81. *t.* 1. *f.* 3. (ubi syn.) *Syn. p.* 604. *A. S. p.* 291.

Solitaria l. passim geminata, uncialis & ultra. Stipes solidus, subflexuosus, æqualis, lineam haud crassus, basi leviter pubescens, cum clavula contiguus. Clavula crassior & brevior, intus niveo farcta. *Ad terram humosam in fagetis umbrosis, Sept. Oct* (v. v.)

1. *C. nivea*, simplicissima, cylindrica, apice attenuata alba, radice fibrosa. *Humb. frib. p.* 116.

2. C. fimbriata. *With. arr.* IV. *p.* 453.

3. C. rubella. *Pers. Comm. p.* 81. (aquose rubella.)

Quæ restant ad alia genera (Sphæriæ &c.) aut mere monstrositates sunt v. gr. *Cl. adscendens Fl. Dan.*, scilicet stipites Agaricorum &c. Reliqua nomina dubia collecta videas in Pers. Comm., quem in hoc genere stricte sæpius secutus sum.

PHALACREÆ species inter genuinas disposui.

XIII. B. CALOCERA.

CHAR. Ramosa l. simplex, corneo-gelatinosa, tenax, viscosa, radicata, absque stipite discreto. Asci tenues. *Lignatiles, fulvæ l. luteæ; sed sporidia alba videntur, saltim Cl. viscosæ &c.*

Obs. Nomen a καλος & κερας. Facile, pæ-

cipue si ad differentias microscopicas refugerem, distinctum genus limitesque in natura constantes. Abit contigua fere serie in Acrospermum.

1. *C. C. viscosa*, tenax, viscosa, vitellina, ramis ramulisque furcatis, caule tenui radicato.

Cl. flammea & C. cornuta. *Schæff. t.* 174, 289. Cl. aurea. *Ehrh. exs. n.* 28. C. gelatinosa. *Holmsk. Ot. p.* 81. *c. ic.* Cl. viscosa. *Pers. Comm. p.* 53. *t.* 1. *f.* 5. *Syn. p.* 594. *Swartz l. c. p.* 152. *Dec. fr.* 6. *p.* 30.

Cæspitosa plerumque, uncialis & ultra. radice longa pallidiori. Rami teretes l. compressi, æquales, parum divisi. Colore pulcherrimo aureo dignoscitur. *Ad truncos vetustos pineos, ubique. Jul. Dec.* (v. v.)

2. *C. C. Lauri*, ramosa, striata, sublateritia, ramis vage angulatis obliquis apice obtuso ibique obtuse subcrenatis. *Brot. Lus.* 11. *p.* 415.

Huc pertinere videtur, præcipue cum polline albo tecta dicitur. *In cortice Laurorum annosarum circa Conimbricam Majo, Jul.*

3. *C. C. tuberosa*, tenax, flavescens, subsimplex, caule tuberoso radicato. *Sowerb. t.* 199.

Radix tuber subglobosum, crassum, strigosum. Clavulæ 1 ½ - 2 unc. longæ, lineares, simplices, subacutæ, sed 2-3 ex eadem basi proveniunt." *Pers. syn. p.* 594. *Sub cortice ramorum in Anglia.* (v. ic.)

4. *C. C. furcata*, minor, ramosa, viscosa, lutea, ramis vagis furcatis acutis.

C. mucida. *Fl. Dan. t.* 1305. *f.* 1.

Sequenti paulo major, ½ unc. longa, sed tremellosa gracilior & mollior, ut exsiccata non cornea, sed chartæ adhæreat. Caulis tenuis, subpubescens, radicatus, solitarius. Rami vagi, simplices, laxi. *Ad truncos abiegnos legi, Nov. Dec.* (v. v.)

5. *C. C. cornea*, cæspitosa, minor, simplex ramosaque, viscosa, lutea, basi connata.

Batsch. Cont. 1. f. 161. Fl. Dan. t. 1305. f. 2 Pers. Comm. p. 54. Syn. p. 596. Sowerb. t. 40. Swartz l. c. p. 153. C. aculeiformis. *Bull. Ch. p. 214 t. 463. f. 4. Dec. Fr. 2. p. 98.* C. medullaris. *Holmsk. Ot. p. 80. c. ic.*

b. conica, exsiccata striata, C. striata. *Hoffm. 2. t. 7. f. 1.*

c. major, gelatinosa, sæpe medio coalita. *Müll. Beschäft. Berl. Naturf. 3. p. 351.*

d. basi tomento annulari cincta, Pers.

E truncorum rimis protrudit radicata, cæspitosa, 2-3 lin. alta & ultra, proprie simplex, sed e pluribus conglutinatis furcata, acuta; recens mollis, sublutea; sicca cornea, rigida, aurantiaca. Stipes vix ullus distinctus. *Ad truncos varios, frequens. Jul.-Dec.* (v. v.)

6. *C. C. Glossoides,* gregaria, subtremellosa, flaveseens, clavula compressa, stipite teneti.

Pers. Comm. p. 68. Syn. p. 596. A. S. p. 289.

Vix cæspitosa, mollis, simplex, ligulata, subobtusa, stipite distincto, basi nigricante Antecedenti, cui affinis, major ($\frac{1}{2}$ unc.) & forma diversa. *Ad truncos Quercus, passim. Aug.-Nov.* (v. v.)

XV. GEOGLOSSUM. Pers.

Fungi Ophioglossoides. *Veter. — Pers. Obs. Myc. 1 p. 11. Syn. p. 607. Link diss. 1. p. 40. Nees syst p. 172.*

CHAR. Receptaculum erectum, clavæforme, subcompressum, deorsum in stipitem productum. Hymenium concretum, clavulam incrassatam ambiens, undique ascigerum, a stipite vero discretum. Asci elongati. — Carnosa, tenacella (neutiquam coriacea), simplicia, stipite tenuiori *Sporidia "G glabri nigra"* Bull.; *in G. glabro aliisque mihi alba!*

HIST. Nomen a γη & γλωσσα. Genus Clavariis nimis affine, ægre admittendum. Ultima

Clavariæ stipite sterili & ab hymenio distincto quoque gaudent, ut habitu magis, quam certo dignoscitur charactere. Species novem circiter, constanter terrestres, autumnales, subgregariæ, colore nigricante l. viridi tinctæ.

1. *G. hirsutum*, hirsutum, nigrum.

Fung. ophiogloss. *Raji Hist. II. p.* 104. Cl. ophiogloss. *Schmid. ic. t.* 25. *Holmsk. Ot. 1. p.* 18. *c. ic. Sowerb. t.* 83. *Schæff. t.* 327. Cl. atra. *Schrad. - Pers. Comm. p.* 37. *Syn. p.* 608. *Swartz in V. A. H.* 1811. *p.* 163. *Nees syst. f.* 157. *Schmidt & Kunz. exs.* 122.

b. G. capitatum. *Pers. l. c.* — *Mich. t.* 87. *f.* 8!

Forma varia, 1-3 unc. alta. Clavula plerumque elongata, compressa; in b. subrotunda, capitata, plicata. Asci paraphysophori. *In graminosis, paludosis alibique, autumno, frequens.* (v. v.)

2. *G. glabrum*, glabrum, siccum, nigricans, stipite subsquamuloso.

Vaill. par. t. 7. *f.* 3. *Mich. gen. t.* 87. *f.* 4. Cl. ophioglossoid. *Linn. - Bull. Ch. p.* 166. *t.* 372. *Bolt. t.* 111. *f.* 2. *Fl. Dan. t.* 1076. *f.* 2. G. glabrum. *Pers. Obs.* 2. *p.* 61. *Syn. p.* 608. *Swartz l. c. Holl & Schmidt exs. n.* 47.

Plures occurrunt formæ, quarum forsan nonnullæ distinctæ. a) Gregarium. Stipes elongatus, 1-3 lin. crassus, tenax, *punctato-squamosus*, demum cavus, basi albido-villosus. Clavula uncialis, subcanaliculata, 2-5 lin. lata, opaca, nigra, sub lente reticulata, intus cava cinerea. b) differt colore aterrimo, fere nitido, stipite breviori *glaberrimo*, olivaceo-nigro, clavula lævi. c) *ubiginosum* P. tenue, colore aquose nigro, stipite *imbricato-squamoso*. Obs. Myc. t. 3. f. 4. d) G. *Sphagnophilum* Ehrenb. Ber. p. 30, magnum, clava olivaceo-atra, stipite purpureo-atra. e) colore spadiceo-nigro, superficie quasi pingui. *Habitat in graminosis ad terram, frequens* c. d. e. *locis paludosis. Æstate, aut.* (v. v.)

3. *G. difforme*, glabrum, læve, subviscosum, atrum, clavula compressa distincta. *Fries Obs. 1. p. 159.*

Gregarium, 2 unc. altum, totum leviter viscosum; sed jove sereno siccum, opacum, stipite brevi. Clavula difformis, complanata, torta, obtusa. *Ad terram graminosam. Sept. Oct.* (v. v.)

4. *G. glutinosum*, glabrum, nigricans, clavula compressa distincta, stipite viscoso.

Pers, Obs. 1. p. 11. Comm. p. 38. Syn. p. 609. A. S. p. 294. Fries Nov. Suec. p. 20.

Stipes subæqualis, uncialis & ultra, glutine tenaci obductus, spadiceo-nigricans. Clavula sublanceolata, obsolete viscosa, magis nigra. *Ad terram graminosam, præcipue locis paludosis. Aut.* (v. v.)

5. *G. viscosum*, glabrum, viscosum, nigrum, clavula tereti cum stipite confluente.

Pers. Comm. p. 39. Syn. p. 609. Fries l. c.

Antecedentibus minus, angustius, totum viscosum, teres, apice tantum leviter incrassatum, inferne olivaceo-nigrum. *In pratis montosis, fagetis rarius. Aut.* (v. v.)

6. *G. olivaceum*, glabrum, siccum, fuligineo-olivaceum, clavula compressa distincta.

Pers. Obs. Myc. 1. p. 40. t. 5. f. 7. Syn. p. 616. Kunz. & Schmidt Myc. Häft. 1. p. 103!

Stipes glaber, lutescenti-fuscus, basi leviter incrassatus albidus. Clavula stipite ut plurimum longior, colore in statu senescenti virescente-nigro; intus alba. *In silvaticis. Aut.* (v. s.)

7. *G. viride*, subfasciculare, viride, clavula distincta, stipite squamuloso.

Mich. gen p. 208. n. 7. Hall. helv. 2265. Cl. serpentina. *Mull. Zool. Dan. p. 256.* Cl. viridis. *Schrad. Fl. Dan. t. 1258. f. 1.* G. mitrata viridis. *Holmsk. Ot. 1. p. 24. c. ic.* G. viride. *Pers, Comm. p. 40. Syn. p. 610.*

Varietates plurimæ: a) *æruginosum*, siccum, olivaceo-viride, viride l. lutescens, clavula compressa obtusa, stipite distincto squamuloso brevi. b) *atrovirens*, siccum, atrovirens, subcœrulescens, clavula acuta, stipite distincto squamoso. — Prius exsiccatum expallens, hoc fusco-nigrescens. Cf. *Kunze & Schmidt l. c. p.* 104. c) *viscidum*, olivaceo-viride, viscosum, clavula compressa obtusa, stipite distincto squamuloso. G. viride *Schum. p.* 408! *Nees Syst. f.* 159. d) *gracile*, viride, siccum. clavula cum stipite elongato lævi contigua. *Nees Syst. f.* 158. *Ad terram in fagetis, paludosis umbrosis &c. Aut.* (*a. b. d.* v. v., *c* v ic.)

8. *G. atropurpureum*, glabrum, atropurpureum. P.

Clav. atropurpurea. *Batsch. El. f.* 47. Cl. mitrata. *Holmsk. Ot.* 1. *p.* 21. *c. ic.* G. purpurasc. *Pers. Comm. p.* 39. G. atropurp. *Obs. Myc.* 2. *t.* 3. *f.* 5. *Syn. p.* 609. *A. S. p.* 294.

Unciale circiter, gregarium. Stipes fibrillosus l. squamulosus, firmus, pallidior. Clavula nunc teres, nunc compressa l. bifida & præcipue autumno seriori ventricosa & difformis, a stipite distincta. *In graminosis, autumno.* (v. v. in Hallandia.)

9. *G. carneum*, tenue, compressum, carneum, stipite albidiori. *Schult. Starg. p.* 496.

Forsan varietas Clavariæ cujusdam. Clavula subincurvata. *Ad vias cavas silvaticas in terra argillacea gregarie, at rarius. Aut.*

XVI. SPATHULARIA. Pers.

Clav. spec. *Linn.* Elvellæ. *Afzel.* Spathul. *Pers. Comm. p.* 54. *Link diss.* 1. *p.* 40. *Nees syst. p.* 171.

CHAR. Clavula (hymenium) verticalis, compressa, utrinque in stipitem discretum decurrens, superne arcis tectum. Asci subelongati. — Carnoso-membranacea, simplex, distincte stipitata. Sporidia tenuissima, elastice avolantia, ut in Pezizis.

HISTORIA: Genus omnino distinctum, ad Mitratos abiens. Nomen a forma spathulata. Species unica hactenus, epiphyta, autumnalis.

1. SPATHULARIA *flavida*.

Elvella clavata. *Schæff. t.* 149. Cl. spathulata. *Fl. Dan. t.* 658. *Schmied. Ic. t.* 50. *f.* 1. Helv. *Afzel. in V. A H.* 1773. *Sowerb. t.* 35. H. feritoria. *Bolt. t.* 97. Spath. flavida. *Pers. Comm p.* 34. *Schmidt & Kunz. exs.* 194. *Spreng. Grunz. Bot. p.* 597! Sp. flava & rufa. *Swartz V. A. H.* 1812. *p.* 10, 11. *Nees syst. f.* 156. *A. B.*

Color primo pallidus, dein luteus l. subferrugineus, stipite albidiore. Varietates plurimæ, Cf. *Schum. l. c.* forsan distinguendæ: a *lævissima*, clavula plana ovata stipiteque tereti lævissimis. b) *cava*, clavula crassa, ventricosa, stipite deorsum incrassato subcavo. c) *vulgaris*, stipite compresso subæquali, clavula plana sæpe bifida rugulosa. d) *undulata*, pileo inflato lacunoso, stipite lævi deorsum attenuato pallidiori. *Frequens ad folia dejecta, muscos putrescentes &c. Aut.* (v. v.)

XVII. MITRULA. Fries.

Leotiæ spec. *Pers. syn. p.* 611.

CHAR. Clavula (hymenium) ovata, lævis, undique ascigera, basi stipitem discretum arcte ambiens. Asci elongati. — Carnosa, simplex, distincte stipitata. Sporidia elastice avolantia.

HISTOR. Medium genus inter Spathulariam & Typhulam, sed bene distinctum. Nomen a forma mitrata. Species minores, epiphytæ, stipite simplici. Clavula in *genuinis* cava, nec a stipite percursa, ut in aberrante HEYDERIA.

1. *M. paludosa*, media, clava obtusa lutea, stipite pallido. *Fries in Liljebl. Sv. Fl.* 3. *p.* 664.

Fungus fontanus &c. *Raji syn. p.* 23. Cl. phalloides. *Bull. Ch. p.* 214. *t.* 463. *f.* 3. Cl. epiphylla. (*So-*

werb. t. 293. non vidi). *Dicks. Cr.* 3. *p.* 22. *t.* 9. *f.* 10. Helv. laricina. *Vill. Delph. t.* 55. teste Dec. - Leotia Ludwigii, Dicksoonii, Bulliardi, laricina. *Pers. syn. p.* 611—614. *t.* 3. *f.* 13. *Swartz l. c. p.* 11, 12. *A. S. p.* 296! *Fl. Dan. t.* 1377. Helv. Bulliardi. *Dec. fr.* 2. *p.* 95.

Gregaria, subcæspitosa, fragilis, glabra, intus tota cava, aqua sæpius repleta. Stipes nunc rectus uncialis, nunc elongatus flexuosus, albus, dilute incarnatus l. flavescens. Clavula forma varia, 2-4 lin. longa, raro bifida. *Supra folia putrida in paludosis, frequens. Majo-Aug.* (v. v.)

2. *M. minuta*, minima, clavula lanceolata lutea, stipite æquali pallido.

Cl. minuta. *Sowerb. t.* 391.

Tota vix 2 lin. alta, indeque a priori distinguenda videtur. *In Anglia ad bracteas Dipsaci pilosi, gregarie.* (v. ic.)

3. *M. mucerdæ*, minutissima, clavula subglobosa rubro-carnea, stipite albido.

Cl. mucerdæ. *Schum. Sæll. p.* 405.

Sparsa, carnosa, mucoriformis, stipite subbrevi cylindrico, clava etiam subovata & tuberculata. *In mucerdis locis paludosis Sællandiæ lecta. Sept.* (v. ic.)

XVII. B. HEYDERIA.

Mitrula. *Pers. disp.* Leotia. *Link. diss. l. c. Nees syst.* 1. *p.* 173.

CHAR. Stipes clavulam, inde solidam, penetrans. Hymenium basi subsolutum.

Obs. Habitu, loco natali omnibusque reliquis characteribus cum Mitrula convenit, hinc hoc loco subjunxi. Occurrunt quoque Morchellæ stipite pileum non & totum penetrante.

1. *M. HEYDERIA Abietis*, parva, clavula cinnamomea, stipite badio.

Elv. cucullata. *Batsch. Cont.* 1. *f.* 132. Cl. ferruginea. *Sowerb. t.* 84. M. Heyderi. *Pers. disp. p.* 36. *t.* 3. *f.* 12. *Fl. Dan. t.* 1670. *f.* 2. Leotia Mitrula. *Pers. syn. p.* 611, *A. S. p.* 295. *Schmidt & Kuntz. exs. n.* 98.

Gregaria, sicca, tenacella, $\frac{1}{2}$ unc. & ultra. Stipes subflexuosus, filiformis, nigricans, glaber l. deorsum præcipue tomentosus. Clavula conica l. ovata, 1-2 lin. longa, obtusa, lævis, expalliens. *In foliis Abietis, frequens, fere perennis.* (v. v.)

2. *M. HEYDERIA pusilla*, minima, clavula ferruginea, stipite pallidiore.

Leot. mitrula. *γ. A. S. p.* 295. L. pusilla. *Nees syst. p.* 173. *f.* 160.

Priori maxime affinis, sed notas allatas constanter servat & loco insuper differt. Tota 1-3 lin. longa. Stipes capillaris, flaccidus, glaber, expalliens, basi floccis adfixus. Clavula ovata l. subrotunda, obtusissima. *In acubus Pini silvestris. Oct. Nov.* (v. v.)

XVIII. CRINULA. Fries.

Crinium. *Fries Nov. V. p.* 79.

CHAR. Receptaculum erectum, cylindricum, hymenium apicem cingentem penetrans. Hymenium heterogeneum, discretum, capituliforme, deliquescens, sporigerum. — Stipes subsimplex, corneus; capitulum gelatinosum.

HIST. Nomen a κρινο, oblino. Ex altera parte Mitrulis, ex altera Periconiis l. Cephalotrichis sat affinis. Species unica, corticola, perennis.

1. CRINULA *Caliciiformis.*

Gregaria, inter fibras corticis eximie radicata, nigricans, cornea, tenax, glaberrima, 2-5 lin. longa. Stipes sursum attenuatus, teres, lævis, lineam vix crassus, firmus, opacus, aterrimus, intus cavus, floc-

cis cinereis laxis farctus. Clavula (l. hymenium apicem stipitis cingens) minuta, ovata, obtusa, 1 lin. vix alta, lævis, mollis, olivacea; dein jove pluvio gelatinosa, alba, deliquescens. Ascos nullos observo, sed parcos floccos; non tamen quales in Cephalotricho. *In cortice dejecto Tiliæ.* (1815—1817 unico loco) *Perennis.* (v. v.)

XIX. TYPHULA. Fries.

Fries Obs. Myc. 2. p. 296. Clav. spec. *Auct.*

CHAR. Hymenium (Clavula) subcylindricum, undique sporigerum, ascis ob tenuitatem plerumque obliteratis, *discretum* a stipite capillari. — Clavula carnosa; stipes tenacellus, sæpe pubescens, variat simplex & ramosus.

HIST. Genus Clavariæ in Mucedines abiens. Species quoque ad Himantiam, Chordostylum & Clavariam relatæ fuerunt; omnes tenellæ, in foliis l. stipulis putrescentibus nascentes, aliæ Sclerotiis simul innascentes. Nomen a Typha derivatum.

1. *T. Todei*, clavula flava, stipite glabro albo, tuberculo nullo. *Fries l. c. p.* 298.

Tenuis, flaccida, uncialis usque. Chordostylum Clavaria *Tod. Meckl. t.* 6 *f.* 55, si non hujus loci, maxime saltim affine. *In stipitibus & frondibus Pteridis aquilinæ putrescentibus frequens. Aut.* (v. v.)

2. *T. gyrans*, simplex, alba, stipite pubescente, basi tuberculo innato. *Fries l. c.*

Clav. gyrans. *Batsch. Cont. 1. f.* 194. *Pers. syn. p.* 606. *A. S. p.* 292. *Swartz in V. A. H.* 1812. *p.* 162. *Dec. fr. 6. p.* 29.

b. Cl. granulata. *Willd. Ber. t. 7. f. 17. Pers. l. c.*

Tuberculum radicale Sclerotium omnino refert, globosum l. oblongum, læve, pallidum, dein fuscescens, etiam rugosum. Stipes debilis, subdecumbens, sub lente pubescens. Subinde tubercu-

Tum radicale deest. *Ad folia putrescentia, stipulas &c. frequens. Aut.* (v. v.)

3. *T. phacorrhiza*, simplex, pallida, glabra, stipite fuscescente, tuberculo innato. *Fries l. c. p.* 298.

Clav. *Reichard in Schrift. Naturf. Fr. Berl. t.* 9. *f.* 4, 5. *Sowerb. t.* 253. *Pers. syn. p.* 607. *Swartz l. c. p.* 162. *A. S. p.* 293.

Tuberculum radicale primo læve & pallidum, dein corrugatum fuscescens, exsiccatum nigrum, non constanter præsens. Stipes subrectus, 2-4 lin. longus, glaber. Clavula longior, lineari-subulata. Magnitudo variat. *In folia decidua ad terram. Aut.* (v. v.)

4. *T. erythropus*, simplex, clavula glabra alba, stipite stricto atro-rubente. *Fries l. c. p.* 297.

Clav. gyrans. *Bolt. t.* 112. C. erythropus. *Pers. Comm. p.* 84. *Syn. p.* 297. *t.* 2. *f.* 14. *A. S. p.* 293. *Dec. fr.* 6. *p.* 29.

Tuberculum depressum, corrugatum, nigrum. Stipes $\frac{1}{2}$ unc. longus, subcorneus, vix nisi sub lente pubescens, apice dilutior. Clavula cylindrica, glabra, 2-3 lin. longa. Desideratur etiam in hac subinde tuberculum. *Ad stipites, folia &c. passim. Aut.* (v. v.)

5. *T. villosa*, simplex, clavula turgida pallida villosiuscula, stipite glabro rubente-badio.

Cl. capillaris. *Holmsk. Ot.* 1. *p.* 3 *cum. ic.?* Cl. villosa. *Schum. Sæll. p.* 406. (quem sequor.)

Habitus omnino prioris; gregaria, minima; stipite elongato basi crassiusculo, sursum attenuato; clavula ovata l. obovata, albido-pallida. *Inter folia decidua Alni, Aut.* (v. s.)

6. *T. tenuis*, simplex, glabra, atra, apice incrassata. *Sowerb. t.* 386. *f.* 5. (Clav.)

Tuberculum nullum. Gregaria, tenuissima, capillaris, 2-3 lin. alta. An hujus generis? *In Anglia.* (v. ic.)

7. *T. filiformis*, subramosa, spadicea; clavulis incrassatis albidis.

Clav. *Bull. Champ. p.* 205. *t.* 448. *f.* 1. *Sowerb. t.* 387. *f.* 4. *Dec. fr. 2. p.* 98. Himantia lateritia. *Pers. syn. p.* 704.

Decumbens, serpens, libera, subflexuosa, modo fusca, modo cinereo-fusceseens, ut plurimum lateritia. An & huc *Cl. filiformis* Schum. Sæll. p. 407. albido-umbrina, undique albo-sericea? *Ad folia decidua. Aut.* (v. ic.)

8. *T. ramentacea*, ramosa, decumbens, capillaris, alba, apicibus incrassatis.

Tota candida, glabriuscula. Stipes capillo fere tenuior, 2 unc. longus circiter, ramosus; rami vagi, pauci, erecti, laxi, 1½ unciales, cum clavula confluentes. Admodum delicata, ut conservari nequeat. *Supra fimum vaccinum loco silvatico semel. Sept.* (v. v.)

Clav. penicillata, exigua, elongata, gracilis, glabra, lutea, apice penicillatim dissecto. — *Vaill. par. t.* 8. *f.* 3. *Bull. Ch, p.* 207. *t.* 448. *f.* 3. *Dec. fr. 2. p.* 99 — genus inquirendum. (Altera species *C. penicillata.* Schum. l. c. atrofusca.)

Cl. thermalis, coriacea, siccatione durissima, ramis cylindricis acuminatis simplicibus l. irregulariter divisis. *Dec. syn. p.* 20. Non ad hunc ordinem pertinet!

Cl. felina. *Dec. fr.* 6. *p.* 30. aliæque species ad Isarias spectant.

XX. PISTILLARIA. Fries.

CHAR. Receptaculum tenue, cylindricum, absque stipite discreto. Hymenium concretum, totam fere superficiem occupans, læve; sed superne tantum sporigerum. Asci obliterati. Sporidia emergentia. — Carnosæ, simplicissimæ, clavatæ l. lineares; ob hymenium inferne sterile basi dilutiores subinde evadunt, quasi stipitatæ.

HIST. Clavaria in Epiphytos abiens. A Typhulis proximis differt ut Mitrula a Clavaria. Nomen a forma *pistillari*. Species exiguæ, tenues, epiphytæ, subserotinæ.

1. *P. micans*, obovata, micanta-rosea, stipite brevissimo albicante.

Clav. acrospermum. *Hoffm. Fl. Germ. Crypt. t. 7. f. 2.* Cl. micans. *Pers. Comm. p. 85. Syn. p. 604. A. S. p. 291. Dec. fr. 2. p. 96.*

Sparsa, subgregaria, minuta, vix lineam superans, propr e glabra, sed e sporidiis emergentibus pruinosa. Stipes non discretus, modo dilutior ob hymenium deficiens ut in ultimis Clavariis. *Ad stipites & folia, vere.* (v. v.)

2. *P. ovata*, obovata, candida, stipite brevissimo pellucido.

Pers. Comm. p. 85. Syn. p. 605. A. S. p. 292. Cl. pusilla. *Swartz in V. A. H. 1811. p. 161.*

Cognata priori, sed major 2-3 lin., intus cava Mitrulæ instar, subinde compressa & lobata (*Sowerb. t. . .*). Etiam hæc e sporidiis pruinata. *In stipulis, foliis deciduis.* Forsander. "*Jun.*" *Oct.-Dec.* (v. s.)

3. *P. quisquiliaris*, sursum incrassata, candida, cum stipite confluens. *Fries Obs. 2 p. 294.*

Clav. obtusa. *Sowerb. t. 334. f. 1.*

Gregaria, 3-4 lin. longa, apice incrassata passim complanata l. bifida, tota lævis & glabra. *Sowerb. l. c. f. 2.* alia species stipite hispidulo, quam in filicibus, hanc vero in ramulis nascentem pingit. *In stipitibus & frondibus Pteridis emortuis autumno.* (v. v.)

4. *P. Sclerotioides*, sursum incrassata. rufescens, basi tuberculo atro innata, *Dec. fr. 6. p. 29.* (Clav.)

Sub epidermide nascuntur tubercula compacta Sclerotioidea nigra, intus alba, superficie punctata & granulata, e centro protrudentia clavulam 2-3 lin. longam, carnosam, deorsum attenuatam, glabram, obtusam, recentem ut videtur albam. *In Gentianæ luteæ caulibus exsiccatis, in monte Jura. Aestate.*

5. *P muscicola*, subfiliformis, sursum leviter incrassata, alba, basi dilatata.

Clav. *Pers. Obs. Myc. 2. p 60. t. 3. f. 2. Syn. p. 606. Swartz l. c. p 161. Nees syst. f 154.* Cl. uliginosa. *Wallr. Ann. Bot. — sec. Kunze.*

Tuberculum radicale, quod Persoon pingit, non observamus, tantum basin dilatatam fibrillosam. Gregaria, 2-4 lin. longa, subcurvata, obtusa, glabra. *Inter folia viva Hypni triquetri* (Persoon), *Leskeæ polyanthæ in Suecia.* (Wrangel, Lib. Baro.) (v. s.)

6. *P. diaphana*, bulbosa, sursum attenuata, alba.

Clav. *Schum. Sæll. 2. p. 405.*

Sparsa, pusilla, 1½-2 lin. fere longa, basi bulbo ovato flavescenti-pellucido; sursum sensim attenuata, incurva, candida, diaphana. *Supra folia dejecta Fagi. Oct. Nov.* (v. ic. & s.)

7. *P. pusilla*, linearis, glabra, alba.

Clav. *Pers. Comm. p. 86. t. 3. f. 6. Syn. p. 605.*

Gregaria, minima, 1 lin. haud attingens, hinc nudo oculo vix observanda. Recens alba recta, exsiccata pallida, marcescens *A. S. p.* 292. Intus solida & absque stipite, hinc a P. ovato diversa. *Ad folia delapsa Betulæ &c., sero autumno, passim.* (v. v.)

REVISIO HUJUS ORDINIS:

I. Fungi *Pileati* & *Clavati* unicum modo proprie constituunt ordinem, nempe *Hymenomycetes hymeninos* l. genuinos, (centrum hujus classis, quare & reliquos ordines simul sumtos specierum numero antecellunt.) Abit vero hic ordo, ut & centrum reliquarum Classium, in duas series, Hymenomycetes verticales *(Clavatos)* & horizontales *(Pileatos.)* Hos esse perfectiores docet non receptaculum solum, sed & hymenium in Clavatis semper læve.

II. At prius ulterius progredior, genera Clavatorum exponenda. Quæ p. 456 & sq. de dispositione Pileatorum disserui, etiam de his valent. Quamvis enim in diversis ordinibus diversas sequi videamur rationes, tamen ex eodem principio derivantur, mutatis modo, quæ ab ipsius ordinis charactere pendent. Sic Clavatorum hymenium semper læve nullas offert differentias. Quæ inter Pileatos sectiones, genera modo inter Clavatos indicant aut potius unicum tantum genus in quavis sectione. Quattuor igitur Clavatorum genera primaria, nempe

CLAVATI proprii = *Clavaria.*
— in Uterinos abientes = *Spathularia.*
— in Mucedines abientes = *Typhula.*
— in Epiphytos abientes = *Pistillaria.*

Reliqua genera l. subgenera secundæ dignitatis, intermedia.

CLAVARIA abiens in Spathulariam = *Geoglossum.*
— abiens in Typhulam = *Phalacrea* (Crinula).
— abiens in Pistillariam = *Calocera.*

SPATHULARIA abiens in Typhulam = *Mitrula.*
— abiens in Pistillariam = *Heyderia.*

TYPHULA abiens in Pistillariam = *Pterula.*

Restat genus maxime memorabile: *Sparassis*, quod est Fungus Clavatus in pileatum abiens. Eo-

dem modo est MORCHELLA fungus mitratus in Clavatos abiens. Ulterior significatio unicujus generis ex idea classis, quam representat, elicienda.

III. Hæc, quæ a priori quodammodo didicimus, omnia in natura confirmant. *Pistillaria*, quæ Epiphytis correspondet, in organismis vivis l. sæpius emortuis nascitur. *Typhula* inter organisma putrescentia & *Spathularia* in putrefactis vigent. *Clavariæ* tandem potissimum Geogeniæ. RECEPTACULUM in *Pistillaria* vix ullum, in *Typhula* mucedineum, in *Spathularia* Uterinis (Morchellis) proximum & in *Clavaria* perfectissimum. Tandem & HYMENIUM *Pistillariæ* terminale tantum (sed contiguum), ascis destitutum, sporidiis suspectis; *Typhulæ* terminale, discretum, ascis obliteratis (subinde forsan in floccis solutis v. gr. *T. villosa*) sporidiis parcis; *Spathulariæ* terminale, discretum, ascis & sporidiis omnino Peziæ; *Clavariæ* totam fere superficiem occupans, ascis & sporidiis distinctis e. s. p. Genera secundaria etiam in his intermedia.

IV. Fungi Mitrati, a recentioribus huc relati, certe ad Hymenomycetes Uterinos pertinent. Affinitatem inter Pezizas & Helvellas omnes perspexere; veteres sub eodem genere (Fungoides *Michel.* Elvella *Gleditsch.*) jungunt. Vidimus quoque in natura Pezizas stipitatas perfectissimas *(geogenias)* v. gr. *P. macropodem, craterellam, bulbosam, acetabulum* &c. contigua serie in Helvellas v. gr. *H. fistulosam, albidam* & Leotias abiere. Eodem modo Peziæ sessiles perfectiores (geogeniæ, *P. leporina, alutacea &c.)* mediante *Discina* (genere novo & maxime peculiari) in Rhizinam transeunt *). Tendunt enim Hymenomycetes uterini (Cupulati) etiam ad hymenium dilatandum (infimæ v. gr. Soleniæ constanter urceolatæ), hinc primo planæ, dein convexæ eva-

*) Etiam apud inferiores Pezizas occurrunt convexæ, quale inter stipitatas genus *Helotium* P. & inter sessiles *P. convexula &c.* — Inter Pileatos inferiores forma cupulata etiam obvia e. s. p.

dunt. Est igitur Mitra tantum cupula reversa, quæ in perfectissimis ad superficiem fructificantem multiplicandam tendens gyrosa & rugosa evadit. Ut fungus clavatus ad summam perfectionem tendens perit (p. 462.) & pileatus evadit, sic & cupulatus in formam mitratam transmutatur. Analogia quidem, sed nulla affinitas, inter formas pileatas Hymenomycetum Uterinorum (Mitratos) & Hymeninorum (Pileatos veros) Exiguus illorum & ingens horum numerus ex eo pendent, quod forma pileata inter illos peregrina, sed inter hos naturalissima, e. s. p. Qua ratione Fungos Clavatos Mitratis, quamquam hi per se perfectiores, anteposui, in Conspectu Systematis demonstravimus.

V. Sed ad originem Clavatorum revertamur. Formam *globosam* esse simplicissimam & elementarem novimus. Hæc in duas directiones horizontaliter *(dilatando)* & verticaliter *(elongando)* ad ulteriorem evolutionem primo tendit. Vidimus hoc in infimis hujus Classis, Sclerotiis nempe, quæ proprie globosa, sed perfectioria collabunt *(Scler. scutellatum &c.)* l. elongantur *(Xyloglossum P.)* & infimum typum Fungi Uterini & Clavati in hac classe constituunt. — At in his asci & sporidia cum receptaculo confusa; per chemicam decompositionem secedunt sporidia in Tremellinis & primum ad tertiam dignitatem evecti flocci in ascis abeunt.

VI. Hoc modo oriuntur Fungi clavati genuini. Fungus (qui totus est fructus) in his adhuc modo *caulis*, primo brevis & simplex, dein magis magisque elongatus l. in ramos ramulosque abiens. Ulterius hæc forma progredi nequit: neque caulis in plantis perfectioribus, secundum theoriam Linnæanam de origine floris; ut vero, secundum Eundem (Cf. *Linn. Delic. Nat.*) e foliis verticillatis & caule apice rumpente flos emergit, sic & inter Clavatos e ramulis verticillatis & clavula apice rumpente formatur pileus, forma omni respectu perfectissima in regno Mycetoideo.

VII. Hunc modum, quo fungi Clavati in Pileatis transmutantur, in limine hujus ordinis exposui. Simplices ad hymenium amplificandum tendentes apice dehiscunt & umbilicatæ evadunt. Infimi igitur sunt e Pileatis, qui umbilicati. Hos in juniori statu clavatos esse optime evincit descriptio *Hydni cinerei, cyathiformis, Boleti biennis &c.* apud Bulliardum; ipse in omnibus comprobatum vidi — Sed & alia fuit ratio. Hymenium, quod Clavatis superum, hoc modo in Pileatis inferum non frustra evadit. Est enim Clavatis hymenium læve & aquæ atmosphoricæ aliarumque externarum injuriarum non impatiens; sed apud Pileatos (ob substantiam delicatiorem & perfectiorem), pluviis &c. infestatum, asci & sporidia, immo pori & lamellæ aqua refertæ, destruuntur. Necesse igitur fuit, ut plutæo quodam superne tegerentur. Hinc, mediante *luce*, formatur Pileus — Ulterius hoc confirmatur e nutatione pilei s. fungorum pileatorum nisu paginam sterilem versus lucem (horizontaliter) disponere. Si enim fungum, facillime epixylum, cum matrici in situ præternaturali, resupinato puta, collocaveris, hunc, petiolo curvando, formam horizontalem resumere invenies; eodem modo ac folia perfectiorum plantarum resupinata &c. Hinc explicatur non solum stipitis e situ horizontali l. verticali forma, sed & quare fungi pileati, locis horizontalibus resupinatis, resupinati evadunt.

VIII. Data hac occasione de fungorum Pileatorum in cryptis nascentium, monstrositatibus paucissima addere, a re haud alienum puto. Plurima attuli exempla pileum in fodinis, arboribus cavis &c. obliteratum totumque fungum Clavæformem evadere Cf. *Polyporum imbricatum* b. (Genus Cladoporus *Pers.*), *P. odoratum b. c.*, *P. squamosum*, *Agaricum lepideum*, *lignatilem*, *serotinum*, *conigenum &c.* Ad lucem, more plantarum perfectiorum, tendentes valde elongantur & pileus, *luce* privatus, formari nequit. Fungi vulgo sessiles in cryptis stipitatæ evadunt. Cf. *Polyp. versicolorem &c.* Hymeni-

um tum totam superficiem occupare facile patet; inde oritur *Hydn. corolloides b. etc.*; præcipue singularis *B. fodinalis* Humboldt. — De his plura alibi afferam experimenta. — Cf. *de Patria Clavatorum p.* 463; *simile quoque in aquosis. Cf. p.* 479. *Clav. vivipara*).

IX. Reliqui Clavati, in quibus hymenium præ reliquis organis non eminet, ad suas Classes referendi. Sic ob sporidia perfectissima *Podisoma* ad Coniomycetes hymeninos, ob floccos exosporios *Isaria* ad Hyphomycetes, ob uterum *Onygena* &c. ad Gasteromycos pertinent.

Quæ exponenda restant, ad finem hujus classis I. Systematis explicare conabimur. Quamdiu enim ratio quædam latet, quamdiu phænomenon quoddam non explanatum restat, tamdiu Systema nondum absolutum putamus.

OMISSA.

p. 28. 5. *A. constrictus.* Perfectiora specimina reperta (ad Sandby). Stipes etiam æqualis, squamulosus. Pileus compactus, junior margine involutus. Lamellæ etiam emarginatæ.

p. 105. 12. *A. miniatus.* Variat lamellis decurrentibus. *A. coccinellus* Ehrenb. silv. p. 31. sec. iconem Auctoris.

P. 188. 7-8. Ag. *copulatus*, subimbricatus, pileo subcoriaceo hirsutulo fusco-pallido, basibus angustis tomento tenui copulatis, lamellis confertis intensius coloratis. *Ehrenb. Fung. Chamiss. n. X. t.* 18. *f.* 5.

"E fibris brevibus dilute fuscis, tomentum late effusum tenue efficientibus, emergunt globuli, qui in pileos abeunt. Pileus tenuis subcoriaceus, qualis A. stiptico P. hoc minor, basi angustus, sectorem circuli deformem refert. Lam. tenuissimæ, rarius connexæ decurrentes. Medius inter A. *stipticum* & *mollem*, forte Crepidotus. *In truncis Brasiliæ* (v. ic.).

p. 263. *A. arvalis.* Videtur *A. semiorbiculatus* Bull. t. 422. f. 1.

p. 279. 5-6. Ag. *Scambus*, pileo subcarnoso sericeo albido, lamellis argillaceis, stipite squamuloso albido, basi villoso. *Fries Obs. 2. p.* 45!

p. 304. 14-15. *A. conocephalus* A. S. & noster a Bulliardi diversus pileo lævi albo, lamellis adnexis, fuscis. Dicendus *A. conopilus.* — Sequentes (16-18) videntur potius Coprini, præcipue *A. disseminatus* (A. micaceo proximus), cui etiam velum universale.

p. 320. 8. *C. lutescens* Adde: *Merulius villosus* Dittm. apud Sturm. t. 30. *optime!*

p. 330. SCHIZOPH. *commune.* Adde: Scaphophorum Agaricoides. *Ehrenb. l. c. p.* 18. (ex insula Radack maris pacifici), qui peculiarem de hoc fungo attulit conjecturam, Hysteriis nempe esse proximum ideoque nec pileum nique lamel-

las esse genuinas. Receptaculum autem illud tomentosum omnino, quale in pileatis dimidiatis multis Meruliis, Hydnis &c. & resupinatis plurimis. Lamellas esse genuinas descriptio facile evincit; nullibi asci in ipsis valvulis perithecii immersi &c. &c. &c. Etiam vero si spuriæ essent, nomen ab harum habitu optimum foret &c. Sic & res & nomen salva manent.

p. 332. 1-2. DÆDALEA *spadicea*, pileo suberoso planiusculo tomentoso spadiceo, sinulis labyrinthiformibus dentato-lacer is, stipite brevissimo.

Hydn. spadic. *Pers. ic. & descr. p.* 34. *t.* 9. *f.* 1—3. *Syn. p.* 557. *A. S. p.* 267. *Wahlenb. Ups. p.* 461. Sistotr. *Swartz in V. A. H.* 1810. *p.* 238.

Stipes vix uncialis, crassus, difformis, subtuberosus, scabrosus. Pileus spithamæus, pedalis & ultra, repandus, simplex l. imbricatus, superficie demum scabrosa. Sinuli primo gyrosi lutescentes, dein laceri concolores. Color coffeoideus. substantiæ & sporidiorum subferrugineus. An satis differunt *D. maxima* & *biennis? Ad terram in pinetis, aut. sed perennans.* (v. ic.)

p. 350. 11. *P. xanthopus.* Huc & B. *Katui* Ehrenb. l. c p. 17. f. 12. (margine repando.) — *Ex insula Radack maris pacifici.*

p. 366. 4-5. POL. *suberosus.* Apus, utrinque convexus, pileo aspero margineque obtuso pallide lutescente, poris albidis.

Boletus. *Wahlenb. Ups. p.* 457.

"Forma pulvinata tam crassa, ut diametros perpendicularis radio horizontali neutiquam duplo minor sit Margo etiam crassus, obtusissimus." Affinis Dæd. gibbosæ, sub qua ob poros angulatos & flexuosos synonymon Linnæi relinquo. *Ad truncos arborum frondosarum.*

p. 370. 12. b. *P. sector*, apus, pileis membranaceis cuneatis zonatis striatis pallide fuscis, poris minutis fusco-brunn is

Boletus. *Ehrenb. Fung. Cham. p.* 10. *t.* 18. *f.* 6.

Pilei fere trianguli, basi valde angustati, setorem circuli adæquantes, vix ½ lin. crassi, e tomento adpresso striati & margine fibroso. Pori breves, dissepimentis prominulis. *In corticibus emortuis Brasiliæ.* (v. ic.)

p. 584 insere: VI. B. POROTHELEUM.

Fries Obs. Mye. 2. p. 272.

CHAR. Resupinatum, effusum, immarginatum, ambitu byssino subfimbriato. Pori in papillis distinctis superficialibus Asci nulli. *(Solenia)*

1. *P. P. fimbriatum*, candidum, ambitu laciniis teretibus fimbriatum, poris centro confluentibus. *Fries l. c.*

Bolet. byssinus. *Schrad. spic. p. 172. t. 3. f. 1. Pers. syn. p. 548.* Bol. fimbriatus. *Pers. syn. p. 546.*

Fungus elegantissimus, late effusus, membranaceus, centro glabriusculus. Pori centrales conferti, marginales magis distantes, omnino superficiales. *Ad cortices Quercus Fagi, &c. Aut.* (v. v.)

2. *P. P. subtile*, niveum, subfimbriatum, poris distantibus demum obliquis.

B. subtilis. *Schrad. spic. p. 173. t. 3. f. 2. Pers. syn. p. 543. A. S. p. 259.*

In statu juniori subrotundum, ambitu laciniis planis fimbriatum, poris brevibus obtusis (*Poroth. lacerum* Fr. Obs. l. c.); dein late effusum, membranaceum, læve, subnitidum, ambitu obliterato, poris elongatis horizontalibus. *Ad cortices Juniperi &c. Aut.* (v. v.)

p. 369. FISTUL. Adde *Buglossus* Wahl. Ups. p. 459!

Sequentes icones e Svensk Botan. addendæ:

p. 16. Ag. muscarius. *Sv. Bot. t. 108.*
— 22. A. ermineus. *Sv. Bot. t. 596. f. 1.*
— 244, 246. A. Junonius & erebius. *Ibid. t. 584.*
— 280. A. cretaceus. *Sv. Bot. t. 596. f. 2.*
— 366. Pol suaveolens. *Sv. Bot. t. 221.*
— 372. P. pinicola. *Sv. Bot. t. 480.*
— 374. P. fomentarius. *Sv. Bot. t. 167.*
— 375. P. igniarius. *Sv. Bot. t. 125.*
— 401. Hydn. infundibulum. *Sv. Bot. t. 493*

Index Generum et Specierum.

AGARICUS. *Linn.* p. 8.
acerbus *Bull.* - 49
acerosus *Fries* - 191
acervatus *Fr.* - 122
acris *Bolt.* - 65
acutus *Pers.* - 253
adhærens *A. S* - 96
adiposus Batsch. *Fr.* - 242
Adonis *Bull.* - 152
adstringens *Pers.* - 195
adustus *Pers.* - 60
æruginosus *Curt.* - 286
æstuans *Fries* - 47
affricatus *Fr.* - 162
Albertini *Fr.* - 179
albobrunneus *Pers.* - 37
alboviolaceus *P.* - 218
albus *Schæff.* - 53
alcalinus *Fries* - 142
aleuriatus *Fr.* - 238
algidus *Fr.* - 190
alliaceus *Jacq.* - 140
alnicola *Fr.* - 250
alutaceus P. *Fr.* - 55
amadelphus *Bull.* - 135
amarus *Fries* - 87
ambustus *Fr.* - 158
amiotus *Fr.* - 141
amplus *Pers.* - 95
androsaceus *Linn.* - 137
angustus *Pers.* - 195
anomalus *Fries* - 220
apalus *Fr.* - 268
applicatus *Batsch.* - 192
aquilus *Fr.* - 208
aquosus *Bull.* - 125
arcuatus *Bull.* - 103
ardosiacus *Bull.* - 198
argematus *Fries* - 75
argentatus *P.* - 218
armeniacus *Schæff.* - 234
armillatus *Fries* - 214
aromaticus *Sow.* - 55
arvalis *Fries* - 263
asemus *Fr.* - 121
asper *P.* p. 18
aspideus *Fries* - 63
asprellus *Fr.* - 208
astragalinus *Fr.* - 25
astroideus *Fr.* - 312
atomatus *Fr.* - 298
atramentarius *Bull.* - 308
atratus *Fr.* - 168
atroalbus *Bolt.* - 141
atro-cæruleus *Fr.* - 190
atrocyaneus *Batsch.* - 147
atropunctus *Pers.* - 195
atrotomentosus *Batsch.* - 272
atrovirens *P.* - 43
Aueri *Sadl.* - 134
aurantiacus *Fr.* - 68
aurantius *Schæff.* - 39
aurantiomargin. *Fr.* - 115
aureus Matt. *Bull.* - 241
auricula *Dec.* - 85
aurivellus *Batsch.* - 242
barbatus *Batsch.* - 237
Battarræ *Fries* - 175
bellus *P.* - 107
Bertieri *Fr.* - 176
bivelus *Fr.* - 215
blattarius *Fr.* - 246
blennius *Fr.* - 67
bolaris *P.* - 228
Boltonii *P.* - 303
bombycinus *Schæff.* - 277
brumalis *Fr.* - 172
brunneus *P.* - 211
bufonius *P.* - 88
bulbiger *A. S.* - 27
bulbosus *Sow.* - 214
bullaceus *Bull.* - 297
Bulliardi *P.* - 221
butyraceus *Bull.* - 121
byssisedus *P.* - 276
cæsareus *Schæff* - 15
calamistratus *Fr.* - 256
callisteus *Fr.* - 228
callosus *Fr.* - 292
calochrous *P.* - 228

calophyllus P. p. 210
calopus P. - 130
camarophyllus A. S. - 99
campanella Batsch. - 167
campanulat Bull. - 296
campestris Linn. - 281
camphoratus Fr. - 218
canaliculatus Schum. - 40
candicans P. - 91
Candellianus Fr. - 296
canobrunneus Batsch. - 299
caperatus P. - 241
capillaris Schum. - 160
capneides Fr. - 289
carbonarius Fr. - 252
Cardarella Fr. - 84
carneus Bull. - 130
castaneus Bull. - 236
cartilagineus Bull. - 46
centrifugus Fr. - 222
centunculus Fr. - 262
ceraceus Wulf. - 102
cerinus P. - 82
cernuus Vahl. - 298
cerussatus Fr. - 92
cetratus Fr. - 207
chalybæus P. - 203
Chama Bosc. - 181
chloranthus Fr. - 152
chlorophanus Fr. 103
chrysenterus Bull. - 126
chrysodon Batsch. - 32
chrysoleucus P. - 167
chrysophyllus Fr. - 167
Cilicioides Fr. - 65
cimmerius Fr. - 150
cincinnatus Fr. - 256
cinereus Bull. - 310
cinnamomeus Linn. - 229
citrinellus P. - 155
clandestinus Fr. - 206
clavicularis Fr. - 158
clavipes P. - 86
Clavus L. Bull. - 134
clypeolarius Bull. - 21
coccineus Wulf. - 108
cochleatus P. - 177
coffeatus Fr. - 85
cohærens P. p. 253
collinitus Sow. - 248
collinus Scop. - 124
Columbetta Fr. - 44
comatus Müll. - 307
comitialis P. - 86
compactus Schum. - 290
compressus With. - 115
conchatus Bull. - 181
confluens P. - 123
conicus Scop. - 105
conigenus P. - 132
connatus Schum. - 97
conocephalus Bull. - 304
conopilus Fr. - 504
conopus P. - 219
consobrinus Fr. - 60
conspersus P. - 260
constrictus Fr. - 28
contortus Bull. - 122
controversus P. - 62
Coprinus Fr. - 279
coprophilus Bull. - 297
copulatus Ehrenb. - 504
coronillus Bull. - 282
corrugis P. - 298
corticatus Fr. - 179
corticola Bull. P. - 159
coruscans Fr. - 227
crampylus Otto - 65
craspedius Fr. - 187
crenulatus Schum. - 112
cretaceus Bull. - 280
— Pers - 196
crinitus Linn. - 175
cristatus Batsch. - 22
croceatus Schrad. - 148
croceocæruleus P. - 238
croceofulvus Dec. - 214
cruentus Fr. - 149
cucullatus P. - 158
Cucumis P. - 231
cuneifolius Fr. - 116
cupularis Bull. - 269
curtipes Fr. - 88
cyathiformis Bull. - 173
dasypus P. - 50
dealbatus Sow. - 98

decastes *Fr.* p. 49
decipiens *P.* - 236
decolorans *Fr.* - 56
decoloratus *Fr.* - 224
decorus *Fr.* - 108
deliquescens *Bull.* - 309
delicatus *Fr.* - 23
deliciosus *Linn.* - 67
demissus *Fr.* - 157
denigratus *P.* - 50
denticulatus *Schum.* - 112
depallens *Pers.* - 58
depexus *Fr.* - 230
depluens *Batsch.* - 275
detrusus *Fr.* - 232
devexus *Fr.* - 158
Djamor *Fr.* - 188
diatretus *Fr.* - 83
dichrous *P.* - 202
dictiorhizus *Dec.* - 192
difformis *P.* - 170
discoideus *P.* - 83
disseminatus *P.* - 305
ditopus *Fr.* - 171
domesticus *Bolt.* - 311
dorsalis *Bosc.* - 184
dryinus *P.* - 180
dryophilus *Bull.* - 124
Dunalii *Dec.* - 176
eburneus *Bull.* - 33
echinatus *Roth.* - 286
ectypus *Fr.* - 108
elatus *Batsch.* - 248
elegans *P.* - 149
elodes *Fr* - 193
emeticus *Schæff.* - 56
ephebeus *Fr.* - 238
ephemeroides *Bull.* - 313
ephemerus *Bull.* - 315
epibryus *Fr.* - 278
epichysium *P.* - 169
epiphyllus *P.* - 139
epipterygius *Scop.* - 155
erebius *Fr.* - 246
ericeus *P.* - 291
ericetorum *P. A. S.* - 165
erminens *Fr.* - 22
erosus *Fr.* - 145
erubescens *Fr.* p. 32
Eryngii *Dec.* - 84
erythropus P. - 122
escharioides *Fr.* - 260
esculentus *Wulf.* - 131
Essequeboensis *Mey.* - 175
euchrous P. - 203
evernius *Fr.* - 202
excelsus *Fr.* - 17
excoriatus *Schæff.* - 21
exilis *Fr.* - 206
expallens P. - 179
exscissus *Fr.* - 114
farinaceus - 189
fastibilis P. - 249
fascicularis *Huds.* - 288
fascinans *Fr.* - 64
felleus *Fr.* - 57
fertilis P. - 197
fibrillosus P. - 297
fibula *Bull.* - 163
fil pes *Bull.* - 142
fimbriatus *Bolt.* - 44
fimicola (*P.?*) - 301
fimiputris *Bull.* - 300
flabellaris *Fr.* - 231
flabelliformis *Bolt.* - 185
flaccidus *Sow.* - 81
flammans *Batsch.* - 244
flammeolus *Poll.* - 71
flavidus *Schæff.* - 250
flavovirens P. - 45
flexipes P. - 212
flexuosus *P. Fr.* - 74
Flos *Mey.* - 177
fluxilis *Fr.* - 189
fœnisecii - 225
fœtens P. - 54
fœtidus *Sow.* sub Mer. - 158
formosus *Fr.* - 206
fragilis P. - 57
— *Batsch.* - 269
fragans *Sow.* - 171
frumentaceus *Bull.* - 46
fucatus *Fr.* - 40
fuliginosus *Fr.* - 73
fulgens P. - 216
fulvus *Dec.* - 37

fumosus P. p. 88
furcatus *Lam.* - 59
furfuraceus P. - 262
fuscopurpureus P. - 128
fusipes *Bull.* - 120
galericulatus *Scop.* - 143
galopus P. - 148
gambosus *Fr.* - 50
gausapatus *Fr.* - 43
gentilis *Fr.* - 212
geophyllus *Bull.* - 258
gibbus P. - 81
giganteus *Sow.* - 80
gilvus P. - 80
glandulosus *Bull.* - 182
glaucopus *Schæff.* - 224
glojocephalus *Dec.* - 278
glutinosus *Schæff.* - 315
glyciosmus *Fr.* - 92
gossypinus *Bull.* - 310
gracilis *Pers.* - 299
graminicola *Nees* - 261
grammopodius *Bull.* - 93
granulosus *Batsch.* - 24
graveolens P. - 45
griseo-cyaneus *Fr.* - 202
griseo-fuscus *Dec.* - 29
Gunneri *Fr.* - 285
guttatus P. - 27
hæmatopus P. - 149
hæmatospermus *Bull.* - 282
hariolorum *Bull.* - 125
haustellaris *Pr.* - 274
hebepodius *Fr.* - 97
helvus *Fr.* - 72
hemitrichus P. - 280
hiascens *Fr.* - 303
hilaris *Fr.* - 254
hirneolus Fr. - 206
hirtipes *Schum.* - 269
hispidulus Fr. - 201
hordus Fr. - 285
Hornemanni Fr. - 47
hortensis P. - 195
hybridus *Bull.* - 239
hydrogrammus *Bull.* - 197
(- 169
hydrophorus *Bull.* - 304
Hypnorum *Schrank* p. 267
hypothejus Fr. - 35
hysginus Fr. - 67
Icterinus Fr. - 207
jecorinus *Fr.* - 66
ilicinus *Dec.* - 257
iliopodius *Bull.* - 231
(p. 258, 229 &c.
illinitus Fr. - 23
imbricatus Fr. - 42
impatiens Fr. - 244
inamœnus Fr. - 111
incanus Fr. - 209
incomtus Fr. - 171
inconstans P. - 181
ingratus *Schum.* - 123
infractus P. - 223
inopus Fr. - 251
inornatus *Sow.* - 93
inquilinus Fr. - 264
insulsus Fr. - 68
integrellus P. - 161
involutus *Batsch.* - 270
Jonides *Bull.* - 107
irrigatus P. - 101
jubatus Fr. - 196
jugis Fr. - 177
junceus Fr. - 208
juncicola Fr. - 160
Junonius Fr. - 244
Laccatus *Scop.* - 106
lacerus Fr. - 257
lacteus P. - 152
lætus P. - 102
lacrymabundus *Bull.* - 287
lagopus Fr. - 312
lamellirugus *Dec.* - 184
lamprepus Fr. - 203
lanuginosus *Bull.* - 257
lascivus Fr. - 110
lateritius Fr. - 265
— *Pers.* - 288
latus P. - 215
lejocephalus *Dec.* - 277
lentus P. - 253
leoninus *Schæff.* - 199
lepideus Fr. - 176
Lepista Fr. - 265

leucopus *Bull.* p. 236
ligatus *Fr.* - 32
lignatilis P. - 94
limonius *Fr.* - 213
lineatus *Bull.* - 152
Linkii *Fr.* - 204
longicaudus P. - 248
lubricus P. - 252
lucidus P. - 235
lucifugus *Fr.* - 258
lugubris *Fr.* - 254
luscinus *Fr.* - 87
luteoalbus *Bolt.* - 152
luteovirens P. - 41
luteus *Huds.* - 55
luridus P. - 65
- Schæff. (A. Schæfferi) - 40
macilentus *Fr.* - 131
maeropus P. - 215
maculatus *A S.* - 45
maculosus P. - 253
majalis *Fr* - 205
malachius *Fr.* - 218
marginellus P. - 113
marzuolus *Fr.* - 84
mastoideus *Fr.* - 20
mastrucatus *Fr.* - 190
maurus *Fr.* - 168
medius *Schum.* - 278
melaleucus P. - 114
melanospermus *Bull.* - 283
melinoides *Bull.* - 206
melizeus *Fr.* - 13
melleus *Vahl.* - 30
merdarius *Fr.* - 291
mesomorphus *Bull.* - 23
metachrous *Fr.* - 144
metatus *Fr.* - 172
micaceus *Bull.* - 309
millus *Sow.* - 92
miniatus *Fr.* - 105
mitis P. - 188
mitissimus *Fr.* - 69
mollis *Schæff.* p. 274 - 184
molybdinus *Bull.* - 49
montanus P. - 293
mucidus *Schrad.* - 28
mucor *Batsch.* - 156
multicolor P. p. 48
muralis *Sow.* - 105
muroidus *Fr.* - 299
muricatus *Fr.* - 244
murinaceus *Bull.* - 110
murinus *Batsch.* - 115
muscorius *L.* - 16
muscigenus *Schum.* - 145
muscorum *Hoffm.* - 167
mutabilis *Schæff.* - 244
mutilus *Fr.* - 191
myxenoides *Fr.* - 246
myomyces P. - 44
myosotis *Fr.* - 290
myosurus *Fr.* - 132
Nanus P. - 200
narcoticus *Batsch.* - 311
nebularis *Batsch.* - 86
necator *Bull.* p. 64, - 63
nefrens *Fr.* - 209
nemoreus P. - 99
nidorosus *Fr.* - 38
nidulans P. - 189
nitens (glauco-) *Batsch.* - 116
— (luteo-) *Vahl.* - 284
nitidus P. - 55
niveus P. - 311
nucisedus *Fr.* - 295
nudus *Bull.* - 52
nutans *Fr.* - 302
obliquus P. - 169
obolus *Fr.* - 89
obrusseus *Fr.* - 104
obturatus *Fr.* - 283
obtusatus *Pers.* - 293
obtusus *Fr.* - 233
ocellatus *Fr.* - 134
ochraceo-fuscus *Mey.* - 168
ochroleucus *Schæff.* - 234
odorus *Bull.* - 90
œdematopus *Schæff.* - 96
olearius *Dec.* - 275
oliveaceo-albus *fr.* - 35
olorinus *Fr.* - 92
oniscus *Fr.* - 172
opicus *Fr.* - 43
orcellus *Bull.* - 180
oreades *Bolt.* - 117

ereinus Fr. p. 52
ostreatus *Jacq.* - 182
ovinus *Bull.* p. 109, - 116
ovoideus *Bull.* - 15
pallidus P. - 67
palmatus *Bull.* - 186
pannosus *Fr.* - 261
pannucius Fr. - 64
pantherinus *Dec.* - 16
panuoides Fr. - 273
papilionaceus *Bull.* - 301
papillatus *Batsch.* - 312
papyraceus P. - 305
parasiticus *Bull.* - 185
pargamenus *Sw.* - 76
parilis Fr. - 168
pascuus P. - 295
pediades Fr. - 290
pelianthinus Fr. - 112
pellitus P. - 198
pellucidus *Bull.* - 156
pennatus Fr. - 297
perforans *Hoffm.* - 138
peronatus *Bolt.* - 120
perpusillus *Lumn.* - 192
persicinus Fr. - 52
personatus Fr. - 50
Persoenii Fr. - 27
pessundatus Fr. - 133
petiginosus Fr. - 259
Pez zoides *Nees.* - 276
phajocephalus *Bull.* - 46
phajopodius *Bull.* - 122
Phalloides Fr. - 13
phlebophorus *Ditttm.* - 200
pholideus Fr. - 219
phyllophilus *Pers.* - 83
picaceus *Bull.* - 308
picreus P. - 239
pictus Fr. - 166
pilipes *Sowerb.* - 154
piniarius *Bosc.* - 85
pinsitus Fr. - 184
piperatus *Schæff.* - 76
pityreus Fr. - 268
placidus Fr. - 202
planeus Fr. - 127
platyphyllus P. - 117
platypus *Nees* p. 154
pleopodius *Bull.* [illegible]
plexipes Fr. [illegible]
plicatilis *Sow.* - 312
plumosus *Bolt.* - 256
plumbeus *Bull.* - 73
Pluteus *Batsch.* - 199
pluvius Fr. - 236
politus P. - 209
polygrammus *Bull.* - 146
polyphyllus *Dec.* - 43
popinalis Fr. - 194
porphyrius *A. S.* - 14
porreus Fr. - 128
porrigeus P. - 184
portentosus Fr. - 39
præcox P. - 282
prasiosmus Fr. - 148
pratensis P. - 99
proboscideus Fr. - 274
procerus *Scop.* - 80
prolixus Fr. - 120
Prunuloides Fr. - 198
Prunulus *Scop* - 191
psittacinus *Schæff.* - 102
pterigenus Fr. - 100
pudorinus Fr. - 33
pulmonarius Fr. - 187
pulvinatus P. - 180
pumilus P. - 263
puniceus Fr. - 104
purpurascens *A. S.* - 34
purpureus *Bull.* - 228
purus P. - 151
pusillus (Derm.) Fr. - 264
pusillus (Volv.) P. - 279
pustulatus P. - 34
putillus Fr. - 129
pygmeus *Bull.* - 263
pyriformis P. - 158
pyriodorus P. - 255
pyrogalus *Bull.* - 74
pyxidatus *Bull.* - 135
quietus *Fries* - 69
racemosus P. - 134
radiatus *Bolt.* - 313
radicatus *Relh.* - 113
radicosus *Bull.* - 242

·lis *Bull.* p. 135
·menta eus *Bull.* - 25
ramosus *Bull.* - 95
rancidus *Fries* - 147
ravidus *Fr.* - 265
reductus *Fr.* - 131
relicinus *Fr.* - 250
remiformis *Mey.* - 191
repandus *Bull.* - 255
replexus *Fr.* - 158
resimus *Fr.* - 75
reticulatus *P.* - 238
rhagadiosus *Fr.* - 30
Rhaphanoides *P.* - 230
rhodopolius *Fr.* - 197
rimosus *Bull.* - 258
rivulosus *P.* - 87
robustus *A. S.* - 26
roridus *Fr.* - 156
rosellus *Fr.* - 151
roseo-albus *Horn.* - 199
Rotula *Scop.* - 136
rubescens P. (*sub Am.*) - 18
ruber *Lam.* - 58
rubro-marginat. *Fr.* - 150
rufo-olivaceus *P.* - 223
Russula *Schæff.* - 58
rutilans *Schæf.* - 41
rutilus *Schæff.* - 315
sagatus *Fr.* - 282
saginus *Fr.* - 226
Sajor Caju *Fr.* - 175
salicinus *P.* - 202
salignus *P.* - 183
sambucinus *Fr.* - 257
sanguineus *Wulf.* - 229
sanguinolentus *A. S.* - 145
sanniosus *Fr.* - 232
sapineus *Fr.* - 239
saturninus *Fr* - 219
scabellus *A. S.* - 259
scaber (*Müll.*) *Sow.* - 255
scaurus *Fr.* - 223
Schumacheri *Fr.* - 87
sciophanus *Fr.* - 102
scorodonius *Fr.* - 130
scrobiculatus *Scop.* - 62
scutulatus *Fr.* - 211
scyphoides *Fr.* p. 165
segestrinus *Fr.* - 262
sejunctus *Sow* - 47
semiglobatus *Batsch.* - 384
semiglobosus *A. S.* - 237
semiovatus *Sow.* - 300
semitalis *Fr.* - 117
sericellus *Fr.* - 196
serifluus, *Dec.* - 75
serotinus *P.* - 187
serrulatus *P.* - 204
setipes *Fr* - 159
sinopicus *Fr.* - 83
sinuatus *Bull.* - 197
siparius *Fr.* - 261
sistratus *Fr.* - 24
socialis *Dec.* - 252
solitarius *Bull.* - 17
sordidus *Schum.* - 52
sparteus *Fr.* - 266
speciosus *Fr.* - 278
speireus *Fr.* - 159
Sphlachnoides *Horn.* - 137
spilomeus *Fr.* - 220
splendens *P.* - 84
spodoleucus *Fr.* - 182
spumosus *Fr.* - 252
squamosus *P.* - 284
squamulosus *P.* - 82
squarrosus *Müll.* - 243
stagninus *Fr.* - 268
stellatus Fr. - 163
stercorarius *Schum.* - 291
sterquilinus *Fr.* - 308
stipatus *P.* - 296
stipitarius *Fr.* - 137
stipticus *Bull.* - 188
stipularis *Fr.* - 160
striatulus *P.* - 193
striatus *Bull.* - 302
strigiceps *Fr.* - 270
strobilinus *P.* - 150
stylobates *P.* - 153
subalutaceus *Batsch.* - 90
subcavus *Schum.* - 28
subdulcis *Bull.* - 70
subferrugineus *Batsch.* - 237
sublanatus *Sow,* - 214

subliquescens *Bull.* p. 304
subreflexus *Otto* - 271
subtilis *Fr.* - 302
subtortus *P.* - 222
suffrutescens *Brot.* - 177
sulphureus *Bull.* - 110
supinus *Fr.* - 142
svaveolens *Schum.* - 91
tegularis *Schum.* - 294
temulentus *Fr.* - 268
tenacellus *P.* - 131
tenax *Fr.* - 290
tener *Schæff.* - 265
tephroleucus *P.* - 54
terginus *Fr.* - 128
tergiversans *Fr.* - 303
tessulatus *Bull.* - 186
thejogalus *Bull.* - 71
thelephorus *P.* - 252
tigrinus *Bull.* - 176
tithymalinus *Scop.* - 71
togularis *Bull.* - 241
terminosus *Schæff.* - 69
tornatus *Fr.* - 91
torpens *Fr.* - 299
torquatus *Fr.* - 153
tortuosus *Fr.* - 235
torulosus *P.* - 181
trachelinus *Fr.* - 154
traganus *Fr.* - 217
translucens *Dec.* - 274
tremulus *Schæff.* - 191
trichæus *P.* - 108
triekoloma *A. S.* - 270
tricolor *A. S.* - 166
trivialis *Fr.* - 65
trullæformis *Fr.* - 184
tuberculosus *Schæff.* - 244
tuberosus *Bull.* - 133
Tuber regium *Fr.* - 174
tumidus *P.* - 48
turbidus *Fr.* - 205
turbinatus *Bull.* - 225
turundus *Fr.* - 106
tylicolor *Fr.* - 132
udus *P.* - 292
ulmarius *Bull.* - 186
umbratilis *Fr.* - 157
umbrosus *P.* p. 280
unguinosus *Fr.* - 101
uranius *Fr.* - 144
urbicus *Fr.* - 292
urbus *Fr.* - 48
urens *Bull.* - 232
ursinus *Fr.* - 185
ustalis *Fr.* - 34
uvidus *Fr.* - 66
Vaccinus *Schæff.* - 42
vagans *Fr.* - 29
vaginatus *Bull.* - 14
Vahlii *Schum.* - 240
Vaillanti *Fr.* - 136
variabilis *P.* 275
variecolor *P.* - 222
variegatus *P.* - 158
varius *Schæff.* - 225
vaseipes *Fr.* - 200
vatricosus *Fr.* - 259
vellereus *Fr.* - 76
velutipes *Curt.* - 119
ventricosus *Bull.* - 294
vernus *Bull.* - 13
versicolor *With.* - 286
vervacti *Fr.* - 263
vespertinus *Fr.* - 253
vibratilis *Fr.* - 227
vietus *Fr.* - 66
violaceo-cinereus *P.* - 217
violaceo-fulvus *Batsch.* - 276
violaceus *L.* - 217
violascens *Otto* - 75
virgatus *Fr.* - 48
virgineus *Wulf.* - 200
viridis *With.* - 90
vitreus *Fr.* - 146
volemus *Fr.* - 69
volvaceus *Bull.* - 278
vulgaris *P.* - 156
vulpinus *Sow.* - 273
xanthopus *Fr.* - 121
zephirus *Fr.* - 147
AMANITA *P.* - 12
ARMILLARIA *Fr.* - 26
ARUS *Nees &c.* - 322
(p. 333, 353.) - 410
(- 436

BOLETUS *Dill.* p. 385
æneus *Bull.* - 393
badius *Fries* - 392
bovinus *L.* - 388
calopus *P.* - 390
castaneus *Bull.* - 392
cyanescens *Bull.* - 395
edulis *Bull.* - 392
fellens *Bull.* - 394
flavidus *Fr.* - 387
floriceps *Vahl.* - 393
granulatus *L.* - 387
lividus *Bull.* - 389
luridus *Schæff.* - 391
pachypus *Fr.* - 390
parasiticus *Bull.* - 389
piperatus *Bull.* - 388
radicans *P.* - 390
scaber (*B.*) *Fr.* - 393
Sistotrema *Fr.* - 389
subtomentosus *L.* - 389
variegatus *Sw.* - 388
CALOCERA *Fr.* - 485
CANTHARELLUS *Ad.* - 316
albidus *Fr.* - 319
alveolar. (Mer.) *Dec.* - 322
aurantiacus (Ag.) *Wulf.* - 318
bryophilus (Mer.) *P.* - 325
cibarius *Fr.* - 318
cinereus (Mer.) *P.* - 320
clavatus *Fr.* - 322
Cornucopioid. (Pez.) *L.* - 321
crispus (Mer.) *P.* - 323
cupularis (M.) *Wahl:b.* - 325
fissilis *Fr.* - 314
galeatus (M.) *Schum.* - 324
lobatus (Mer.) *P.* - 323
lutescens (Mer.) *P.* - 320
muscigenus (Ag.) *Bull.* - 323
Muscorum (M.) *Roth.* - 325
pusillus *Fr.* - 321
retirugus (Helv.) *Bull.* - 324
sinuosus *Fr.* - 319
tenellus (Mer.) *Dec.* - 325
tubæformis (Huds.) *Bull.* - 319
umbonatus *P.* - 317
violaceus *Fr.* - 319
undulatus (Mer.) *P.* - 321

CLAVARIA *Vaill.* p. 465
abietina *P. A. S.* - 469
acuta *Sow.* - 485
amethystina *Bull.* - 472
angustata *P.* - 481
anomala *Fr.* - 480
apiculata *Fr.* - 470
Ardenia *Sow.* - 478
argillacea *P.* - 482
aurantiaca *P.* - 482
Botrytis *P.* - 466
byssiseda *P.* - 476
canaliculata *Fr.* - 484
ceranoides *Sow.* - 481
cinerea *Bull.* - 468
contoria *Holmsk.* - 478
Coralloides *L. Fr.* - 467
cornea *Batsch.* - 486
corniculata *Schæff.* - 471
crispula *Fr.* - 470
cristata (Ram.) *Holmsk.* - 473
crocea *Pers.* - 472
delicata *Fr.* - 475
falcata *P.* - 485
fistulosa *Holmsk.* - 479
flaccida *Fr.* - 471
flava *Tournef.* - 467
flavipes *P.* - 483
formosa *P.* - 466
fragilis *Holmsk.* - 484
fusiformis *Sow.* - 480
fumosa *P.* - 483
furcata *F.* - 486
Glossoides *P.* - 487
gracilis *P.* - 475
grisea *P.* - 468
helvola *P.* - 482
inæqualis *Müll.* - 481
juncea *Fr.* - 479
Kunzei *Fr.* - 474
Lauri *Brot.* - 486
ligula *Schæff.* - 477
macropus *P.* - 475
macrorhiza *Sw.* - 478
mucida *P.* - 476
nigrita *P.* - 483
palmata *P.* - 469
pistillaris *L.* - 477

pratensis P. p. 471
purpurea Müll. - 480
pyxidata P. - 470
rosea Dalm. - 482
rugosa Bull. - 473
rufa Müll. - 480
spinulosa P. - 468
striata P. - 489
stricta P. - 468
subtilis P. - 475
suecica Fr. - 469
tenacella P. - 472
tricholopus P. - 474
tuberosa Sow. - 486
vermicularis Sw. - 484
virgata Fr. - 472
viscosa P. - 488
CLITOCYBE Fr. - 78
CLITOPILUS Fr. - 294
COLLYBIA Fr. - 129
COPRINARIUS Fr. - 390
COPRINUS P. - 366
CORTINARIA P. p. 10 240 - 386
CREPIDOTUS Fr. - 272
CRINULA Fr. - 493
Calicæformis Fr. - 493
DÆDALEA Pers. - 331
abietina Bull. sub Ag. - 334
albida Fr. - 338
angustata Sow. s. Bol. - 338
aurea Batt. - 339
betulina L. s. Ager. - 333
biennis (Bol.) Bull. - 352
Brasiliensis Fr. - 332
Bulliardi Fr. - 338
cinerea Fr. - 336
confragosa (Bol.) Bolt. - 336
elegans Spreng. - 335
ferruginea Schum. - 339
fusca Link. - 339
gibbosa P. - 338
heteromorpha Fr. - 340
latissima Fr. - 340
maxima (Bol.) Brot. - 332
Palisoti Fr. - 335
Pini Brot. sub Bol. - 336
quercina (Ag.) L. - 333
rubescens A. S. - 339
saligna Fr. p. 337
sepiaria (Ag.) Wulf. - 353
serpens Fr. - 340
spadicea Fr. - 505
striata (Ag.) Sw. - 334
svaveolens (Bol.) Bull. - 337
Thunbergii Fr. - 335
trabea P. - 335
unicolor (Bol.) Bull. - 336
variegata Fr. - 337
DERMINUS Fr. - 240
DERMOCYBE Fr. - 226
DIOPOGON Fr. - 6
ECCILIA Fr. - 207
FAVOLUS Palis. - 342
FISTULINA Bull. - 396
hepatica - 16
GALERA Fr. - 264
GALORRHEUS Fr. - 61
GEOGLOSSUM P. - 487
atropurpureum Cl. B. - 490
carneum Schulz. - 490
difforme Fr. - 489
glabrum P. - 488
glutinosum P. - 489
hirsutum P. - 488
olivaceum P. - 489
viride (Clav.) Schrad. 489
viscosum P. - 489
GOMPHUS p. 322, - 314
HEBELOMA Fr. - 279
HEYDERIA Fr. - 492
HIMANTIA P. & F. - 450
HYDNUM L. - 397
Agarohii Fr. - 408
alutaceum Fr. - 417
argutum Fr. - 424
aterrimum Fr. - 416
aurantiacum Batsch. - 403
Auriscalpium L. - 406
Barba Jovis Bull. - 421
bicolor A. S. - 407
cardidum Schmidt. - 400
Caput Medusæ Bull. - 409
carneum Fr. - 420
cirrhatum P. - 411
cinereum Bull. - 404
Clathroides Pall. - 409

cœruleum p. 402, - 406
compactum P. - 402
connatum *Schult.* - 405
Coralloides *Scop.* - 408
corrugatum Fr. - 414
crispum *Schaff.* - 413
cristellatum Fr. - 422
crustosum P. - 419
cyathiforme *Bull.* - 405
diaphanum *Schrad.* - 418
discolor Fr. - 411
diversidens Fr. - 411
Echinus *Scop.* - 410
Erinaceus *Bull.* - 407
fagineum P. sub *Sist.* - 423
fallax Fr. - 422
farinaceum P. - 419
fasciculare *A. S.* - 418
ferrugineum Fr. - 403
ferrugineosum *Schrad.* - 416
fimbriatum (Sist.) P. - 421
fraceolens *Brot.* - 422
fragile P. - 417
fuligineoalbum *Schm.* - 400
fusco-atrum Fr. - 416
- violae. (Sist.) *Ehrenb.* - 421
gelatinosum *Scop.* - 417
Hollii (Sist.) *Schm.* - 420
Hystrix *Batsch.* - 410
imbricatum *L.* - 398
infundibuliforme *Sw.* - 401
lacteum Fr. - 412
lævigatum *Sw.* - 399
leoninum Fr. - 411
macrodon P. - 415
melaleucum Fr. - 406
membranaceum *Bull.* - 415
microdon P. - 417
minutum *Schum.* - 412
mucidum P. - 416
nigrum Fr. - 404
niveum P. - 419
obliquum *Schrad.* - 424
obtusum *Schrad.* - 419
occarium *Batsch.* - 412
ochraceum P. - 414
orbiculatum P. - 412
orientale Fr. - 407
paradoxum *Schrad.* p. 424
papyraceum *Wulf.* - 413
pectinatum Fr. - 412
penduium. *A. S.* s. Sist. - 414
pinastri Fr. - 417
pseudoboletus *Dec.* - 424
pusillum *Brot.* - 407
Radula Fr. - 422
Ramaria Fr. - 410
repandum *L.* - 400
rufescens P. - 400
Sachari *Spreng.* - 416
septentrionale Fr. - 414
spathulatum *Schrad.* - 423
squalinum Fr. - 420
stigeum Fr. - 425
strigosum *Sw.* - 414
subcarneeum Fr. - 418
subsquamosum *Batsch* - 399
svaveolens *Scop.* - 402
tomentosum *L.* - 405
udum Fr. - 422
velutinum Fr. - 404
violascens *A. S.* - 401
viride *A. S.* sub Sist. - 411
HYTHOLOMA Fr. - 287
HYPORHODIUS Fr. p. 193, - 394
INOCYBE Fr. - 289
LEJOSTROMA Fr. - 452
LEPIOTA P. - 19
LEPTONIA Fr. - 201
LEUCOSPORUS Fr. p 9, 12, - 395
LIMACIUM Fr. - 31
MERISMA p. 384, 408, - 432
MERULIUS *Hall.* - 526
cr spatus *Müll.* - 528
fugax Fr. - 528
Hirmantioides Fr. - 529
lacrimans *Wulf.* (Bol.) - 528
molluscus Fr. - 529
Porinoides Fr. - 529
rufus P. - 527
serpens *Tode* - 527
tremellosus *Schrad.* - 527
vastator *Tode* - 529
MESOPUS *A. S.* p. 317, - 345
(p. 398, - 429
MITRULA Fr. - 495

Abietis Fr. p. 492
minuta *Sow.* (Clav.) - 492
mucerdæ *Schum.* (Cl.)- 492
paludosa Fr. - 491
pusilla *Nees* sub Leot. - 493
MOUGERON Fr. - 193
MYCENA P. - 140
NAUCORIA Fr. - 260
NOLANEA Fr. - 204
OMPHALIA P. - 162
PHALACREA Fr. - 403
PHLEBIA Fr. - 426
contorta Fr. - 417
Merismoides Fr. - ib.
radiata Fr. - 427
vaga Fr. - 428
PHLEGMACIUM Fr. - 226
PHOLIOTA Fr. - 240
PHYLACTERIA P. - 449
PISTILLARIA Fr. - 496
diaphana *Schum.* (Cl.)- 498
micans P. (Clav.) - 297
muscicola P. (Cl.) - 298
ovata Fr. - 298
pusilla P. (Clav) - 298
quisquiliaris Fr. - 297
Sclerotioides *Dec.* (Cl.)- 297
PLEUROPUS p. 392, 352, 407- 431
PLEUROTUS - 178
POLYPORUS *Mich.* - 341
abietinus *Pers.* sub Boleto, ut sequ. Auct. - 370
adustus *Willd.* - 363
alutaceus Fr. - 360
alveolarius *Bose.* - 343
amboinensis Fr. - 354
amorphus Fr. - 364
annosus Fr. - 373
arcularius *Batsch.* - 342
betulinus *Bull.* - 358
borealis Fr. - 366
brumalis P. - 348
cæsius *Schrad.* - 360
callosus Fr. - 381
carbonarius Fr. - 349
castaneus Fr. - 369
Cerasi Fr. - 382
chioneus Fr. - 359
ciliatus Fr. p. 349
cinnabarrinus *Jacq.* - 371
conchatus P. - 376
concinnus (Micr.) *Pal.* - 350
confluens *A. S.* - 358
contiguus P. - 378
corticola Fr. - 385
crinitus *Spreng.* - 362
crispus Fr. - 363
cristatus *Schæff.* - 356
croceus P. - 364
cryptarum *Bull.* - 376
cuticularis *Bull.* - 363
destructor *Schrad.* - 359
dichrous Fr. - 364
dryadeus P. - 374
farinellus Fr. - 584
fasciatus *Sw.* - 373
favus - 345
ferruginosus *Schrad.* - 378
fimbriatus P. - 306
fomentarius *L.* - 374
fraxineus *Bull.* - 374
frondosus *Schrank.* - 355
fuligineus P. - 348
fumosus P. - 367
Gallicus Fr. - 345
giganteus P. - 356
heteroclitus *Bolt.* - 344
hirsutus *Wulf.* - 367
hirtus (Favol.) *Pal.* - 345
hispidus *Bull.* - 362
Hydnatinus *Bose.* - 362
igniarius *L.* - 378
imbricatus *Bull.* - 357
incarnatus P. - 379
lacteus Fr. - 359
leptocephalus *Jacq.* - 349
lucidus *Leyss.* - 353
marginatus P. - 372
medulla panis *Wulf.* - 380
melanopus P. *Dec.* - 347
membranaceus *Sw.* - 370
micans *Ehrenb.* - 383
Micheli Fr. - 343
microporus *Sw.* - 376
mollis P. - 364
molluscus P. - 384

Mori (Hexag.) *Poll.* p. 344
mucidus P. - 382
Neesii. *Fr.* - 370
nidulans *Fr.* - 362
nigricans *Fr.* - 375
nitidus P. - 379
obliquus P. - 378
odoratus *Wulf.* - 373
officinalis *Fr.* - 365
ovinus *Schæff.* - 346
pallescens *Fr.* - 369
pellitus *Mey.* - 362
perennis L. - 350
perula (Micr.) *Pall.* - 349
pes Capræ P. - 354
pinicola *Sw.* - 372
populinus (*Schum?*) - 367
pubescens *Schum.* - 367
purpureus *Fr.* - 379
radiatus *Sow.* - 369
Radula *L.* - 383
resinosus *Schrad.* - 361
reticulatus - 385
Ribis *Schum.* - 375
rhodellus *Fr.* - 380
roseus *A. S.* - 372
rufescens P. - 315
rufus *Schrad.* - 379
salicinus P. p. 376, - 366
sanguineus *L.* - 370
sanguinolentus *A. S.* - 383
sector *Ehrenb.* - 505
serialis *Fr.* - 370
Sinensis *Fr.* - 345
sinuosus *Fr.* - 381
Soloniensis *Dub.* - 365
spongiosus *Bolt.* - 377
spumeus *Sow.* - 358
squamosus *Huds.* - 343
Stereoides *Fr.* - 369
stipticus P. - 359
subtilis *Schrad.* - 506
suberosus *Wahlenb.* - 505
subspadiceus *Fr.* - 378
subsquamosus *L.* - 346
sulphureus *Bull.* - 357
supinus *Sw.* - 376
svaveolens *L.* - 366
Schweinizii *Fries* p. 351
tenuicaulis (Fav.) *Pal.* - 344
tephroleucus *Fr.* - 360
terrestris P. - 385
tessulatus *Fr.* - 342
tomentosus *Fr.* - 351
Tuberaster *Jacq.* - 347
tuberculosus *Dec.* - 380
ulmarius *Sow.* - 365
umbellatus P. - 354
ursinus *Lh* - 361
Vaillantii *Dec.* - 385
vaporarius P. - 382
varius F. - 362
velutinus P. - 368
versicolor *L.* - 368
villosus *Sw.* - 344
violaceus *Fr.* - 379
vitreus P. - 381
vulgaris *Fr.* - 381
vulpinus *Lh* - 361
xanthopus *Fr.* - 360
xanthus *Fr.* - 379
zonatus *Nees* - 368
POLYSTICTA *Fr.* - 384
POROTHELEUM *Fr.* - 505
PRATELLA P. p. 8, - 277
PSALLIOTA *Fr.* - 280
PSATHYRA *Fr.* - 295
PSILOCYBE *Fr.* - 289
RAMARIA *Holmsk.* - 468
RESUPINATUS *Nees* - 340
(p. 377, 418) - 441
RUSSULA P. - 512
SCHIZOPHYLLUM *Fr.* - 330
commune *Fr.* - ib.
SISTOTREMA *Fr.* - 426
confluens P. - ib.
SPARASSIS *Fr.* - 464
crispa *Wulf.* - 465
SPATHULARIA P. - 490
flavida P. - 491
STEREUM - 429
TAPINIA *Fr.* - 269
TELAMONIA *Fr.* - 209
THELEPHORA *Ehrh.* - 428
abietina P. - 442
acerina P. - 466

alnea Fr. p. 446
amphibolia Fr. - 454
atrata Sw. - 437
aurantiaca P. - 445
avellana Fr. - 442
bicolor P. - 438
biennis Fr. - 449
byssoides P. - 452
cæsia P. - 449
caryophyllæa Schæff. - 430
chartacea Mey. - 437
cinerea P. - 435
comedens Nees - 447
concentrica A. S. - 446
conchata Fr. - 438
confluens Fr. - 447
Coralloides Fr. - 432
crispa P. - 437
cristata Fr. - 434
crus[illegible]ta P. - 444
crust[illegible] Schum. - 450
disciformis Dec. - 443
domestica P. sub Him. - 451
elegans Mey. - 430
evolvens Fr. - 441
fallax P. - 454
fastidiosa Fr. - 435
flabellaris Fr. - 433
fœtida Ehrenb. - 438
frondescens Fr. - 436
frustulata P. - 445
fusca P. - 451
gigantea Fr. - 448
fabrata Spreng. - 433
granulosa P. - 446
hepatica Fr. - 439
hirsuta Willd. - 439
Hydnoidea P. - 445
intybacea P. - 431
Küllingerii (Mart.) - 434
lactea Fr. - 452
laciniata P. - 431
lævis P. - 451
livida Fr. (Cort.) p. 447
maculæformis Fr. - 454
mollis Fr. - 443
mollissima P. - 435
nuda Fr. - 447
ochracea Fr. - 446
ochroleuca Fr. - 450
odorata Fr. - 448
palmata Fr. - 432
pannosa Sow. (Helv.) 430
penicellata Fr. - 434
Pini Schleich. - 434
polygonia P. - 444
purpurea P. - 440
puteana Schum. - 448
quercina P. - 442
rosea P. - 451
rubiginosa Schrad. - 436
rugosa P. - 439
salicina Fr. - 442
sanguinolenta A. S. - 441
serialis Fr. - 445
spadicea P. - 438
stabularis Fr. - 435
sterilis Fr. - 454
sulphurea P. - 452
tabacina Sow. - 437
terrestris Ehrh. - 431
versicolor Sw. - 438
violascens Fr. - 451
viscosa P. - 448

TRICHOLOMA Fr. - 36
TYPHULA Fr. - 494
eryturopus P. (sub Cl.) - 495
filiformis Pull. - 496
gyrans Batsch. - 494
phacorrhiza Reich. - 495
ramentacea Fr. - 496
tenuis Sow. - 495
Todei Fr. - 494
villosa Schum. - 495

VAGINATA Nees - 297
VOLVARIA Fr. - 277

QK603 .F7 c.2 v.1
Fries, Elias Magnus/Systema mycologicum
3 5185 00168 7712